image
not
available

REGIAE SOCIETATIS
Inſcriptionum pulchrarumq. Artium
NOBILISSIMIS SOCIIS
P. VERGILIVM MARONE
Ex optimo
atq. omnium antiquiſſimo
CODICE M. S.
BIBLIOTHECAE
MEDICEO = LAVRENTIANAE
PVBLICO BONO ET COMMODO
Typis deſcriptum
tamquam aequiſſimis
omnis doctrinae et antiquitatis
aeſtimatoribus
PET. FRANC. FOGGINIVS
dedicabat
A. S. CIↃIↃCCXLI.
BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Æ.C. ſculp.

P

M

P. VERGILI MARONIS

CODEX ANTIQVISSIMVS

IN BIBLIOTHECA

MEDICEO-LAVRENTIANA

ADSERVATVS.

P. VERGILI MARONIS

CODEX ANTIQVISSIMVS

A RVFIO TVRCIO APRONIANO V. C.

DISTINCTVS ET EMENDATVS

QVI NVNC FLORENTIAE

IN BIBLIOTHECA

MEDICEO-LAVRENTIANA

ADSERVATVR

BONO PVBLICO

TYPIS DESCRIPTVS ANNO CIƆDCCXLI.

FLORENTIAE. TYPIS MANNIANIS.

PRAESIDVM ADPROBATIONE.

VI

aliic

V.

Ex Codice Vaticano 3867

VERIS BONARUM ARTIUM

AMATORIBUS.

IMONEM illum, Philosophum, & Poetam celeberrimum, cum ex eo ab Arato quaereretur, quo nam pacto habere quispiam posset sine mendis poemata Homeri, dixisse aiunt: si in antiquos Codices incideret, nondum vero correctos; *εἰ τοῖς ἀρχαίοις ἀντιγράφοις ἐντυγχάνοι, καὶ μὴ τοῖς ἤδη διωρθωμένοις* (1). Scilicet Aristarchus, aliique Grammatici medicas manus Divinis illius Poe-

tae

1 V. Diogenem Laertium lib. 9. in Vita Timonis.

tae carminibus admovere ausi, nova vulnera inflixerant; quod plane durum ac lacrimabile fatum, neque vero uni contigit Homero, sed aliis etiam multis tum Graecis, tum Latinis Scriptoribus; unde est illa ad Iosephum Scaligerum a Iusto Lipsio scripta *Satyra Menippaea*, in qua, veluti per iocum, sed vere & merito scelerata ista Grammaticorum in veteres quoscumque Scriptores saevitia reprehenditur, atque damnatur. Porro cum in eos Auctores potissimum saevitum sit, qui cum caeteris praestent, frequentius quoque, ut vulgatiores fierent, descripti sunt, haud mirum certe est, licet maxime dolendum, quod in primis *Carminum Princeps* [1] VERGILIUS insanae huic & impiae Grammatistarum lubidini obnoxius fuerit, ita ut de ipsius etiam libris iure optimo dici possit, ubi minus correctos, ibidem eos magis integros offendi, atque emendatos. Argumento sit, immanis illa locorum insigni variatione discrepantium vis, unde quispiam fortassis ambigat non iniuria, plura ne sint in VERGILIO controversa loca, an versus. Nonne plurium librorum materies illa vis fuit? Anno MDXXI. volumen in fol. cui titulus: *Castigationes & varietates Virgilianae lectionis*, Romae prodiit auctore Ioanne Pierio Valeriano: *Varia Lectio in Virgilium* a P. Gabiano collecta lucem vidit Brixiae an. MDLXV. Theodori Pulmanni *Virgilianae lectiones*, *unaque eiusdem Orthographiae observatae ratio correcta* impressae sunt Antuerpiae an. MDLXXI. Alb. Gentilis *Lectionis variae Virgilianae* libellus excusus est Hannoviae an. MDCVI. *Virgilianae Lectiones* a Georgio Fabricio collectae, postquam non semel typis expressae fuerint variis in locis, a Gregorio Bersmanno auctae sunt, & impressae Lipsiae anno MDCXXIV. ne alias minus celebres variarum in VERGILII operibus lectio-

num

1 *Vergilius* ita a Velleio Paterculo dicitur Hist. Rom. lib. 2.

num collectiones commemorem, & quae de hoc ipso argumento in Adversariis Philologicis recentium Criticorum, qua MSS. ope, qua coniecturis passim disputata deprehenduntur.

Neque vero tantummodo sub hanc nostram tempestatem ea est in VERGILII opera Grammaticorum debacchata licentia; si quis Noctium Atticarum Auctorem legat, Honoratum Servium, aliosque antiquos Philologos non multum post VERGILII obitum, multarum litium caussam ob variantes lectiones illa fuisse intelliget. Hoc malum acerrimi iudicii Vates morti proximus a suis operibus arcere voluisse videtur, cum vel doctissimis atque amicissimis viris Tuccae & Vario, quibus AEneidem, cum cremare nequiverit, Testamento legavit, conditionem illam statuit, ut opus illud, quod nondum perfectum atque expolitum relinquebat, ita recenserent, ne quid adderent, aut immutarent. [1] Verum quid tum? Etsi doctos hosce viros religiose conditioni stetisse non dubitem, eoque magis quod Augusti ipsius lege confirmatam eamdem fuisse ferant, haud tamen religioni sibi duxerunt hoc facere minus docti Grammatici: quinimmo tot iam homines VERGILIANORUM Operum censores egerunt, totque in eis versus corrupti sunt, tot verba corrupta, ut nullus dubitem, quod si ab inferis VERGILIUS revocaretur, & in nonnullos suorum Carminum libros incideret, qui tamen in fronte prae ceteris emendatissimos se esse splendide mentiuntur, responsurum fore, & Iovem lapidem iurare se posse, sua Opera nequaquam illa esse, sed aliena.

Laudatus Noctium Atticarum Auctor tradit Lib. 1. Cap. 21. Higinum non ignobilem Grammaticum consuluisse librum, *qui fuerat ex domo atque familia Vergilii*, Lib. autem 2. Cap. 3. a Fido Optato multi

1 Consule Plinium lib. 7. cap 30. Macrobium lib. 1. Saturnaliorum cap. 24 Vergilii Vitam, quae sub Tib. Claudii Donati nomine circumfertur, Abbatem Urspergensem in Chron. pag. 51. &c.

multi nominis Romae Grammatico monſtratum ſibi fuiſſe *Librum AEneidos ſecundum mirandae vetuſtatis, emtum in ſigillariis xx. aureis, quem ipſius Vergilii fuiſſe*, Optatus *credebat*: & Lib. 9. Cap. 14. *idiographum librum Vergilii* fuiſſe a nonnullis inſpectum refert: demum Lib. 13. Cap. 19. de Valerio Probo memorat, quod teſtaretur legiſſe primum Georgicon librum *manu ipſius* VERGILII *correctum*. Etiam Quintilianus, qui probaturus, *quod Ciceronis temporibus paulumque infra, fere quoties S litera media vocalium longarum, vel ſubiecta longis eſſet, geminabatur*, ipſum Ciceronem, & VERGILIUM quoque *cauſſae, caſſus &c.* ſcripſiſſe aſſerit, libros tum a Cicerone, tum ab ipſo VERGILIO ſcriptos vidiſſe videtur; enim rem illam *docere* ipſas *eorum manus* luculenter dicit (1). Itaque utinam ſupereſſent adhuc libri iſti pretioſiſsimi: iam vero qua potius ratione Divini Vatis poemata ſcribenda eſſent, atque legenda ſapientes doctique viri non dubitarent; impia enim audacium Grammatiſtarum temeritate cum tricis ſuis, & minus opportuna eruditione fucatis nugis valere iuſſa, certo argumento criminis reos illos dicere poſſemus, atque convincere. Verumenimvero, cum id non modo praeter deſiderium, ſed etiam praeter ſpem eſſe videatur: ecquid faciendum reſtat, quam quod magis aequum & tutum eſt: antiquiores Codices exquirere atque conſulere? Nempe quo magis antiqui ſunt Codices minus ab auctoris mente plerumque ſolent deflectere, magis quo recentiores; non ſecus ac quo magis a ſuo fonte aquae diſcedunt, eo magis alienam virtutem imbibunt, ſuamque illam primam amittunt.

Quamobrem laudandus certe eſt elegantiſſimus ille *Muſarum Amaſius*, ut eum vocat Noriſius (2) & *Poetarum Latinorum*, ut a Bentleio (3) dicitur, *Soſpitator* *uni-*

1 Lib Inſt. 1. cap 7.
2 Centoph. Piſan. diſs. iv. §. 2.
3 Comment. in Hor. pag. 52.

unicus Nicolaus Heinsius Danielis filius, qui uti apud omnes praesto essent VERGILII Poemata optime emendata, non solum Scriptores rei Grammaticae, aliosque omnes ex antiquis Latinis in Marone illustrando occupatos, aut qui eum adhibent testem, diligenti ac sedula opera consuluit, sed etiam fere triginta MSS. Codices, & eos inter, qui ab eo tanti est habitus, ut diceretur (1): *Codex longe praestantissimus, atque unus instar omnium, qui parem vetustate nullum per Europam universam nunc habet*, Codicem, inquam, Florentiae in Mediceo-Laurentiana Bibliotheca adservatum, qui totus Romanis literis est scriptus, & emendatus fuit atque distinctus a Turcio Rufio Asterio Aproniano viro doctissimo aeque ac nobilissimo, qui una cum Praesidio Consulatum gessit an. Christi CCCCXCIV.

... Ecce autem egregius ille & apprime pretiosus Codex, cuius potissimum ope VERGILII editionem suam adornavit Heinsius, & talem fecit, ut post illam nemo alius vir doctus adornare novam tentaverit, si Pancratium Masvicium excipias (2) qui tamen est fassus ab ea nusquam alibi recessisse, quam in aliquot locis, quae Heinsius non Medicei Codicis auctoritate fretus, sed coniecturis ductus suis audacter receperat. Si quis post Heinsianam illam editionem VERGILII Opera typis iterum imprimenda curavit, illam descripsit; quinimmo doctissimi viri, ut vulgatior fieret, consulto recusam voluerunt non semel, sublatis tantummodo quibusdam levibus maculis, quae Heinsium fugerant, aut nonnullis additis ab Heinsio praeteritis, sed a Norisio adnotatis emendationibus, ex ipso laudato antiquissimo Codice Florentino. Itaque VERGILIUS ex Nicolai Heinsii recensione editus typis Elzevirianis Amstelodami anno MDCLXXVI. eadem urbe iterum impressus est an. MDCLXXXVIII.

&

1 In Praef.
2 Vergilius, quem Pancratius Masvicius Gymnasii Hagensis Moderator recensuit, editus est a Francisco Halma Leovardiae an. 1717. Venetiis recusus est an. 1736.

& cum Commentariis ad usum Delphini a Carolo Ruaeo Soc. Ies. scriptis an. MDCLXXXXII. & curante Cl. Viro Petro Burmanno an. MDCCIV. Porro VERGILIUS iisdem Cōmentariis illustratus & contextu iuxta laudatam editionem Amstelodamensem emendato Londini iterum impressus est an. MDCLXXXXV. & an. MDCCVII. deinde vero Venetiis an. MDCCXIII. & MDCCXXXVII. & Parisiis an. MDCCXIV. Exstat etiam plane insignis VERGILII editio Cantabrigiensis an. MDCC. quae iuxta Heinsii recensionem, non Elzevirianam tamen illam, sed prout eam descripsit, atque emendavit Emmenessius Lugdunensis Gymnasiarca, concinnata est. Dissertatio quaedam Critica ad calcem libri apposita, opus, Fabricio teste (1) Henrici Laugthoni Bibliothecae publicae Cantabrigiensis Praefecti, inter cetera, quae de singulari opera ab Heinsio praestita in VERGILIO emendando luculenter disputat, haec etiam habet: *Huius editio cum integris Servii, Philargyrii, Pierii &c. Commentariis prout illam Emmenessius tom. 3. 1680. repraesentavit, merito primas tenet. Itaque praestat reliquis hactenus editis, ut sit aliis Polycletaei instar canonis, ad quem sive lectionem, sive scripturam exigant quicunque denuo Maroni manus accuratas, oculosque eruditos admoverint; in quo quidem exemplari, nec apex, nec elementum, neque dubius quivis, aut vexatus exhibetur locus, quem non pensiculate firmaverit, & consignaverit Criticorum vere flos delibatus, & signifer Heinsius, Italiae nempe Galliaeque, & totius insuper Europae perlustratis, & triginta paulo minus vett. Codd. Mediceo praesertim & Romana praestantissimis omnium diligenter collatis &c.*

Itaque contextum VERGILII ex editione Nic. Heinsii emendatum dedit etiam Iacobus Emmenessius in sua elegantissima VERGILII editione notis variorum locupletata, quae tribus voluminibus in 8. prodiit

diit

1 Bibl. Lat. Lib. 1. cap. 12.

diit an. MDCLXXX. Lugd. Bat. & Amſt. & quam, cum in medio Opere fato raptus eſſet Hemmeneſſius, Maſvicius eius auditor abſolvit. Demum etiam Patavii an. MDCCXXXVIII. a Ioſepho Comino VERGILII Opera ſatis nitide ſunt edita contextu iuxta Heinſii Elzevirianam editionem emendato, ſed habita etiam ratione Amſtelodamenſis editionis an. MDCCIV. ubi lectiones Cod. Medicei a Noriſio adnotatae, ab Heinſio autem praetermiſsae, religioſe ſunt reſtitutae. Heinſius in Praef. laudatae editionis Elzevirianae promiſerat plura ſe dicturum de ratione, qua uſus erat in VERGILIO emendando, cum ederet ſuas in hunc Poetam obſervationes, eas praelo typographo tantum non paratas apud ſe habere praedicans. Tunc fortaſsis maiori etiam cura VERGILII contextum edidiſſet, ſed, neſcio quo fato, deſideratiſſimum opus non comparuit.

Porro ſunt etiam aliae VERGILII editiones iuxta Heinſianam recenſionem, ſed cum multo minus celebres ſint, referre non intereſt; eoque magis quod laudatas ſatis eſſe puto, ut quiſque videat quanti illa ſit ſemper habita, & quidem potiſſimum, quod Mediceum Codicem ſit ſecuta, ita ut ſi quando ab eo receſſerit, in hoc viri doctiſſimi corrigendam cenſuerint, & emendandam. Iam vero ecquis interea non cupiat ipſum illum Codicem adeo antiquum & nobilem apud ſe habere, ſua manu verſare, oculis ſuis inſpicere, atque conſulere? Certe hoc deſiderium eo magis augeri poſſe ſentio, quod non ſolum ex illo Codice VERGILII editio comparari potuerit omnium emendatiſſima, ſed quod nemo alius ſit Codex, ut ille eſt, pulcher atque integer, qui parem antiquitatem certo argumento ſibi poſſit vindicare; exſtat enim adhuc in eo ſuperſtes feliciter a Turcio Ruſio Aproniano manu propria ſcriptum teſtimonium,

acce-

accepisse eum dono, distincxisse, atque emendasse.

Itaque publico bono & commodo consulturum me fore autumans, si tantum in aperto ponerem thesaurum, doctissimorum etiam Virorum, quibus consilium aperui meum, hortatu non solum confirmatus, sed etiam solicitatus, de exequendi ratione multa movens, primum quidem unamquamque Codicis paginā aere diligenter sculptam dare cogitavi, sed cum artificem compellaverim, Maecenates, quod frustra me fore facturum, arbitrari facile poteram, certus non quaerere, & ad eam rem conficiendam XIV. aureorum milia, atque eo amplius, eroganda intellexerim, ingentem animum coactus ponere, ea tandem ratione rem exequi constitui, quam in hoc volumine perfectam vides.

Maioribus litteris, quas *Romanas* vocant eruditi homines, *versales* typographi, descriptum est totum, & in hoc nullum fortasse alium Latinum librum descriptum typis haberet parem (de Graecis enim non disputo, quos inter sunt Hymni Callimachi, Anthologia &c.) nisi ante hos paucos dies publicam non vidisset lucem eodem pacto impressus elegantissimus liber Fragmenta exhibens, atque Picturas antiquissimi Codicis VERGILII Vaticani. Porro tam hic liber quam ille Romanis litteris constant, quod ita quoque illi sint Codices scripti, quos repraesentant: quinimmo, ne quid praetermitterem, quod magis similem cum Codice librum meū illius exemplum reddere posset, non solum litterarum formam ita expressi, sed etiam litterarum nexus imitatus sum, & praeterea versuum in unaquaque pagina tam numerum, quam ordinem servavi, & apices etiam ipsos non praetermisi, errores, lituras, emendationes, improbo sane labore, sed quem in irritum cessisse non crediderim, cum librum ipsum non solum utiliorem, sed speciosum etiam magis factum hinc esse nemo non videat, & novitate sua talem, ut vi-

videatur, quod nulla esse possit Bibliotheca, quae illo careat. Scilicet si Epistolas septem D. Ignatii excipias simili quidem studio, sed non tanta religione, prout exstant in Cod. Flor. Oxonii editas an. MDCCVIII. a Carolo Aldrich; enimvero haud visus est alius ante haec nostra tempora ea ratione typis descriptus liber. VERGILIANI Codices Vaticanus & Mediceus omnium primi tantam curam meruerunt: sed Vaticano longe quidem felicius contigit, quod eius decus curae fuerit Viro tum dignitate, tum doctrina me longe praestantiori, nimirum Cl. Viro & Immortali Io: Caietano Bottario, cui ego devotus, qua omnes litteratos homines prosequor veneratione, & multa, qua ille me amplecti non dedignatur, benevolentia & gratia. Igitur ne quid memorē chartae nobilitatem, aut frontis ornatum, picturarum nitorem, atque elegantiam; VERGILIUM Vaticanum repraesentans liber ab eruditissima Praefatione exordiū sumit, utilissimis notis locupletatur, diligentissima, quam habet ad calcem, variarum lectionum, ex alio VERGILII Vaticano Cod. antiquiori, collectione luculentissimus redditur, & absolutissimus. Certe vetustas aeque ac elegantes Vaticani Codicis picturas in publicum commodum edere & aliis in mentem venit: Camillo Cardinali Maximo, cuius Opera a Sancte Bartholo aere incisae illae sunt, & Io: Carolo Schotto Regi Prussiae ab Antiquitatibus, & Bibliotheca (1) a quo VERGILIUM nummis, & veteribus monumentis inlustratum expectabamus: verum non modo hic morte sublatus nihil absolvit, & ille pauca tantummodo Operis exempla vulgavit, sed etiam neuter meditatus est picturis fragmenta carminum VERGILII, quae in Codice sunt, adiungere, ut Inlustrissimus Bottarius maximum Operi decus addens, & pretium, fecit, *eadem prorsus scriptionis forma, & ortographia, & cum ipsismet librarii erroribus, aut correctionibus.* *Hinc enim*, ipsis Cl. Viri verbis utor, *eru-*

1 Iournal des Savans 1708. Octob. pag. 117.

eruditi pro libito quique ſuo ſuas poterunt coniecturas facere, verumque ſummi Poetae ſenſum, aut ſcriptionem aucupari, quae quamvis nonnullis aliquando abſona videri poſſit, eam tamen cum antiquioribus libris, vel cum ipſis autographis convenire ſaepe reperient. En itaque quomodo praeſtantiſſimi Viri Opera, & meo ſtudio factum eſt, ut uno eodem tempore, quod olim ſperare non licuit, antiquiſſimi duo VERGILII Codices, praecipuum duarum apprime inſignium Bibliothecarum Vaticanae & Mediceae ornamentum, publici iuris ita evaderent, ut ſinguli litterati homines apud ſe eos habere poſsint, & domi ſuae, ut libet magis, evolvere, & contemplari.

Porro ut de Codice Mediceo, quod mei inſtituti eſt, praecipue loquar, iam ſatis, ut reor, quanti ille ſit faciendus intellectum eſt ex eis, quae ſuperius diſputavimus; ſed multa etiam alia in hanc rem congerere poſſem, ſi, ut liberius argumentum pertractem, omnia illa in alterum volumen conicere in animum non induxiſſem meum: quod in haec capita diſtributum erit.

I. *Teſtimonia auctorum de antiquitate, & auctoritate Codicis Vergilii Medicei.*

II. *De antiquitate Codicis Vergilii Medicei, & forma litterarum, quibus eſt deſcriptus.*

III. *De variis poſſeſſoribus Codicis Vergilii Medicei.*

IV. *Quid Codici praeſtiterit Turcius Rufius Aſterius Apronianus, qui eum diſtinxit, atque emendavit; ubi de uſu veterum in libris ſcribendis, diſtinguendis, & emendandis.*

V. *De Turcio Rufio Aſterio Aproniano, qui Codicem Vergilii Medicei diſtinxit atque emendavit rebus geſtis, praecipue vero de eius litteratura: ubi etiam de inſcriptione, & epigrammate ab eo appoſitis ad calcem Eclogarum huius Codicis.*

VI.

VI. *De nobilitate Domus Turcii Rufii Asterii Aproniani, & claris ex ea viris.*

VII. *De Codd. Mss. Vergilii nobilioribus, praecipue vero de omnibus illis, qui in Bibliothecis Florentinis adservantur, ubi etiam antiquiorum specimina exhibebuntur.*

VIII. *In loca male habita in Vergilio Mediceo coniecturae, & variae, praesertim vero Orthographicae, in eum observationes, ubi de Scriptorum, qui eius auctoritate usi sunt, fide.*

Interea vero non unius Aproniani manu correctum fuisse Codicem, scias volo; cum aliena sit quae correxit minio, licet etiam ipsa multum antiqua: aliena, quam in notis recentiorem appello, & haec fortassis non semper eadem est. Porro illud quoque adnotandum esse videtur, litteras minio coloratas tales interdum apparere, ut olim ex nigro atramento fuisse videantur, nisi forte scriptae fuerint atramento & minio simul mistis. Quinimmo ecquis certo asserat, utrum & illa manus, quae minio Codicem correxit, eadem semper sit?

Eclogae multis tum interlinearibus, ut vocant, tum marginalibus notis inlustratae sunt, quas deinde ceteris libris bis tantummodo, aut ter offendas, sed hasce notas licet a manu non mediocris antiquitatis factas apponendas fore non duxi aequum, quod cum parvi momenti sint, frustra libri nitorem minuissent, eoque magis quod pleraeque sint mutilae. Scilicet Codex quadrata quidem, sed multo ampliori, qua nunc est forma, olim fuisse, ambigi nequit tum harum amputatione marginalium notarum, tum etiam ex titulis librorum in plurimis paginis, cum liber tonderetur, aut ablatis omnino, aut detruncatis.

Porro illud quoque male obtigit Codici, quod primis eius paginis deperditis a vers. 48. Eclogae se-

xtae

xtae incipiat. Ne Acephalum, ut ita dicam, ederem VERGILIUM, primas ego Eclogas ſupplevi, ſed orthographia illa ſcriptas, quae propria eſt Codicis, paginis vero ubi exhibentur, ne cum ſupplemento, quae ex Codice ſunt, confunderentur, Romano numero notatis. Quod has ſequitur paginas elegantiſsimum Achillis StatI Luſitani Epigramma, pagina primae Codicis adverſa ſcriptum exſtat, & idcirco ſupplementum inter & ea poſuimus, quae in Cod. reperiuntur. Licet autem MS. Codex nullum habeat paginarum & verſuum numerum, huic tamen noſtro eius exemplo notarum cauſa barbaros numeros, aut mavis dicere Arabicos, ut minorem locum occuparent, appoſui. Eorum commodo, qui Indicis Erythraei ope Codicem conſulere velint, etiam verſuum numerum principio adieceram, ſicuti commodo librariorum litteram, ut aiunt, regiſtri in fine paginarum, ſed utrumque ſatius duxi variis inde rationibus praeterire. Quod conſtans ubique ſervare volui, praeterquamquod in iis locis, ubi una eademque littera eſt illa, in quam verbum exit, & ex qua aliud ſtatim ſubſequens incipit, illud fuit, ſingula verba inter ſe ſpatio aliquo diſtinguere, licet Codex nullibi ea ſervet ſpatia; etenim Lectori faſtidio futura mihi ea viſa eſt religio, nulli autem utilitati, cum ſatis ſit hoc unum noſſe, Codicem nullis ſpatiis verba inter ſe diſtinguere, & ſeparare. Neque vero ſaltē praetereundū eſt ſilentio Codicē VERGILII Medicei licet mille trecentorum annorum aetatem certo ſuperet, talem eſſe, ut miraculo eſſe poſſit, tam feliciter adhuc vivere. Admodum paucae ſunt pagellae, ubi atramentum evanuerit, & in his forma tamen litterarum adhuc remanet integra, vel quod atramentum ex materia eſſet membranā leviter corrodente, vel potius quod ea ratione ſcriptae fuerint, ut ſtilus non ſolum eas pingeret, & coloraret, ſed in

mem-

membrana etiam incideret. Earum ipsissima, ut ita dicam, forma, de qua tamen fusius altero disputandum est volumine, ea est.

pag. 175.

PROTINUSHINCFUSCISTRISTISDEATOLLITURALIS
AUDACISRUTULIADMUROSQUAMDICITURURBEM
ACRISIONEISDANAEFUNDASSECOLONIS

Interea notes velim Λ in Codice numquam mediam habere lineam, Ч semper caudam, & eas hic quoque ita esse efformatas, illa nimirum diligentia, qua etiam litterarum nexus imitati sumus, licet ceteras litteras cum vix ab earum forma, quibus nunc utimur, discrepent, communi retulerimus efformatas modo, quod non solum nimis religiosum, sed omnino ἀδύνατον extitisset, singulas, prout sunt in Codice, ad amussim repraesentare. Scilicet quae manu scriptae sunt litterae inter se similes sunt, numquam vero omnino pares: numquid pro unoquoque singularum litterarum exemplo novus cudendus erat typus? Porro, cui usui? Ut quis intelligat quales sunt, nonne satis est allatum earum specimen? Quod si duas illas litteras Λ & Ч ubique tales exhiberi voluimus, idcirco fecimus, quod tales praecipuum in modum videntem capiant, utque distinguerentur ab iis, quae a recentiori manu sunt appositae emendationes, in quibus illae litterae tales sunt A V.

Ceterum quod nulli contigit typis impresso libro, neque huic meo contingere potuit: nullis scatere erroribus. Variis distentus curis operi incumbere interdum non potui, incumbenti interdum non eadem semper fortassis fuit animi praesentia: demum plane non ferenda est calcographorum inclementia. Itaque meis ipsis ocu-

lis

lis librum hunc cum Codice iterum contuli, ubi est finitus, & ne typographici errores cum illis confunderentur, quibus ipsum Codicem librarius sparsit, eorum emendationes ad calcem reieci quibusdam cum notis, quibus omnis Codicis ratio breviter quidem, sed satis luculenter explicatur, atque edisseritur. Interea ita existimo, hunc librum, & illo altero Volumine numquam edito, quod tamen si Deus faveat, cum per otium licebit, edere non praetermittam, finitum tamen esse opus, & perfectum. Valete.



P. UERGILI MARONIS

B U C O L I C O N

L I B E R

I N C I P I T

F E L I C I T E R

MELIBOEUS · TITYRUS

MEL. TITYRE. TU PATULAE RECUBANS SUB TEGMINE FAGI
SILUESTREM TENUI MUSAM MEDITARIS AUENA·
NOS PATRIAE FINIS. ET DULCIA LINQUIMUS ARUA.
NOS PATRIAM FUGIMUS· TU. TITYRE. LENTUS IN UMBRA
FORMOSAM RESONARE DOCES AMARYLLIDA SILUAS·
TIT. O MELIBOEE. DEUS NOBIS HAEC OTIA FECIT·
NAMQ. ERIT ILLE MIHI SEMPER DEUS· ILLIUS ARAM
SAEPE TENER NOSTRIS AB OUILIB· IMBUET AGNUS·
ILLE MEAS ERRARE BOUES. UT CERNIS. ET IPSUM
LUDERE. QUAE UELLEM. CALAMO PERMISIT AGRESTI·

MEL. NON EQUIDEM INUIDEO · MIROR MAGIS · UNDIQ · TOTIS
USQUE ADEO TURBATUR AGRIS · EN IPSE CAPELLAS
PROTINUS AEGER AGO · HANC ETIAM UIX. TITYRE. DUCO ·
HIC INTER DENSAS CORYLOS MODO NAMQUE GEMELLOS.
SPEM GREGIS, A SILICE IN NUDA CONNIXA RELIQUIT ·
SAEPE MALUM HOC NOBIS. SI MENS NON LAEUA FUISSET ·
DE CAELO TACTAS MEMINI PRAEDICERE QUERCUS ·
SED TAMEN. ISTE DEUS QUI SIT. DA. TITYRE. NOBIS ·
TIT. URBEM. QUAM DICUNT ROMAM. MELIBOEE. PUTAUI
STULTUS EGO HUIC NOSTRAE SIMILEM. QUO SAEPE SOLEMUS
PASTORES OUIUM TENEROS DEPELLERE FETUS ·
SIC CANIBUS CATULOS SIMILIS · SIC MATRIB · HAEDOS
NORAM · SIC PARUIS COMPONERE MAGNA SOLEBAM ·
UERUM HAEC TANTUM ALIAS INTER CAPUT EXTULIT URBIS.
QUANTUM LENTA SOLENT INTER UIBURNA CUPRESSI ·
MEL. ET QUAE TANTA FUIT ROMAM TIBI CAUSA UIDENDI ·
TIT. LIBERTAS · QUAE SERA TAMEN RESPEXIT INERTEM ·
CANDIDIOR POSTQUAM TONDENTI BARBA CADEBAT
RESPEXIT TAMEN. ET LONGO POST TEMPORE UENIT ·
POSTQUAM NOS AMARYLLIS HABET. GALATEA RELIQUIT
NAMQUE. FATEBOR ENIM. DUM ME GALATEA TENEBAT.
NEC SPES LIBERTATIS ERAT. NEC CURA PECULI ·
QUAMUIS MULTA MEIS EXIRET UICTIMA SEPTIS.
PINGUIS ET INGRATAE PREMERETUR CASEUS URBI.
NON UMQUAM GRAUIS AERE DOMUM MIHI DEXTRA REDIBAT
MEL. MIRABAR. QUID MAESTA DEOS. AMARYLLI. UOCARES ·
CUI PENDERE SUA PATERERIS IN ARBORE POMA ·
TITYRUS HINC ABERAT · IPSAE TE. TITYRE. PINUS ·
IPSI TE FONTES. IPSA HAEC ARBUSTA UOCABANT ·

TIT. QUID FACEREM· NEQ· SERUITIO ME EXIRE LICEBAT.
NEC TAM PRAESENTIS ALIBI COGNOSCERE DIUOS·
HIC ILLUM UIDI IUUENEM. MELIBOEE. QUOTANNIS
BIS SENOS CUI NOSTRA DIES ALTARIA FUMANT·
HIC MIHI RESPONSUM PRIMUS DEDIT ILLE PETENTI·
PASCITE. UT ANTE. BOUES. PUERI· SUBMITTITE TAUROS·
MEL FORTUNATE SENEX. ERGO TUA RURA MANEBUNT·
ET TIBI MAGNA SATIS· QUAMUIS LAPIS OMNIA NUDUS.
LIMOSOQUE PALUS OBDUCAT PASCUA IUNCO·
NON INSUETA GRAUIS TENTABUNT PABULA FETAS·
NEC MALA UICINI PECORIS CONTAGIA LAEDENT·
FORTUNATE SENEX. HIC INTER FLUMINA NOTA.
ET FONTIS SACROS. FRIGUS CAPTABIS OPACUM·
HINC TIBI. QUAE SEMPER UICINO AB LIMITE SEPES.
HYBLAEIS APIBUS FLOREM DEPASTA SALICTI.
SAEPE LEUI SOMNUM SUADEBIT INIRE SUSURRO·
HINC ALTA SUB RUPE CANET FRONDATOR AD AURAS·
NEC TAMEN INTEREA RAUCAE. TUA CURA. PALUMBES.
NEC GEMERE AERIA CESSABIT TURTUR AB ULMO·
TIT. ANTE LEUES ERGO PASCENTUR IN AETHERE CERUI·
ET FRETA DESTITUENT NUDOS IN LITORE PISCIS·
ANTE. PERERRATIS AMBORUM FINIB· EXUL.
AUT ARARIM PARTHUS BIBET. AUT GERMANIA TIGRIM·
QUAM NOSTRO ILLIUS LABATUR PECTORE UULTUS·
MEL. AT NOS HINC ALII SITIENTES IBIMUS APROS·
PARS SCYTHIAM. ET RAPIDUM CRETAE UENIEMUS OAXEM.
ET PENITUS TOTO DIUISOS ORBE BRITANNOS·
EN UMQUAM PATRIOS LONGO POST TEMPORE FINIS.
PAUPERIS ET TUGURI CONGESTUM CAESPITE CULMEN.

POST ALIQUOT MEA REGNA UIDENS MIRABOR ARISTAS·
IMPIUS HAEC TAM CULTA NOUALIA MILES HABEBIT·
BARBARUS HAS SEGETES· EN QUO DISCORDIA CIUIS
PERDUXIT MISEROS· EN QUIS CONSEUIMUS AGROS·
INSERE NUNC. MELIBOEE. PIROS· PONE ORDINE UITIS·
ITE MEAE. QUONDAM FELIX PECUS. ITE CAPELLAE·
NON EGO UOS POSTHAC UIRIDI PROIECTUS IN ANTRO
DUMOSA PENDERE PROCUL DE RUPE UIDEBO·
CARMINA NULLA CANAM· NON ME PASCENTE CAPELLAE
FLORENTEM CYTISUM. ET SALICES CARPETIS AMARAS·
TIT HIC TAMEN HANC MECUM POTERAS REQUIESCERE NOCTEM
FRONDE SUPER UIRIDI· SUNT NOBIS MITIA POMA.
CASTANEAE MOLLES. ET PRESSI COPIA LACTIS·
ET IAM SUMMA PROCUL UILLARUM CULMINA FUMANT·
MAIORESQUE CADUNT ALTIS DE MONTIBUS UMBRAE·

POETA CORYDON.

POE. FORMOSUM PASTOR CORYDON ARDEBAT ALEXIM.
DELICIAS DOMINI· NEC.QUID SPERARET HABEBAT·
TANTUM INTER DENSAS UMBROSA CACUMINA FAGOS
ASSIDUE UENIEBAT· IBI HAEC INCONDITA SOLUS
MONTIBUS ET SILUIS STUDIO IACTABAT INANI·
COR O CRUDELIS ALEXI: NIHIL MEA CARMINA CURAS·
NIL NOSTRI MISERERE· MORI ME DENIQUE COGES·
NUNC ETIAM PECUDES UMBRAS. ET FRIGORA CAPTANT·
NUNC UIRIDIS ETIAM OCCULTANT SPINETA LACERTOS·
THESTYLIS ET RAPIDO FESSIS MESSORIB. AESTU
ALLIA. SERPULLUMQUE HERBAS CONTUNDIT OLENTIS·
AT MECUM RAUCIS. TUA DUM UESTIGIA LUSTRO.
SOLE SUB ARDENTI RESONANT ARBUSTA CICADIS·
NONNE FUIT SATIUS TRISTIS AMARYLLIDIS IRAS.
ATQUE SUPERBA PATI FASTIDIA· NONNE MENALCAN·
QUAMUIS ILLE NIGER· QUAMUIS TU CANDIDUS ESSES·
O FORMOSE PUER. NIMIUM NE CREDE COLORI·
ALBA LIGUSTRA CADUNT· UACCINIA NIGRA LEGUNTUR·
DESPECTUS TIBI SUM· NEC QUI SIM QUAERIS. ALEXI·
QUAM DIUES PECORIS· NIUEI QUAM LACTIS ABUNDANS·
MILLE MEAE SICULIS ERRANT IN MONTIBUS AGNAE
LAC MIHI NON AESTATE NOUUM· NON FRIGORE DEFIT·
CANTO. QUAE SOLITUS. SI QUANDO ARMENTA UOCABAT.
AMPHION DIRCAEUS IN ACTAEO ARACYNTHO·
NEC SUM ADEO INFORMIS· NUPER ME IN LITORE UIDI.
CUM PLACIDUM UENTIS STARET MARE· NON EGO DAPHNIM
IUDICE TE METUAM· SI NUMQUAM FALLAT IMAGO·
O TANTUM LIBEAT MECUM TIBI SORDIDA RURA.

XXII

ATQ· HUMILIS HABITARE CASAS. ET FIGERE CERUOS.
HAEDORUMQUE GREGEM UIRIDI COMPELLERE HIBISCO·
MECUM UNA IN SILUIS IMITABERE PANA CANENDO·
PAN PRIMUS CALAMOS CERA CONIUNGERE PLURIS
INSTITUIT· PAN CURAT OUIS. OUIUMQUE MAGISTROS:
NEC TE POENITEAT CALAMO TRIUISSE LABELLUM·
HAEC EADEM UT SCIRET. QUID NON FACIEBAT AMYNTAS·
EST MIHI DISPARIB· SEPTEM COMPACTA CICUTIS
FISTULA. DAMOETAS DONO MIHI QUAM DEDIT OLIM·
ET DIXIT MORIENS· TE NUNC HABET ISTA SECUNDUM·
DIXIT DAMOETAS· INUIDIT STULTUS AMYNTAS·
PRAETEREA DUO. NEC TUTA MIHI UALLE REPERTI
CAPREOLI. SPARSIS ETIAM NUNC PELLIBUS ALBO.
BINA DIE SICCANT OUIS UBERA. QUOS TIBI SERUO·
IAMPRIDEM A ME ILLOS ABDUCERE THESTYLIS ORAT.
ET FACIET. QUONIAM SORDENT TIBI MUNERA NOSTRA·
HUC ADES, O FORMOSE PUER. TIBI LILIA PLENIS
ECCE FERUNT NYMPHAE CALATHIS. TIBI CANDIDA NAIS
PALLENTIS UIOLAS, ET SUMMA PAPAUERA CARPENS.
NARCISSUM ET FLOREM IUNGIT BENE OLENTIS ANETHI·
TUM CASIA ATQUE ALIIS INTEXENS SUAUIBUS HERBIS
MOLLIA LUTEOLA PINGIT UACCINIA CALTHA·
IPSE EGO CANA LEGAM TENERA LANUGINE MALA.
CASTANEASQUE NUCES. MEA QUAS AMARYLLIS AMABAT·
ADDAM CEREA PRUNA. ET HONOS ERIT HUIC QUOQ. POMO·
ET UOS. O LAURI. CARPAM. ET TE. PROXIMA MYRTE.
SIC POSITAE. QUONIAM SUAUIS MISCETIS ODORES·
RUSTICUS ES. CORYDON· NEC MUNERA CURAT ALEXIS·
NEC SI MUNERIBUS CERTES. CONCEDAT IOLAS·

EHEU. QUID UOLUI MISERO MIHI· FLORIB· AUSTRUM
PERDITUS. ET LIQUIDIS IMMISI FONTIB· APROS·
QUEM FUGIS. A DEMENS· HABITARUNT DI QUOQ· SILUAS·
DARDANIUSQ· PARIS. PALLAS. QUAS CONDIDIT. ARCES
IPSA COLAT· NOBIS PLACEANT ANTE OMNIA SILUAE·
TORUA LEAENA LUPUM SEQUITUR· LUPUS IPSE CAPELLAM·
FLORENTEM CYTISUM SEQUITUR LASCIUA CAPELLA·
TE CORYDON. O ALEXI· TRAHIT SUA QUEMQUE UOLUPTAS·
ASPICE. ARATRA IUGO REFERUNT SUSPENSA IUUENCI·
ET SOL CRESCENTIS DECEDENS DUPLICAT UMBRAS·
ME TAMEN URIT AMOR· QUIS ENIM MODUS ADSIT AMORI'
A CORYDON· CORYDON· QUAE TE DEMENTIA CEPIT·
SEMIPUTATA TIBI FRONDOSA UITIS IN ULMO EST·
QUIN TU ALIQUID SALTEM. POTIUS QUORUM INDIGET USUS·
UIMINIB· MOLLIQUE PARAS DETEXERE IUNCO'
INUENIES ALIUM. SI TE HIC FASTIDIT. ALEXIM·

MENALCAS· DAMOETAS· PALAEMON·

MEN. DIC MIHI. DAMOETA· CUIUM PECUS· AN MELIBOEI·
DAM. NON· UERUM AEGONIS· NUPER MIHI TRADIDIT AEGON·
MEN. INFELIX O SEMPER OUIS PECUS· IPSE NEAERAM
DUM FOUET. AC. NE ME SIBI PRAEFERAT ILLA. UERETUR·
HIC ALIENUS OUIS CUSTOS BIS MULGET IN HORA·
ET SUCCUS PECORI. ET LAC SUBDUCITUR AGNIS'
DAM. PARCIUS ISTA UIRIS TAMEN OBICIENDA MEMENTO·
NOUIMUS ET QUI TE. TRANSUERSA TUENTIBUS HIRCIS.
ET QUO. SED FACILES. NIMPHAE RISERE SACELLO·
MEN. TUM CREDO. CUM ME ARBUSTUM UIDERE MYCONIS.
ATQUE MALA UITIS INCIDERE FALCE NOUELLAS·
DAM. AUT HIC AD UETERIS FAGOS. CUM DAPHNIDIS ARCUM

FREGISTI. ET CALAMOS· QUAE TU. PERUERSE MENALCA;
ET CUM UIDISTI PUERO DONATA DOLEBAS·
ET SI NON ALIQUA NOCUISSES. MORTUUS ESSES·
MEN. QUID DOMINI FACIANT. AUDENT CUM TALIA FURES·
NON EGO TE UIDI DAMONIS. PESSIME. CAPRUM
EXCIPERE INSIDIIS. MULTUM LATRANTE LYCISCA·
ET CUM CLAMAREM· QUO NUNC SE PRORIPIT ILLE·
TITYRE COGE PECUS· TU POST CARECTA LATEBAS·
DAM. AN MIHI CANTANDO UICTUS NON REDDERET ILLE.
QUEM MEA CARMINIB· MERUISSET FISTULA CAPRUM·
SI NESCIS MEUS ILLE CAPER FUIT. ET MIHI DAMON
IPSE FATEBATUR· SED REDDERE POSSE NEGABAT·
MEN. CANTANDO TU ILLUM· AUT UMQUAM TIBI FISTULA CERA
IUNCTA FUIT· NON TU IN TRIUIIS. INDOCTE SOLEBAS
STRIDENTI MISERUM STIPULA DISPERDERE CARMEN·
DAM. UIS ERGO INTER NOS QUID POSSIT UTERQUE UICISSIM
EXPERIAMUR· EGO HANC UITULAM. NE FORTE RECUSES.
BIS UENIT AD MULCTRAM; BINOS ALIT UBERE FETUS
DEPONO. TU DIC MECUM QUO PIGNORE CERTES·
MEN. DE GREGE NON AUSIM QUICQUAM DEPONERE TECUM.
EST MIHI NAMQUE DOMI PATER. EST INIUSTA NOUERCA.
BISQUE DIE NUMERANT AMBO PECUS. ALTER ET HAEDOS·
UERUM ID. QUOD MULTO TUTE IPSE FATEBERE MAIUS;
INSANIRE LIBET QUONIAM TIBI· POCULA PONAM
FAGINA. CAELATUM DIUINI OPUS ALCIMEDONTIS.
LENTA QUIBUS TORNO FACILI SUPERADDITA UITIS
DIFFUSOS HEDERA UESTIT PALLENTE CORYMBOS·
IN MEDIO DUO SIGNA CONON. ET QUIS FUIT ALTER;
DESCRIPSIT RADIO TOTUM QUI GENTIBUS ORBEM·

TEMPORA QUAE MESSOR. QUAE CURUUS ARATOR HABERET·
NECDUM ILLIS LABRA ADMOUI. SET CONDITA SERUO·
DAM. ET NOBIS IDEM ALCIMEDON DUO POCULA FECIT·
ET MOLLI CIRCUM EST ANSAS AMPLEXUS ACANTHO·
ORPHEAQ: IN MEDIO POSUIT. SILUASQUE SEQUENTIS·
NECDUM ILLIS LABRA ADMOUI. SET CONDITA SERUO·
SI AD UITULAM SPECTAS. NIHIL EST QUOD POCULA LAUDES·
MEN. NUMQUAM HODIE EFFUGIES· UENIAM QUOCUMQ: UOCARIS·
AUDIAT HAEC TANTUM UEL QUI UENIT· ECCE PALAEMON·
EFFICIAM POSTHAC· NE QUEMQUAM UOCE LACESSAS·
DAM. QUIN AGE. SI QUID HABES· IN ME MORA NON ERIT ULLA·
NEC QUEMQUAM FUGIO· TANTUM. UICINE PALAEMON.
SENSIB· HAEC IMIS· RES EST NON PARUA· REPONAS·
PAL. DICITE· QUANDOQUIDEM IN MOLLI CONSEDIMUS HERBA·
ET NUNC OMNIS AGER· NUNC OMNIS PARTURIT ARBOS·
NUNC FRONDENT SILUAE· NUNC FORMOSISSIMUS ANNUS·
INCIPE. DAMOETA· TU DEINDE SEQUERE MENALCA·
ALTERNIS DICETIS· AMANT ALTERNA CAMOENAE·
DAM. AB IOUE PRINCIPIUM MUSAE· IOUIS OMNIA PLENA·
ILLE COLIT TERRAS· ILLI MEA CARMINA CURAE·
MEN. ET ME PHOEBUS AMAT· PHOEBO SUA SEMPER APUD ME
MUNERA SUNT LAURI· ET SUAUE RUBENS HYACINTHUS·
DAM. MALO ME GALATEA PETIT LASCIUA PUELLA·
ET FUGIT AD SALICES· ET SE CUPIT ANTE UIDERI·
MEN. AT MIHI SESE OFFERT ULTRO MEUS IGNIS AMYNTAS·
NOTIOR UT IAM SIT CANIB· NON DELIA NOSTRIS·
DAM. PARTA MEAE UENERI SUNT MUNERA· NAMQ. NOTAUI
IPSE LOCUM. AERIAE QUO CONGESSERE PALUMBES·
MEN. QUOD POTUI. PUERO SILUESTRI EX ARBORE LECTA

XXVI

AUREA MALA DECEM MISI CRAS ALTERA MITTAM
DAM O QUOTIES. ET QUAE NOBIS GALATEA LOCUTA EST
PARTEM ALIQUAM. UENTI. DIUUM REFERATIS AD AURIS
MEN QUID PRODEST. QUOD ME IPSE ANIMO NON SPERNIS. AMYNTA
SI. DUM TU SECTARIS APROS. EGO RETIA SERUO
DAM PHYLLIDA MITTE MIHI MEUS EST NATALIS. IOLA
CUM FACIAM UITULA PRO FRUGIB IPSE UENITO
MEN PHYLLIDA AMO ANTE ALIAS NAM ME DISCEDERE FLEUIT
ET LONGUM FORMOSE UALE UALE. INQUIT. IOLA
DAM TRISTE LUPUS STABULIS MATURIS FRUGIB. IMBRES
ARBORIB. UENTI NOBIS AMARYLLIDIS IRAE
MEN DULCE SATIS HUMOR DEPULSIS ARBUTUS HAEDIS
LENTA SALIX FETO PECORI MIHI SOLUS AMYNTAS
DAM POLLIO AMAT NOSTRAM. QUAMUIS EST RUSTICA MUSAM
PIERIDES UITULAM LECTORI PASCITE UESTRO
MEN POLLIO ET IPSE FACIT NOUA CARMINA PASCITE TAURUM
IAM CORNU PETAT. ET PEDIB QUI SPARGAT HARENAM
DAM QUI TE POLLIO. AMAT. UENIAT QUO TE QUOQ GAUDET
MELLA FLUANT ILLI FERAT ET RUBUS ASPER AMOMUM
MEN QUI BAUIUM NON ODIT. AMET TUA CARMINA. MAEUI
ATQUE IDEM IUNGAT UULPES. ET MULGEAT HIRCOS
DAM QUI LEGITIS FLORES. ET HUMI NASCENTIA FRAGA
FRIGIDUS. O PUERI. FUGITE HINC. LATET ANGUIS IN HERBA
MEN PARCITE OUES NIMIUM PROCEDERE NON BENE RIPAE
CREDITUR IPSE ARIES ETIAM NUNC UELLERA SICCAT
DAM TITYRE. PASCENTIS A FLUMINE REICE CAPELLAS
IPSE UBI TEMPUS ERIT. OMNIS IN FONTE LAUABO
MEN COGITE OUIS. PUERI SI LAC PRAECEPERIT AESTUS
UT NUPER FRUSTRA PRESSABIMUS UBERA PALMIS

DAM. EHEU QUAM PINGUI MACER EST MIHI TAURUS IN ERUO·
IDEM AMOR EXITIUM PECORI EST. PECORISQ. MAGISTRO·
MEN. HIS CERTE NEQ· AMOR CAUSA EST; UIX OSSIBUS HAERENT·
NESCIO QUIS TENEROS OCULUS MIHI FASCINAT AGNOS·
DAM. DIC QUIB· IN TERRIS. ET ERIS MIHI MAGNUS APOLLO.
TRIS PATEAT CAELI SPATIUM NON AMPLIUS ULNAS·
MEN. DIC. QUIB· IN TERRIS INSCRIPTI NOMINA REGUM
NASCANTUR FLORES. ET PHYLLIDA SOLUS HABETO·
PAL. NON NOSTRUM INTER UOS TANTAS COMPONERE LITIS·
ET UITULA TU DIGNUS. ET HIC. ET QUISQUIS AMORES
AUT METUET DULCIS. AUT EXPERIETUR AMAROS·
CLAUDITE IAM RIUOS. PUERI. SAT PRATA BIBERUNT·

XXVIII

POETA.

POE. SICELIDES MUSAE. PAULO MAIORA CANAMUS·
NON OMNES ARBUSTA IUUANT. HUMILESQ; MYRICAE·
SI CANIMUS SILUAS. SILUAE SINT CONSULE DIGNAE·
ULTIMA CYMAEI UENIT IAM CARMINIS AETAS·
MAGNUS AB INTEGRO SAECLORUM NASCITUR ORDO·
IAM REDIT ET UIRGO. REDEUNT SATURNIA REGNA·
IAM NOUA PROGENIES CAELO DEMITTITUR ALTO·
TU MODO NASCENTI PUERO. QUO FERREA PRIMUM
DESINET. AC TOTO SURGET GENS AUREA MUNDO.
CASTA FAUE LUCINA· TUUS IAM REGNAT APOLLO·
TEQ; ADEO DECUS HOC AEUI. TE CONSULE. INIBIT.
POLLIO. ET INCIPIENT MAGNI PROCEDERE MENSES·
TE DUCE. SIQUA MANENT SCELERIS UESTIGIA NOSTRI.
INRITA PERPETUA SOLUENT FORMIDINE TERRAS·
ILLE DEUM UITAM ACCIPIET. DIUISQ; UIDEBIT
PERMIXTOS HEROAS ET IPSE UIDEBITUR ILLIS.
PACATUMQ; REGET PATRIIS UIRTUTIB· ORBEM·
AT TIBI PRIMA. PUER. NULLO MUNUSCULA CULTU·
ERRANTIS HEDERAS PASSIM CUM BACCARE TELLUS.
MIXTAQ; RIDENTI COLOCASIA FUNDET ACANTHO·
IPSAE LACTE DOMUM REFERENT DISTENTA CAPELLAE
UBERA· NEC MAGNOS METUENT ARMENTA LEONES·
IPSA TIBI BLANDOS FUNDENT CUNABULA FLORES·
OCCIDET ET SERPENS. ET FALLAX HERBA UENENI·
OCCIDET· ASSYRIUM UULGO NASCETUR AMOMUM·
AT SIMUL HEROUM LAUDES ET FACTA PARENTIS
IAM LEGERE. ET QUAE SIT. POTERIS COGNOSCERE UIRTUS·
MOLLI PAULATIM FLAUESCET CAMPUS ARISTA.

INCULTISQ. RUBENS PENDEBIT SENTIB· UUA·
ET DURAE QUERCUS SUDABUNT ROSCIDA MELLA·
PAUCA TAMEN SUBERUNT PRISCAE UESTIGIA FRAUDIS.
QUAE TENTARE THETIN RATIB· QUAE CINGERE MURIS
OPPIDA. QUAE IUBEANT TELLURI INFINDERE SULCOS·
ALTER ERIT TUM TIPHYS. ET ALTERA QUAE UEHAT ARGO
DELECTOS HEROAS· ERUNT ETIAM ALTERA BELLA.
ATQ· ITERUM AD TROIAM MAGNUS MITTETUR ACHILLES·
HINC. UBI IAM FIRMATA UIRUM TE FECERIT AETAS.
CEDET ET IPSE MARI UECTOR· NEC NAUTICA PINUS
MUTABIT MERCES· OMNIS FERET OMNIA TELLUS·
NON RASTROS PATIETUR HUMUS. NON UINEA FALCEM·
ROBUSTUS QUOQ· IAM TAURIS IUGA SOLUET ARATOR·
NEC UARIOS DISCET MENTIRI LANA COLORES·
IPSE SED IN PRATIS ARIES IAM SUAUE RUBENTI
MURICE. IAM CROCEO MUTABIT UELLERA LUTO·
SPONTE SUA SANDYX PASCENTIS UESTIET AGNOS·
TALIA SAECLA. SUIS DIXERUNT. CURRITE. FUSIS
CONCORDES STABILI FATORUM NUMINE PARCAE·
ADGREDERE Ó MAGNOS. ADERIT IAM TEMPUS. HONORES.
CLARA DEUM SUBOLES. MAGNUM IOUIS INCREMENTUM·
ASPICE CONUEXO NUTANTEM PONDERE MUNDUM.
TERRASQ. TRACTUSQ. MARIS. CAELUMQ. PROFUNDUM·
ASPICE. UENTURO LAETENTUR UT OMNIA SAECLO·
O MIHI TAM LONGE MENEAT PARS ULTIMA UITAE
SPIRITUS. ET QUANTUM SAT ERIT TUA DICERE FACTA·
NON ME CARMINIB· UINCET NEC THRACIUS ORPHEUS.
NEC LINUS· HUIC MATER QUAMUIS. ATQ. HUIC PATER ADSIT·
ORPHEI CALLIOPEA. LINO FORMOSUS APOLLO·

PAN ETIAM. ARCADIA MECUM SI IUDICE CERTET.
PAN ETIAM ARCADIA DICAT SE IUDICE UICTUM·
INCIPE PARUE PUER. RISU COGNOSCERE MATREM·
MATRI LONGA DECEM TULERUNT FASTIDIA MENSES·
INCIPE. PARUE PUER· CUI NON RISERE PARENTES.
NON DEUS HUNC MENSA. DEA NEC DIGNATA CUBILI EST·

MENALCAS· MOPSUS·

MEN. CUR NON. MOPSE. BONI QUONIAM CONUENIMUS AMBO.
TU CALAMOS INFLARE LEUIS. EGO DICERE UERSUS.
HIC CORYLIS MIXTAS INTER CONSIDIMUS ULMOS·
MOP. TU MAIOR· TIBI ME EST AEQUUM PARERE. MENALCA·
SIUE SUB INCERTAS ZEPHYRIS MOTANTIB· UMBRAS.
SIUE ANTRO POTIUS SUCCEDIMUS. ASPICE. UT ANTRUM
SILUESTRIS RARIS SPARSIT LABRUSCA RACEMIS·
MEN. MONTIB· IN NOSTRIS SOLUS TIBI CERTET AMYNTAS·
MOP. QUID SI IDEM CERTET PHOEBUM SUPERARE CANENDO·
MEN. INCIPE, MOPSE. PRIOR· SI QUOS AUT PHYLLIDIS IGNES.
AUT ALCONIS HABES LAUDES. AUT IURGIA CODRI·
INCIPE· PASCENTIS SERUABIT TITYRUS HAEDOS·
MOP. IMMO HAEC. IN UIRIDI NUPER QUAE CORTICE FAGI
CARMINA DESCRIPSI. ET MODULANS ALTERNA NOTAUI.
EXPERIAR· TU DEINDE IUBETO CERTET AMYNTAS·
MEN. LENTA SALIX QUANTUM PALLENTI CEDIT OLIUAE.
PUNICEIS HUMILIS QUANTUM SALIUNCA ROSETIS·
IUDICIO NOSTRO TANTUM TIBI CEDIT AMYNTAS·
MOP. SED TU DESINE PLURA. PUER· SUCCESSIMUS ANTRO·
EXTINCTUM NYMPHAE CRUDELI FUNERE DAPHNI
FLEBANT· UOS CORYLI TESTES. ET FLUMINA NYMPHIS·
CUM· COMPLEXA SUI CORPUS MISERABILE NATI·

XXXI

ATQUE DEOS. ATQUE ASTRA UOCAT CRUDELIA MATER·
NON ULLI PASTOS ILLIS EGERE DIEB·
FRIGIDA. DAPHNI. BOUES AD FLUMINA· NULLA NEQ. AMNEM
LIBAUIT QUADRUPES. NEC GRAMINIS ATTIGIT HERBAM·
DAPHNI. TUUM POENOS ETIAM INGEMUISSE LEONES
INTERITUM. MONTESQ. FERI SILUAEQ. LOQUUNTUR·
DAPHNIS ET ARMENIAS CURRU SUBIUNGERE TIGRIS
INSTITUIT. DAPHNIS THIASOS INDUCERE BACCHO.
ET FOLIIS LENTAS INTEXERE MOLLIB· HASTAS·
UITIS UT ARBORIB· DECORI EST. UT UITIB· UUAE·
UT GREGIB· TAURI. SEGETES UT PINGUIB· ARUIS·
TU DECUS OMNE TUIS POSTQUAM TE FATA TULERUNT.
IPSA PALES AGROS. ATQ. IPSE RELIQUIT APOLLO·
GRANDIA SAEPE QUIB· MANDAUIMUS HORDEA SULCIS·
INFELIX LOLIUM· ET STERILES DOMINANTUR AUENAE·
PRO MOLLI UIOLA. PRO PURPUREO NARCISSO.
CARDUUS. ET SPINIS SURGIT PALIURUS ACUTIS·
SPARGITE HUMUM FOLIIS. INDUCITE FONTIB· UMBRAS.
PASTORES· MANDAT FIERI SIBI TALIA DAPHNIS·
ET TUMULUM FACITE. ET TUMULO SUPERADDITE CARMEN·
DAPHNIS EGO IN SILUIS· HINC USQ· AD SIDERA NOTUS:
FORMOSI PECORIS CUSTOS· FORMOSIOR IPSE·
MEN. TALE TUUM CARMEN. NOBIS DIUINE POETA.
QUALE SOPOR FESSIS IN GRAMINE· QUALE PER AESTUM
DULCIS AQUAE SALIENTE SITIM RESTINGUERE RIUO·
NEC CALAMIS SOLUM AEQUIPARAS· SED UOCE MAGISTRUM
FORTUNATE PUER· TU NUNC ERIS ALTER AB ILLO·
NOS TAMEN HAEC QUOCUMQ· MODO TIBI NOSTRA UICISSIM
DICEMUS· DAPHNINQ· TUUM TOLLEMUS AD ASTRA·

XXXII

DAPHNIN AD ASTRA FEREMUS· AMAUIT NOS QUOQ· DAPHNIS·
MOP. AN QUICQUAM NOBIS TALI SIT MUNERE MAIUS·
ET PUER IPSE FUIT CANTARI DIGNUS· ET ISTA
IAMPRIDEM STIMICON LAUDAUIT CARMINA NOBIS·
MEN. CANDIDUS INSUETUM MIRATUR LIMEN OLYMPI.
SUB PEDIBUSQ· UIDET NUBES. ET SIDERA DAPHNIS·
ERGO ALACRIS SILUAS. ET CETERA RURA UOLUPTAS.
PANAQ· PASTORESQ· TENET. DRYADASQ· PUELLAS·
NEC LUPUS INSIDIAS PECORI. NEC RETIA CERUIS
ULLA DOLUM MEDITANTUR· AMAT BONUS OTIA DAPHNIS·
IPSI LAETITIA UOCES AD SIDERA IACTANT
INTONSI MONTES· IPSAE IAM CARMINA RUPES.
IPSA SONANT ARBUSTA· DEUS. DEUS ILLE. MENALCA·
SIS BONUS Ó FELIXQ· TUIS· EN QUATTUOR ARAS·
ECCE DUAS TIBI. DAPHNI. DUOQ· ALTARIA PHOEBO·
POCULA BINA NOUO SPUMANTIA LACTE QUOTANNIS,
CRATERASQ· DUOS STATUAM TIBI PINGUIS OLIUI·
ET MULTO IN PRIMIS HILARANS CONUIUIA BACCHO.
ANTE FOCUM. SI FRIGUS ERIT. SI MESSIS. IN UMBRA
UINA NOUUM FUNDAM CALATHIS ARUISIA NECTAR·
CANTABUNT MIHI DAMOETAS. ET LYCTIUS AEGON·
SALTANTES SATYROS IMITABITUR ALPHESIBOEUS·
HAEC TIBI SEMPER ERUNT. ET CUM SOLLEMNIA UOTA
REDDEMUS NYMPHIS· ET CUM LUSTRABIMUS AGROS·
DUM IUGA MONTIS APER. FLUUIOS DUM PISCIS AMABIT.
DUMQ· THYMO PASCENTUR APES. DUM RORE CICADAE.
SEMPER HONOS. NOMENQ· TUUM. LAUDESQ· MANEBUNT·
UT BACCHO CERERIQ· TIBI SIC UOTA QUOTANNIS
AGRICOLAE FACIENT· DAMNABIS TU QUOQUE UOTIS·

MOP. QUAE TIBI, QUAE TALI REDDAM PRO CARMINE DONA·
NAM NEQ: ME TANTUM UENIENTIS SIBILUS AUSTRI.
NEC PERCUSSA IUUANT FLUCTU TAM LITORA. NEC QUAE
SAXOSAS INTER DECURRUNT FLUMINA UALLES·
MEN HAC TE NOS FRAGILI DONABIMUS ANTE CICUTA·
HAEC NOS, FORMOSUM CORYDON ARDEBAT ALEXIM·
HAEC EADEM DOCUIT. CUIUM PECUS· AN MELIBOEI·
MOP. AT TU SUME PEDUM. QUOD, ME CUM SAEPE ROGARET.
NON TULIT ANTIGENES. ET ERAT TUM DIGNUS AMARI.
FORMOSUM PARIB· NODIS ATQ· AERE. MENALCA·

FAUNORUM. SATYRORUM. ET SILUANORUM DELECTATIO.

PRIMA SYRACOSIO DIGNATA EST LUDERE UERSU.
NOSTRA NEC ERUBUIT SILUAS HABITARE THALIA·
CUM CANEREM REGES. ET PROELIA. CYNTHIUS AUREM
UELLIT. ET ADMONUIT· PASTOREM. TYTIRE. PINGUIS
PASCERE OPORTET OUIS. DEDUCTUM DICERE CARMEN·
NUNC EGO NAMQ· SUPER TIBI ERUNT. QUI DICERE LAUDES·
UARE. TUAS CUPIANT. ET TRISTIA CONDERE BELLA.
AGRESTEM TENUI MEDITABOR ARUNDINE. MUSAM·
NON INIUSSA CANO· SI QUIS TAMEN HAEC QUOQ· SI QUIS
CAPTUS AMORE LEGET· TE NOSTRAE, UARE. MYRICAE·
TE NEMUS OMNE CANET· NEC PHOEBO GRATIOR ULLA EST,
QUAM SIBI QUAE UARI PRAESCRIPSIT PAGINA NOMEN·
PERGITE. PIERIDES· CHROMIS ET MNASYLUS IN ANTRO
SILENUM PUERI SOMNO UIDERE IACENTEM.
INFLATUM ESTERNO UENAS. UT SEMPER IACCHO.
SERTA PROCUL TANTUM CAPITI DELAPSA IACEBANT·
ET GRAUIS ATTRITA PENDEBAT CANTHARUS ANSA·
ADGRESSI NAM SAEPE SENEX SPE CARMINIS AMBO

LUSERAT· INICIUNT IPSIS EX UINCULA SERTIS·
ADDIT SE SOCIAM. TIMIDISQ· SUPERUENIT AEGLE·
AEGLE NAIADUM PULCHERRIMA· IAMQUE UIDENTI
SANGUINEIS FRONTEM MORIS ET TEMPORA PINGIT·
ILLE DOLUM RIDENS. QUO UINCULA NECTITIS INQUIT·
SOLUITE ME. PUERI· SATIS EST POTUISSE UIDERI·
CARMINA QUAE UULTIS. COGNOSCITE· CARMINA UOBIS·
HUIC ALIUD MERCEDIS ERIT· SIMUL INCIPIT IPSE·
TUM UERO IN NUMERUM FAUNOSQ· FERASQ· UIDERES
LUDERE. TUM RIGIDAS MOTARE CACUMINA QUERCUS·
NEC TANTUM PHOEBO GAUDET PARNASSIA RUPES·
NEC TANTUM RHODOPE MIRANTUR ET ISMARUS ORPHEA·
NAMQUE CANEBAT. UTI MAGNUM PER INANE COACTA
SEMINA TERRARUMQ ANIMAEQ· MARISUE FUISSENT.
ET LIQUIDI SIMUL IGNIS· UT HIS EXORDIA PRIMIS
OMNIA. ET IPSE TENER MUNDI CONCREUERIT ORBIS·
TUM DURARE SOLUM. ET DISCLUDERE NEREA PONTO
COEPERIT. ET RERUM PAULATIM SUMERE FORMAS·
IAMQ· NOUUM UT TERRAE STUPEANT LUCESCERE SOLĒ·
ALTIUS ATQUE CADANT SUMMOTIS NUBIB. IMBRES·
INCIPIANT SILUAE CUM PRIMUM SURGERE. CUMQUE
RARA PER IGNOTOS ERRENT ANIMALIA MONTIS·
HINC LAPIDES PYRRHAE IACTOS. SATURNIA REGNA
CAUCASIASQ· REFERT UOLUCRES. FURTUMQ· PROMETHEI·
HIS ADIUNGIT HYLAM NAUTAE QUO FONTE RELICTUM
CLAMASSENT. UT LITUS HYLA HYLA OMNE SONARET:
ET FORTUNATAM. SI NUMQUAM ARMENTA FUISSENT.
PASIPHAEN NIUEI SOLATUR AMORE IUUENCI·
A UIRGO INFELIX. QUAE TE DEMENTIA COEPIT:

XXXV

Achillis Stati Lvsitani.

Pvrpvreos sparge in frontem atq. in cornva flores
  Albaq. ter plenis lilia da manibvs·
Namq. vides saecli monvmentvm insigne prioris·
  Qvo neq. nobilivs. nec privs exstat opvs·
Felix sorte tva. et vita Maro dignior. vnvm
  Hoc svperest de tot millib· archetypvm·
Maecenas. ne tv cvm re simvl ipse perires·
  Arma feri ivssit militis esse procvl·
Et tva Rodvlfi. qvae non oblitteret aetas
  Vlla. piae servant haec monvmenta manvs·

PROETIDES INPLERUNT FALSIS MUGITIB· AGROS·
AT NON TAM TURPES PECUDUM TAMEN ULLA SECUTA
CONCUBITUS· QUAMUIS COLLO TIMUISSET ARATRUM
ET SAEPE IN LAEUI [N] QUAESISSET CORUA [N] FRONTE
A UIRGO INFELIX· TU NUNC IN MONTIB· ERRAS
ILLE LATUS NIUEUM MOLLI FULTUS HYACINTHO
ILICE SUB NIGRA PALLENTIS RUMINAT HERBAS
AUT ALIQUAM IN MAGNO SEQUITUR GREGE· CLAUDITE NYMPHAE
DICTEAE NYMPHAE· NEMORUM IAM CLAUDITE SALTUS
SI QUA FORTE FERANT OCULIS SESE OBUIA NOSTRIS
ERRABUNDA BOUIS UESTIGIA· FORSITAN ILLUM
AUT HERBAM CAPTUM UIRIDI· AUT ARMENTA SECUTU-
PERDUCANT ALIQUAE STABULA AD CORTYNIA UACCAE·
TUM CAPIT [N] HESPERIDUM MIRATAM MALA PUELLAM
TUM PHAETHONTIADAS MUSCO CIRCUMDAT AMARAE·
CORTICIS· ATQ· SOLO PROCERAS ERIGIT ALNOS·
TUM CANIT ERRANTEM PERMESSI AD FLUMINA GALLU-
AONAS IN MONTES UT DIXERIT UNA SORORUM
UTQ· UIRO PHOEBI CHORUS ADSURREXERIT OMNIS·
UT LINUS HAEC ILLI [DI] UINO CARMINE PASTOR
FLORIB· ATQUE APIO CRINIS ATQ· ORNATUS AMARO
DIXERIT HOS TIBI DANT CALAMOS EN ACCIPE MUSAE
ASCREO QUOS ANTE SENI QUIB· ILLE SOLEBAT
CANTANDO RIGIDAS DEDUCERE MONTIB· ORNOS·
HIS TIBI GRYNAEI NEMORIS DICATUR ORIGO·
NEQUIS SIT LUCUS QUO SE PLUS IACTET APOLLO·
QUID LOQUAR AUT SCYLLAM NISI QUAM FAMA SECUTA
CANDIDA SUCCINCTAM LATRANTIB· INGUINA MONSTRIS
DULICIAS UEXASSE RATES· ET GURGITE IN ALTO·

A TIMIDOS NAUTAS· CANTABIMUS LACERASSE MARINIS·
AUT MUTATOS TERREI NARRAUERIT ARTUS·
QUAS ILLI PHILLOMELA DAPES· QUAE DONA PARARIT·
QUO CURSU DESERTA PETIUERIT· ET QUIB· ANTE
INFELIX· SUA TECTA SUPERUOLITAUERIT ALES·
OMNIA QUAE PHOEBO QUODAM MEDITANTE BEATUS
AUDIIT EUROTAS· IUSSITQ. EDISCERE LAURUS·
ILLE CANIT. PULSAE REFERUNT AD SIDERA UALLES·
COGERE DONEC OUES STABULIS. NUMERUMQ. REFERRE
IUSSIT. ET INUITO PROCESSIT UESPER OLYMPO.

MELIBOEUS CORYDON THYRSIS

FORTE SUB ARGUTA CONSEDERAT ILICE DAPHNIS·
COMPULERANT. QUAE GREGES CORYDON. ET TYRSIS IN UNUM·
THYRSIS OUIS CORYDON DISTENTAS LACTE CAPELLAS·
AMBO FLORENTES AETATIB· ARCADES AMBO·
ET CANTARE PARES· ET RESPONDERE PARATI·
HUC MIHI DUM TENERAS DEPENDO A FRIGORE MYRTOS·
UIR GREGIS IPSE CAPER DEERRAUERAT· ATQ. EGO DAPHNI
ASPICIO. ILLE UBI ME CONTRAM UIDET· OCIUS INQUIT
HUC ADES O MELIBOEE; CAPER TIBI SALUUS ET HAEDI·
ET SI QUID CESSARE POTES REQUIESCE SUB UMBRA·
HUC IPSI POTUM UENIENT PER PRATA IUUENCI·
HIC UIRIDIS TENERA PRAETEXIT HARUNDINE RIPAS
MICIU E EQUAE SACRA RESONANT EXAMINA QUAERCU·
QUID FACEREM. NEQ. EGO ALCIPPEN. NEC PHYLLIDA HABEBA·
DEPULSOS A LACTE DOMI· QUAE CLAUDERET HEDOS AGNOS
ET CERTAMEN ERAT. CORYDON CUM THYRSIDE MAGNUM·
POSTHABUI TAMEN ILLORUM MEA SERIA LUDO·
ALTERNIS IGITUR CONTENDERE UERSIB AMBOS

COEPERE ALTERNOS MUSAE MEMINISSE UOLEBANT
HOS CORYDON, ILLOS REFEREBAT IN ORDINE THYRSIS
CORY. NYMPHAE NOSTER AMOR LIBETHRIDENS· AUT MIHI CARMEN
QUALE MEO CODRO CONCEDITE· PROXIMA PHOEBI
UERSIB· ILLE FACIT· AUT SI NON POSSIMUS OMNES
HIC ARGUTA SACRA PENDEBIT FISTULA PINU
THYR. PASTORES, HEDERA NASCENTE ORNATE POETAM
ARCADES INUIDIA RUMPANTUR UT ILIA CODRO
AUT SI ULTRA PLACITUM LAUDARIT· BACCHARE FRONTEM
CINGITE, NE UATI NOCEAT MALA LINGUA FUTURO
CORY. SAETOSI CAPUT HOC APRI· TIBI DELIA PARUOS
ET RAROS AMYCON UIUACIS CORNUA CERUI·
SI PROPRIUM HOC FUERIT· LEUI DE MARMORE TOTA
PUNICEO STABIS SURAS EUINCTA COTURNO
THY. SINUM LACTIS, ET HAEC TE LIBA PRIAPE QUOTANNIS
EXSPECTARE SAT EST CUSTOS ES PAUPERIS HORTI·
NUNC TE MARMOREUM PRO TEMPORE, FECIMUS AT TU
SI FETURAM GREGEM SUPPLEUERIT· AUREUS ESTO
CORY NERINE GALATEA· THYMO MIHI DULCIOR HYBLAE
CANDIDIOR CYCNIS· HEDERA FORMOSIOR ALBA·
CUM PRIMUM PASTI REPETENT PRAESEPIA TAURI
SI QUA TUI CORYDONIS HABET TE CURA UENITO·
THY. IMMO EGO SARDONIIS UIDEAR TIBI AMARIOR HERBIS·
HORRIDIOR RUSCO· PROIECTA UILIOR ALGA
SI MIHI NON HAEC LUX TOTO IAM LONGIOR ANNO ST:
ITE DOMUM PASTI, SI QUIS PUDOR ITE IUUENCI·
CORY. MUSCOSI FONTES· ET SOMMO MOLLIOR HERBA·
ET QUAE UOS RARA UIRIDIS TEGIT ARBUSTUS UMBRA·
SOLSTITIUM PECORI DEFENDITE· IAM UENIT AESTAS

TORRIDA · IAM LAETO TURGENT IN PALMITE GEMMAE ·
THYR. HIC FOCUS ET TAEDAE PINGUES. HIC PLURIMUS IGNIS
SEMPER ET ADSIDUA POTES FULIGINE NIGRI ·
HIC TANTUM BOREAE CURAMUS FRIGORA · QUONTUM
AUT NUMERUM LUPUS · AUT TORRENTIA FLUMINA RIPAS ·
CORY. STANT ET IUNIPERI ET CASTANEAE HIRSUTAE ·
STRATA IACENT · PASSIM SUA QUAEQ · SUB ARBORE POMA ·
OMNIA NUNC RIDENT · AT SI FORMOSUS ALEXIS ·
MONTIB · HIS ABEAT UIDEAS ET FLUMINA SICCA ·
THYR. ARET AGER, UITIO MORIENS SITIT AERIS HERBA
LIBER PAMPINEAS INUIDIT COLLIB · UMBRAS ·
PYLLIDIS ADUENTU NOSTRAE · NEMUS OMNE UIDEBIT ·
IUPPITER ET LAETO DESCENDET PLURIMUS IMBRI ·
CORY. POPULUS ALCIDAE GRATISSIMA · UITIS IACCHO ·
FORMOSAE UYRTUS UENERI · SUA LAUREA PHOEBO ·
PYLLIS AMAT COLYLOS ILLAS DUM PHYLLIS AMABIT
NEC MYRTUS UINCET CORYLOS · NEC LAUREA PHOEBI ·
THYR. FRAXINUS IN SILUI PULCERRIM · PINUS IN HORTIS ·
POPULUS IN FLUUIIS · ABIES IN MONTIB · ALTIS ·
SAEPIUS AE SI ME LYCIDA FORMOSE REUISAS ·
FRAXINUS IN SILUIS · CEDAT TIBI PINUS IN HORTIS ·
MEL. HAEC MEMINI, ET UICTUM FRUSTRA CONTENDERE THYRSI ·
EX ILLO CORYDON. CORYDON EST TEMPORE NOBIS ·

DAMONIS ET ALPHESIBOEI CERTATIO

POE. PASTORUM MUSAM DAMONIS ET ALPHESIBOEI ·
IMMEMOR HERBARUM QUOS EST MIRATA IUUENCA
CERTANTIS · QUORUM STUPEFACTAE CARMINE LYNCES ·
ET MUTATA SUO REQUIERUNT FLUMINA CURSUS ·
DAMONIS MUSAM DICEMUS · ET ALPHESIBOEI ·

TU MIHI SEU MAGNI SUPERAS IAM SAXA TIMAUI·
SIUE ORAM ILLYRICI LEGIS AEQUORIS· E[N]T ERIT UMQUAM
ILLE DIES. MIHI CUM LICEAT TUA DICERE FACTA
EN ERIT. UT LICEAT TOTUM MIHI FERRE PER ORBEM
SOLA SOPHOCLEO TUA CARMINA DIGNA COTURNO·
A TE PRINCIPIUM. TIBI DESINET· ACCIPE IUSSIS
CARMINA COEPTA TUIS· ATQ. HAN[C] SINE TEMPORA CIRCU~
INTER VICTRICES HAEDERAM TIBI SERPERE LAUROS·
FRIGIDA UIX CAELO NOCTIS DECESSERAT UMBRA·
CUM ROS IN TENERA PECORI GRATISSIMUS HERBA·
INCUMBENS T[E]RETI DAMON SIC COEPIT OLIUAE
DAMNASCERE. PRAEQ. DIEM UENIENS AGE LUCIFER ALMU~
CONIUGIS INDIGNO NYSAE DECEPTUS AMORE
DUM QUAEROR ET DIUOS QUAMQUAM NIL TESTIB· ILLIS.
PROFECI· EXTREMA MORIENS TAMEN ADLOQUA[O]R HORA·
INCIPE MAENALIOS MECUM MEA TIBIA UERSUS·
MAENALUS· ARGUTUMQ. NEMUS· PINOSQ. LOQUENTES
SEMPER HABET SEMPER PASTORUM ILLE AUDIT AMORES
PANAQ. QUI PRIMUM CALAMOS NON PASSUS INERTES·
INCIPE MAENALIOS MECUM MEA TIBIA UERSUS·
MOPSO NYSA DATUR· QUID NON SPEREMUS AMANTES·
IUNGENTUR IAM GRYPES EQUIS· AEUOQ. SEQUENTI·
CUM CANIB· TIMIDAE UENIENT AD POCULA DAMN[M]AE·
MOPSE NOUAS INCIDE FACES· TIBI DUCITUR UXOR·
SPARGE MARITE NUCES· TIBI DESERIT HESPERUS OETA~
INCIPE MAENALIOS MECUM MEA TIBIA UERSUS·
O DIGNO CONIUNCTA UIRO· DUM DESPICIS OMNES·
DUMQ. TIBI EST ODIO MEA FISTULA· DUMQ. CAPELLAE·
HIRSUTUMQ. SUPERCILIUM· PROMISSAQ. BARBA·

NEC CURARE DEUM CREDIS MORTALIA QUEMQUAM·
INCIPE MAENALIOS MECUM MEA TIBIA UERSUS·
SAEPIB· IN NOSTRIS, PARUAM TE ROSCIDA MALA
DUX EGO UESTER ERAM· UIDI CUM MATRE LEGENTEM·
ALTER AB UNDECIMO TUM ME IAM ACCEPERAT ANNUS·
IAM FRAGILIS POTERAM AB TERRA CONTINGERE RAMOS·
UT UIDI· UT PERII· UT ME MALUS ABSTULIT ERROR
INCIPE MAENALIOS MECUM MEA TIBIA UERSUS·
NUNC SCIO QUID SIT AMOR· DURIS IN COTIBUS ILLŪ·
AUT MAROS· AUT RHODOPHE· AUT EXTREMI GARAMAÑES·
NEC GENERIS NOSTRI PUERUM, NEC SANGUINIS EDUÑ·
INCIPE MAENALIOS MECUM MEA TIBIA UERSUS·
SAEUUS AMOR DOCUIT· NATORUM SANGUINE MATRĒ
COMMACULARE MANUS· CRUDELIS TU QUOQ· MATER·
CRUDELIS MATER MAGIS· AN PUER INPROB· ILLE
IMPROB· ILLE PUER· CRUDELIS TU QUOQ· MATER·
INCIPE MAENALIOS MECUM MEA TIBIA UERSUS·
NUNC ET OUIS ULTRO FUGIAT LUPUS· AUREA DURAE
MALA FERANT QUAERCUS· NARCISSO FLOREAT ALNUS·
PINGUIA CORTIB[ci]· SUDENT ELECTRA MYRICAE·
CERTET[N] ET CYGNIS ULULAE· SIT TITYRUS ORPHEUS·
ORPHEUS IN SILUIS· INTER DELPHINAS ORION[A]·
INCIPE MAENALIOS MECUM MEA TIBIA UERSUS·
OMNIA UEL MEDIUM FIAT MARE· UIUITAE SILUAE·
PRAECEPS AERII SPECULA DE MONTIS IN UNDAS
DEFERAR· EXTREMUM HOC MUNUS MORIENTIS HABETO·
DESINE MAENALIOS IAM DESINE TIBIA UERSUS·
POET. HAEC DAMAN[O]. UOSQ̄ RESPONDERIT ALPHESIBOEUS
DICITE PIERIDES· NON OMNIA POSSUMUS OMNES·

EFFER AQUAM· ET MOLLI CINGE HAEC ALTARIA UITTA·
UERBENASQ. ADOLE PINGUIS· ET MASCULA TURA·
CONIUGIS UT MAGICIS SANOS AUERTERE SACRIS
EXPERIAR SENSUS· NIHIL HIC NISI CARMINA DESUNT·
A DUCITE AB URBE DOMUM MEA CARMINA DUCITE DAPNI
C CARMINIB· CIRCE SOCIOS MUTAUIT ULIXI·
FRIGIDUS IN PRATIS CANTANDO RUMPITUR ANGUIS·
DUCITE AB URBE DOMUM MEA CARMINA DUCITE DAPHNI·
TERNA TIBI HAEC PRIMUM· TRIPLICI DIUERSA COLORE
LICIA CIRCUMDO· TERQ. HAEC ALTARIA CIRCUM
EFFICIEM DUCO NUMERO DEUS IMPARE GAUDET·
DUCITE AB URBE DOMUM MEA CARMINA DUCITE DAPHNI.
NECTE TRIB· NODIS TERNOS AMARYLLI COLORES·
NECTE AMARYLLI MODO, ET UENERIS DIC UINCULA NECTO·
DUCITE AB URBE DOMUM MEA CARMINA DUCITE DAPHNI.
LIMUS UT HIC DURESCIT· ET HAEC UT CERA LIQUESCIT·
UNO EODEMQ. IGNI SIC NOSTRO DAPHNIS AMORE·
SPARGE MOLAM· ET FRAGILIS INCENDE BITUMINE LAURUS·
DAPHNIS ME MALUS URIT· EGO HANC IN DAPHNIDE LAURU·
DUCITE AB URBE DOMUM MEA CARMINA DUCITE DAPHNI·
TALIS AMOR DAPHNIN QUALIS QUALIS CUM FESSA IUUENCU
PER NEMORA ATQ. ALTOS QUAERENDO BUCULA LUCOS·
PROPTER AQUAE RIUUM· UIRIDI PROCUMBIT IN ULLA·
. PERDITA NEC SERAE MEMINIT DECEDERE NOCTI
TALIS AMOR TENEAT NEC SIT MIHI CURA MEDERI
DUCITE AB URBE DOMUM MEA CARMINA DUCITE DAPHNI·
HAS OLIM EXUUIAS MIHI, PERFIDUS ILLE RELIQUIT
PIGNORA CARA SUI QUAE NUNC EGO LIMINE IN IPSO·
TERRA TIBI MANDO DEBENT HAEC PIGNORA DAPHNI·

B CARMINA UEL CAELO POSSUNT DEDUCERE LUNAM

DUCITE AB URBE DOMUM MEA CARMINA DUCITE DAPHNI·
HAS HERBAS· ATQ· HAEC PONTO MIHI LECTE UENENA·
IPSE DEDIT MOERIS· NASCUNTUR PLURUMA PONTO·
HIS EGO SAEPE LUPUM FIERI· ET SE CONDERE SILUIS
MOERIM· SAEPE ANIMAS IMIS EXCIRE SEPULCHRIS·
ATQ. SATAS ALIO UIDI TRADUCERE MESSIS·
DUCITE AB URBE DOMUM MEA CARMINA DUCITE DAPHNI·
FER CINERES AMARYLLI FORAS· RIUOQ. FLUENTI
TRANSQ. CAPUT IACE· NEC RESPEXERIS· HIS EGO DAPHNI
ADGREDIAR· NIHIL ILLE DEOS, NIHIL CARMINA CURAT·
DUCITE AB URBE DOMUM MEA CARMINA DUCITE DAPHNI·
ASPICE. CORRIPUIT TREMULIS ALTARIA FLAMMIS·
SPONTE SUA· DUM FERRE MOROR· CINIS IPSE BONUM SIT·
NESCIO QUIT CERTE EST· ET HYLAS IN LIMINE LATRAT·
CREDIMUS· AN QUI AMANT IPSI SIBI OMNIA FINGUNT·
PARCITE· AB URBE UENIT· IAM CARMINA PARCITE DAPHNI·

LYCIDA MOERIS

LYC QUO TE MOERI PEDES· AN QUO UIA· DUCIT· IN URBEM·
MOE O LYCIDA. UIUI PERUENIMUS· ADUENA NOSTRI
QUOD NUMQUAM UERITI SUMUS· UT POSSESSOR AGELLI
DICERET, HAEC MEA SUNT· UETERES MIGRATE COLONI·
NUNC UICTI TRISTES· QUONIAM FORS OMNIA UERSAT·
HOS ILLI QUOD NEC UERTAT BENE MITTIMUS HAEDOS·
LYC. CERTE EQUIDEM AUDIERAM· QUAE SE SUBDUCERE COLLES·
INCIPIUNT· MOLLIQ. IUGUM DEMITTERE CLIUO·
USQ. AD AQUAM· ET UETERES IAM FRACTA CACUMINA FAGOS·
OMNIA CARMINIB· UESTRUM SERUASSE MENALCA·
MOE AUDIERA ET FAMA FUIT· SED CARMINA TANTUM
NOSTRA UALENT LYCIDA TELA INTER MARTIA QUANTUM

CHAONIAS DICUNT· AQUILA UENIENTE COLUMBAS'
QUOD NISI ME, QUACUMQ· NOUAS INCIDERE LITES.
ANTE SINISTRA CAUA MONUISSET AB ILICE CORNIX·
NEC TUUS HIC MOERIS· NEC UIUERET IPSE MENALCAS'
TYC. HEU CADIT IN QUEMQUAM TANTUM SCELUS· HEU TUA NOBIS
PAENE SIMUL TECUM SOLACIA RAPTA MENALCA.
QUIS CANERET NYMPHAS, QUIS HUMUM FLORENIB· HE URBIS
SPARGERET AUT UIRIDI FONTES INDUCERET UMBRA·
UEL QUAE SUBLEGI TACITUS TIBI CARMINA NUPER·
CUM TE AD DELICIAS FERRES AMARYLLIDA NOSTRAS·
TITYRE DUM REDEO BREUIS EST UIA· PASCE CAPELLAS·
ET POTUM ·:·PASTAS AGE TITYRE· ET INTER AGENDUM·
OCCURSARE CAPRE O CORNU FERET ILLE CAUETO·
IMMO HA C FERQ· BARO NEC DUM PERFECTA CANEBAT·
BARE TUUM NOMEN CUPIANT SUPERENT MODO MANUA Nobis·
NOBIS MANTUA UE MISERE NIMIUM UICINA CREMONE
CANTANTES SUBLIME FERENT AD SIDERA CYCNI'
SIC TUA CY·:·NEAS FUGIANT EXAMINA TAXOS·
SIC CYTISO PASTAE DISTENDANT UBERA UACCAE'
INCIPE SI QUIT HABES· ET ME FECERE POETAM
PIERIDES. SUNT ET MIHI CARMINA· ME QUOQ· DICUNT
UATEM PASTORES SED NON EGO CREDULUS ILLIS'
NAM NEQ· ADHUC UARO UIDEOR· NEC DICERE CINNA
DIGNA· SET ARGUTOS INTER STREPERE ANSER OLORES'
MOE. ID QUIDEM AGO ET TACITUS LYCIDAM MECUM IPSE UOLUTO·
SI UALEAM MEMINISSE· NEQ· EST IGNOBILE CARMEN·
HUC ADES' O GALATEA· QUIS EST NAM LUDUS IN UNDIS·
HIC UER PURPUREUM, UARIOS HIC FLUMINA CIRCUM
FUNDIT HUMUS FLORES, HIC CANDIDA POPULUS ANTRO

IMMINET ET LENTAE TEXUNT UMBRACULA UITES·
HUC ADES, INSANI FERIANT SINE LITORA FLUCTUS·
LYC. QUID QUAE TE PURA SOLUM SUB NOCTE CANENTEM
AUDIERAM· NUMEROS MEMINI, SI UERBA TENEREM·
DAPHNI QUID ANTIQUOS SIGNORUM SUSPICIS ORTUS·
ECCE DIONEI PROCESSIT CAESARIS ASTRUM·
ASTRUM· QUO SEGETES GAUDERENT FRUGIB: ET QUOD
DUCERET APRICIS IN COLLIB· UUA COLOREM·
INSERE DAPHNI PIROS· CARPENT TUA POMA NEPOTES·
MOE. OMNIA FERT AETAS· ANIMUM QUOQ: SAEPE EGO LONGOS
CANTANDO PUERUM MEMINI ME CONDERE SOLES·
NUNC OBLITA MIHI TOT CARMINA· UOX QUOD MOERIM
IAM FUGIT IPSA· LUPI MOEREM UIDERE PRIORES·
SED TAMEN ISTA SATIS REFERET TIBI SAEPE MENALCAS·
LYC. CAUSANDO NOSTRO IN LONGUM DUCIS AMORES·
ET NUNC OMNE TIBI STRATUM SILET AEQUOR· ET OMNES
ASPICE UENTOSI CAECIDERUNT MURMURIS AURAE·
HINC ADEO MEDIA EST NOBIS UIA· NAMQ: SEPULCRUM
INCIPET APPARERE BIANORIS. HIC UBI DENSAS
AGRICOLAE STRINGUNT FRONDES. HIC MOERI CANAMUS·
HIC HEDOS DEPONE· TAMEN UENIEMUS IN URBEM·
AUT SI NOX PLUUIAM NE COLLIGAT ANTE UEREMUR·
CANTANTES LICET USQ: MINUS UIA LAEDIT EAMUS·
CANTANTES UT EAMUS. EGO HOC TE FASCE LEUABO·
DESINE PLURA PUER· QUOD NUNC INSTAT AGAMUS·
CARMINA TUM MELIUS. CUM UENERIT IPSE CANEMUS·

CONQUESTIO CUM GALLO POETA DE AGRIS·

POET. EXTREMUM CUM ARETHUSA MIHI CONCEDE LABORE
PAUCA MEO GALLO, SET QUAE LEGAT IPSA LYCORIS·

CARMINA SUNT DICENDA NEGET QUIS CARMINA GALLO·
SIC TIBI CUM FLUCTUS SUPTER LABERE SICANOS·
DORIS AMARA SUAM NON INTERMISCEAT UNDAM·
INCIPE· SOLLICITOS GALLI DICAMUS AMORES·
DUM UENERA ATTONDENT SIMAE UIRGULTA CAPELLAE·
NON CANIMUS SURDIS, RESPONDENT OMNIA SILUAE·
QUAE NEMORA· AUT QUI UOS SALTUS HABUERE PUELLAE
NAIDES· INDIGNO CUM GALLUS AMORE PERIRET·
NAM NEQ. PARNASI UOBIS IUGA· NAM NEQUE PINDI
ULLA MORAM FECERE· NEQ. AONIAE AGANIPSE
ILLUM ETIAM LAURI· ETIAM FLEUERE MYRICAE·
PINIFER ILLUM ETIAM SOLA SUB RUPE IACENTEM
MENALUS· ET GELIDI FLEUERUNT SAXA LYCAEI.
STANT ET OUES CIRCUM· NOSTRI NEC PENITET ILLAS·
NEC TE PAENITEAT PECORIS DIUINAE POETA·
ET FORMOSUS OUIS AD FLUMINA PAUIT ADONIS·
UENIT ET UPILIO. BARI UENERE SUBULCI·
UUIDUS HIBERNA UENIT DE GLANDE MENALCAS·
OMNES· UNDE AMOR ISTE ROGANT TIBI· UENIT APOLLO·
GALLE QUID INSANIS INQUIT· TUA CURA LYCORIS·
PERQ. NIUES ALIUM· PERQ. HORRIDA CASTRA SECUTA ST·
UENIT ET AGRESTI CAPITIS SILUANUS HONERE
FLORENTIS FERULAS· ET GRANDIA LILIA QUASSANS·
PAN DEUS ARCADIAE UENIT. QUEM UIDIMUS IPSI·
SANGUINEIS EBULI BACIS· NIMIOQ. RUBENTEM·
ECQUIS ERIT MODUS INQUIT· AMOR NON TALIA CURAT·
NEC LACRIMIS CRUDELIS AMOR· NEC GRAMINA RIPIS·
NEC CYTHISO SATURANTUR APES· NEC FRONDE CAPELLAE·
TRISTIS AT ILLE· TAMEN CANTABITIS ARCADES INQUIT·

MONTIB· HAEC UESTRIS SOLI CANTARE PERITI
ARCADES· O MIHI TUM QUAM MOLLITER OSSA QUIESCANT·
UESTRA MEOS OLIM SI FISTULA DICAT AMORES·
ATQ. UTINAM EX UOBIS UNUS UESTRIQ. FUISSEM.
AUT CUSTOS GREGIS· AUT MATURAE UINITOR UUAE
CERTE· SIUE MIHI PHYLLIS· SIUE ESSET AMYNTAS·
SEU QUICUMQ. FUROR· QUID TUM SI FUSCUS AMYNTAS·
ET NIGRAE UIOLAE SUNT· ET UACCINIA NIGRA·
MECUM INTER SALICES· LENTA SUB UITE IACERES·
SERTA MIHI PHYLLIS LEGERET CANTARET AMYNTAS·
HIC GELIDI FONTES. HIC MOLLIA PRATA LYCORI·
HIC NEMUS. HIC IPSO TECUM CONSUMERER AEUO·
NUNC INSANUS AMOR· DURI ME MARTIS IN ARMIS
TELA INTER MEDIA· ATQ. ADUERSOS DETINET HOSTES·
TU PROCUL A PATRIA· NEC SIÆ (T) MIHI CREDERE TAÑUM·
ALPINAS A DURA NIUES. ET FRIGORA RHENI
ME SINE SOLA UIDES· A TE NE FRIGORA ~~KHENT~~ (LA-DA)·
A TIBI NE TENERAS NE GLACIES SECET ASPERA PLANTAS·
IBO. ET CALCHIDICO QUAE SUNT MIHI CONDITA UERSUM
CARMINA· PASTORIS SICULI MODULABOR AUENA·
CERTUM EST IN SILUIS· INTER SPELEA FERARUM
MALLE PATI· TENERISQ. MEOS INCIDERE AMORES
ARBORIB· CRESCENT ILLE (A) CRESCETIS AMORES·
INTEREA MIXTIS LUSTRABO MENALA LYMPHIS·
AUT ACRES UENABOR APROS· NON ME ULLA UETABUNT
FRIGORA· PARTHAENIOS CANIB· CIRCUMDARE SALTUS·
IAM MIHI PER RUPES UIDEOR LUCOSQ. SONANTES
IRE LIBET· PARTHO TORQUERE RHODONEA (CY) CORNU.
SPICULA· TAMQUAM HAEC SINT NOSTRI MEDICINA FURORIS·

AUT DEUS ILLE· MALIS HOMINUM MITESCERE DISCAT·
IAM NEQ. AMA+DRYADES BRUSUM NEC CARMINA NOBIS
IPSA PLACENT· IPSAE RURSUSM CONCEDITE SILUAE·
NON ILLUM NOSTRI POSSUNT MUTARE LABORES·
NEC SI FRIGORIB· MEDIIS. HEBRUMQ. BIBAMUS ·
SITHONIASQ. NIUES. HIEMIS SUBEAMUS AQUOSAE
NEC SI CUM MORIENS· ALTA LIBERARET IN ULMO·
AETHIOPUM UERSEMUS OUIS SUB SIDERE CANCRI·
OMNIA UINCET AMOR· ET NOS CEDAMUS AMORI·
HAEC SAT ERIT DIUAE· UESTRUM CECINISSE POETAM·
DUM SEDET· ET GRACILI FISCELLAM TEXIT HIBISCO
PIERIDES· UOS HAEC FACIETIS MAXIMA GALLO·
GALLO CUIUS AMOR· TANTUM MIHI CRESCIT IN HORAS·
QUANTUM UERE NOUO UIRIDIS SE SUBICIT ALNUS·
SURGAMUS· SOLET ESSE GRAUIS CANTANTIB· UMBRAE
IUNIPERI GRAUIS UMBRA· NOCENT ET FRUGIBUS UMBRAE
ITE DOMUM SATURAE. UENIT ESPERUS· ITE CAPELLAE·

TURCIUS RUFIUS APRONIANUS ASTERIUS UC ET INL· EX COMITE DOMEST· PROTECT· EX COM PRIU LARGIT EX PRAEF URBI PATRICIUS ET CONSUL ORDIN LEGI ET DISTINCXI CODICEM FRATRIS MACHARII UC NON MEI FIDUCIA SET EIUS CUI SI ET AD OMNIA SUM DEUOTUS ARBITRIO XI KAL· MAI ROMAE

P UERGILI MARONIS

distincxi emendans, gratum mihi munus amici suscipiens. operi sedulus incubui.
BUCOLICON· LIBER EXPLICIT
Tempora quo penaces circo subiunximus, atq: scenam euripo. extulimus subitam·
ut ludos. currusq· simul. uariumq. Ferarum certamen. iunctim roma teneret ouans·
Ternum quippe soFos merui. terna agmina uulgi. per causas plausus concinuere meos·
PRETIUM inquaestum Famae. census iactura cucurrit. nam laudis Fructum talia damna serunt·
sic tot consumptas. seruant spectacula gazas· Festorumq. trium. permanet una dies·
Asteriumq suum. uiuax transmittit in aeuum. qui parcas trabeis. tam bene donat opes·

INCIPIT GEORGICON LIB· I FELICITER

quisq. legis. relegas felix. parcasq· benignus. siqua minus uacuus praeterit animus

QUID
UERT
CON
SIT P
EINC
LUMI
LIBE
CHA
POCU
ET
FER
MUN
FUDI
NEPT
TERC
IPSE
PANG
ADIS
INJE
ET T
QUIQ
QUIN
QUIQ
TUQ
CON
TERE
ACT
ACT
AS I

QUID FACIAT LAETAS SEGETES. QUO SIDERE TERRAM
UERTERE MOECENAS ULMISQ· ADIUNGERE UITES
CONUENIAT· QUAE CURA BOUM. QUI CULTUS HABENDO
SIT PECORI· APIB· QUANTA EXPERIENTIA PARCIS.
HINC CANERE INCIPIAM' UOS O CLARISSIMA MUNDI
LUMINA LABENTEM CAELO QUAE DUCITIS ANNUM·
LIBER ET ALMA CERES' UESTRO SIT MUNERE TELLUS.
CHAONIAM PINGUI GLANDEM MUTAUIT ARISTAM
POCULAQ· INUENTIS ACHELOIA· MISCUIT OUIS·
ET UOS AGRESTUM PRAESENTIA NUMINA FAUNI·
FERTE SIMUL· FAUNIQ· PEDEM· DRYADESQ· PUELLAE·
MUNERA UESTRA CANO· TUQ· O· CUI PRIMA FREMENTE~
FUDIT ECUM· MAGNO TELLUS PERCUSSA TRIDENTI
NEPTUNE· ET CULTOR NEMORUM· CUI PINGUIA CEAE·
TERCENTUM NIUEI TONDENT DUMETA IUUENCI'
IPSE NEMUS LINQUENS PATRIUM-Q- SALTUSQ· LYCAEI·
PANOXIUM CUSTOS· TUA SI TIBI MAENALA CURAE·
ADSIS O TEGEAEE FAUENS· OLEAEQ· MINERUA
INUENTRIX· UNCIQ· PUER MOSTRATOR ARATRI'
ET TENERAM AB RADICE FERENS SILUANE CUPRESSU~·
DIIQ· DEAEQ· OMNES· STUDIUM QUIB· ARUA TUERI·
QUINQ· NOUAS ALITIS NON ULLO SEMINE FRUGES'
QUIQ· SATIS LARGUM CAELO DEMITTITIS IMBREM·
TUQ· ADEO. QUEM MOX QUAE SINT HABITURA DEORU~
CONCILIA· INCERTUM EST URBESNE INUISERE CAESAR·
TERRARUMQ· UELIS CURAM· ET TE MAXUMUS ORBIS·
AUCTOREM FRUGUM· TEMPESTATUMQ· POTENTEM
ACCIPIAT· CINGENS MATERNA TEMPORA MYRTO·
AN DEUS IMMENSI UENIAS MARIS. AC TUA NAUTAE

NUMINA SOLA COLANT TIBI SERUIAT ULTIMA THYLAE·
TEQ· SIBI GENERUM TETHYS EMAT OMNIB· UNDIS·
ANNE NOUUM TARDIS SIDUS TE MENSIB· ADDAS·
QUA LOCUS ERIGONEN INTER, CHELASQ· SEQUENTIS·
PANDITUR IPSE TIBI IAM BRACCHIA CONTRAHIT ARDENS
SCORPIOS· ET CAELI IUSTA PLUS PARTE RELIQUIT·
QUIDQUID ERIS, NAM TE NEC SPERANT TARTARA REGEM·
NEC TIBI REGNANDI. UENIAT TAM DIRA CUPIDO·
QUAMUIS ELYSIOS MIRETUR GRAECIA CAMPOS·
NEC REPETITA SEQUI CURET PROSERPINA MATREM·
DA FACILEM CURSUM ATQ· AUDACIB· ADNUE COEPTIS·
IGNAROSQ· UIAE. MECUM MISERATUS AGRESTIS
INGREDERE. ET UOTIS IAM NUNC ADSUESCE UOCARI·
UERE NOUO. GELIDUS CANIS CUM MONTIB· HUMOR
LIQUITUR· ET ZEPHYRO PUTRIS SE GLAEBA RESOLUIT·
DEPRESSO INCIPIAT. IAM TUM MIHI TAURUS ARATRO
INGEMERE· ET SULCO ATTRITUS SPLENDESCERE UOMER·
ILLA SEGES DEMUM, UOTIS RESPONDET AUARI
AGRICOLAE· BIS QUAE SOLEM, BIS FRIGORA SENSIT·
ILLIUS IMMENSAE RUPERUNT HORREA MESSES·
AC PRIUS IGNOTUM FERRO QUAM SCINDIMUS AEQUOR·
UENTOS, ET UARIUM CAELI PRAEDISCERE MOREM
CURA SIT· AC PATRIOS, CULTUSQ· HABITUSQ· LOCORUM·
ET QUID QUAEQ· FERAT REGIO. ET QUID QUAEQ· RECUSET·
HIC SEGETES, ILLIC UENIUNT FELICIUS UUAE·
ARBOREI FETUS ALIBI· ATQ· INIUSSA UIRESCUNT
GRAMINA· NONNE UIDES, CROCEOS UT TMOLUS ODORES·
INDIA MITTAT EBUR· MOLLES SUA TURA SABAEI·
AT CHALYBES NUDI FERRUM· UIROSAQ· PONTUS,

CASTOREA· ELIADUM PALMAS. EPIROS EQUARUM·
CONTINUO HAS LEGES AETERNAQ. FOEDERA CERTIS
IMPOSUIT NATURA LOCIS· QUO TEMPORE PRIMUM
DEUCALION, UACUUM LAPIDES IACTAUIT IN ORBEM·
UNDE HOMINES NATI, DURUM GENUS· ERGO AGE TERRAE
PINGUE SOLUM· PRIMIS EXTEMPLO A MENSIB· ANNI·
FORTES INUORTANT TAURI· GLAEBASQ. IACENTES·
PULUERULENTA COQUAT MATURIS SOLIB· AESTAS·
AT SI NON FUERIT TELLUS FECUNDA, SUB IPSUM
ARCTURUM. TENUI SAT ERIT SUSPENDERE SULCO·
ILLIC OFFICIANT LAETIS NE FRUGIB· HERBAE·
HIC STERILEM EXIGUUS NE DESERAT UMOR HARENAM·
ALTERNIS IDEM TONSAS CESSARE NOUALES·
ET SEGNEM PATIERE SITU DURESCERE CAMPUM·
AUT IBI FLAUA SERES MUTATO SIDERE FARRA·
UNDE PRIUS LAETUM SILIQUA QUASSANTE LEGUMEN
AUT TENUIS FETUS UICIAE, TRISTISQ. LUPINI
SUSTULERIS FRAGILIS CALAMOS SILUAMQ. SONANTEM·
URIT ENIM LINI CAMPUM SEGES, URIT AUENAE·
URUNT LETHEO PERFUSA PAPAUERA SOMNO·
SED TAMEN ALTERNIS FACILIS LABOR· ARIDA TANTUM·
NE SATURARE FIMO PINGUI PUDEAT SOLA· NEUE
EFFETOS CINEREM IMMUNDUM IACTARE PER AGROS·
SIC QUOQ. MUTATIS REQUIESCUNT FETIB· ARUA·
NEC NULLA INTEREA EST INARATAE GRATIA TERRAE·
SAEPE ETIAM STERILES INCENDERE PROFUIT AGROS·
ATQ. LEUEM STIPULAM CREPITANTIB· URERE FLAMMIS·
SIUE INDE OCCULTAS UIRES, ET PABULA TERRAE
PINGUIA CONCIPIUNT· SIUE ILLIS OMNE· PER IGNEM

EXCOQUITUR UITIUM· ATQ. EXUDAT INUTILIS UMOR
SEU PLURIS CALOR ILLE UIAS. ET CAECA RELAXAT
SPIRAMENTA· NOUAS UENIAT QUA SUCUS IN HERBAS·
SEU DURAT MAGIS, ET UENAS ADSTRINGIT HIANTIS·
NE TENUES PLUUIAE, RAPIDIUE POTENTIA SOLIS
ACRIOR· AUT BOREAE PENETRABILE FRIGUS ADURAT·
MULTUM ADEO RASTRIS GLEBAS QUI FRANGIT INERTES·
UIMINEASQ. TRAHIT CRATES, IUUAT ARUA· NEQ. ILLUM
FLAUA CERES ALTO NEQUIQUAM SPECTAT OLYMPO·
ET QUI PROSCISSO. QUAE SUSCITAT AEQUORE TERGA·
RURSUS IN OBLIQUOM. UERSO PERRUMPIT ARATRO·
EXERCETQ. FREQUENS TELLUREM· ATQ. IMPERAT ARUIS·
UMIDA SOLSTITIA, ATQ. HIEMES ORATE SERENAS
AGRICOLAE· HIBERNO LAETISSIMA PULUERE FARRA·
LAETUS AGER· NULLO TANTUM SE MYSIA CULTU
IACTAT· ET IPSA SUAS MIRANTUR GARGARA MESSES·
QUID DICAM, IACTO QUI SEMINE COMMINUS ARUA
INSEQUITUR· CUMULOSQ. RUIT MALE PINGUIS HARENAE·
DEINDE SATIS FLUUIUM INDUCIT, RIUOSQ. SEQUENTIS·
ET CUM EXUSTUS AGER MORIENTIB· AESTUAT HERBIS·
ECCE SUPERCILIO CLIUOSI TRAMITIS. UNDAM
ELICIT· ILLA CADENS RAUCUMQ. PER LEUIA MURMUR
SAXA CIET, SCATEBRISQ. ARENTIA TEMPERAT ARUA·
QUID QUI, NE GRAUIDIS PROCUMBAT CULMUS ARISTIS·
LUXURIEM SEGETUM. TENERA DEPASCIT IN HERBA·
CUM PRIMUM SULCOS AEQUANT SATA, QUIQ. PALUDIS
COLLECTUM UMOREM BIBULA DEDUCIT HARENA·
PRAESERTIM INCERTIS SI MENSIB· AMNIS ABUNDANS
EXIT· ET OBDUCTO LATE TENET OMNIA FIMO.

UNDE CAUAE T~~X~~EPIDO SUDANT UMORE LACUNAE·
NEC TAMEN HAEC. CUM SINT HOMINUMQ. BOUMQ. LABORES
UERSANDO TERRAM EXPERTI· NIHIL JMPROBUS ANSER·
STRYMONIAEQ. GRUES· ET AMARIS INTIBA FIBRIS
OFFICIUNT· AUT UMBRA NOCET· PATER IPSE COLENDI
HAUT FACILEM ESSE UIAM UOLUIT· PRIMUSQ. PER ARTĒ
MOUIT AGROS CURAE ACUENS MORTALIA CORDA·
NEC TORPERE GRAUI PASSUS SUA REGNA UETERNO·
ANTE IOUEM, NULLIS SUBIGEBANT ARUA, COLONI·
NE SIGNARE QUIDEM, AUT PARTIRI LIMITE CAMPUM·
FAS ERAT IN MEDIUM QUAEREBANT· IPSAQ. TELLUS·
OMNIA LIBERIUS NULLO POSCENTE FEREBAT·
ILLE MALUM UIRUS SERPENTIB. ADDIDIT ATRIS·
PRAEDARIQ. LUPOS IUSSIT· PONTUMQ. MOUERI·
MELLAQ. DECUSSIT FOLIIS· IGNEMQ. REMOUIT·
ET PASSIM RIUIS CURRENTIA UINA REPRESSIT·
UT UARIAS USUS MEDITANDO EXTUNDERET ARTES
PAULATIM, ET SULCIS FRUMENTI QUAERERET HERBAM·
UT SILICIS UENIS ABSTRUSUM EXCUDERET IGNEM·
TUNC ALNOS PRIMUM FLUUII SENSERE CAUATAS·
NAUITA~~X~~ TUM STELLIS NUMEROS ET NOMINA FECIT·
PLEIADAS, HYADAS· CLARAMQ. LYCAONIS ARCTOM·
TUM~~NC~~ LAQUEIS CAPTARE FERAS, ET FALLERE UISCO
INUENTUM· ET MAGNOS CANIB· CIRCUMDARE SALTUS·
ATQ. ALIUS LATUM FUNDA IAM UERBERAT AMNEM
ALTA PETENS, PELAGOQ. ALIUS TRAHIT UMIDA LINA·
TUM FERRI RIGOR, ATQ. ARGUTAE LAMMINA SERRAE·
NAM PRIMI CUNEIS SCINDEBANT FISSILE LIGNUM
TUM UARIAE UENERE ARTES. LABOR OMNIA UICIT

IMPROBUS, ET DURIS SURGENS IN REBUS EGESTAS·
PRIMA CERES, FERRO MORTALIS UERTERE TERRAM
INSTITUIT· CUM IAM GLANDES ATQ. ARBUTA SACRAE
DEFICERENT SELUAE· ET UICTUM DODONA NEGARET·
MOX ET FRUMENTIS LABOR ADDITUS. UT MALA CULMOS
ESSET ROBIGO. SEGNISQ. HORRERET IN ARUIS
CARDUUS· INTEREUNT SEGETES. SUBIT ASPERA SILUA·
LAPPAEQ. TRIBOLIQ. INTERQ. NITENTIA CULTA
INFELIX LOLIUM, ET STERILES DOMINANTUR AUENAE·
QUOD NISI ET ADSIDUIS HERBAM INSECTARE RASTRIS·
ET SONITU TERREBIS AUES. ET RURIS OPACI
FALCE PREMES UMBRAM· UOTISQ. UOCAUERIS IMBREM·
HEU MAGNUM ALTERIUS FRUSTRA SPECTAUIS ACERUUM·
CONCUSSAQ. FAMEM IN SILUIS SOLABERE QUAERCU·
DICENDUM, ET QUAE SINT DURIS AGRESTIB· ARMA·
QUIS SINE NEC POTUERE SERI NEC SURGERE MESSES·
UOMIS. ET INFLEXI PRIMUM GRAUE ROBUR ARATRI·
TARDAQ. ELEUSINAE MATRIS UOLUENTIA PLAUSTRA·
TRIBULAQ. TRAHEQ. ET INIQUO PONDERE RASTRI·
UIRGEA PRAETEREA CAELEI UILISQ. SUPELLEX·
ARBUTEAE CRATES. ET MYSTICA UANNUS IACCHI·
OMNIA QUAE MULTO ANTE MEMOR PROUISA REPONES·
SI TE DIGNA MANET DIUINI GLORIA RURIS
CONTINUO IN SILUIS MAGNA UI, FLEXA DOMATUR
IMBURIM· ET CURUI FORMAM ACCIPIT ULMUS ARATRI·
HUIC A STIRPE PEDES TEMO PROTENTUS IN OCTO·
BINAE AURES, DUPLICI APTANTUR DENTALIA DORSO·
CAEDITUR ET TILIA ANTE IUGO LEUIS. ALTAQ. FAGUS·
STIUAQ. QUAE CURRUS A TERGO TORQUEAT IMOS·

ET SUSPENSA FOCIS EXPLORAT ROBORA FUMUS.
POSSUM MULTA TIBI UETERUM PRAECEPTA REFERRE:
NI REFUGIS. TENUISQ. PIGET COGNOSCERE CURAS.
AREA CUM PRIMIS INGENTI AEQUANDA CYLINDRO.
ET UERTENDA MANU ET CRETA SOLIDANDA TENACI.
NE SUBEANT HERBAE. NEU PULUERE UICTA FATISCAT.
TUM UARIAE INLUDANT PESTES. SAEPE EXIGUUS MUS
SUB TERRIS, POSUITQ. DOMOS. ATQ. HORREA FECIT.
AUT OCULIS APTI FODERE CUBILIA TALPAE.
INUENTUSQ. CAUIS BUFO. ET QUAE PLURIMA TERRAE
MONSTRA FERUNT POPULATQ. INGENTEM FARRIS ACERUUM
CURCULIO, ATQ. INOPI METUENS FORMICA SENECTAE.
CONTEMPLATOR ITEM. CUM SE NUX PLURIMA SILUIS
INDUET IN FLOREM. ET RAMOS CURUAUIT OLENTES.
SI SUPERANT FETUS, PARITER FRUMENTA SEQUENTUR:
MAGNAQ. CUM MAGNO UENIET TRITURA CALORE.
AT SI LUXURIA FOLIORUM EXUBERAT UMBRA.
NEQUICQUAM PINGUIS PALEA TERET AREA CULMOS.
SEMINA UIDI EQUIDEM, MULTOS MEDICARE SERENTES.
ET NITRO PRIUS, ET NIGRA PERFUNDERE AMURGA.
GRANDIOR UT FETUS SILIQUIS FALLACIBUS ESSET.
ET QUAMUIS IGNIS EXIGUO PROPERATA MADERENT.
UIDI LECTA DIU ET MULTO SPECTATA LABORE
DEGENERARE TAMEN. NI UIS HUMANA, QUOTANNIS
MAXIMA QUAEQ. MANUS LEGERET. SIC OMNIA FATIS
IN PEIUS RUERE. AC RETRO SUBLABSA REFERRI.
NON ALITER QUAM QUI ADUERSO UIX FLUMINE, LEMBUM
REMIGIIS SUBIGIT, SI BRACCHIA FORTE REMISIT.
ATQ. ILLUM IN PRAECEPS PRONO RAPIT ALUEUS AMNI.

PRAETEREA TAM SUNT ARCTURI SIDERA NOBIS·
HAEDORUMQ. DIES SERUANDI. ET LUCIDUS ANGUIS
QUAM QUIB. IN PATRIAM UENTOSA PER AEQUORA UECTIS·
PONTUS. ET OSTRIFERI FAUCES TEMPTANTUR ABYDI·
LIBRA DIE SOMNIQ. PARES UBI FECERIT HORAS·
ET MEDIUM LUCI ATQ. UMBRIS IAM DIUIDIT URBEM·
EXERCETE UIRI TAUROS SERITE HORDEA CAMPIS·
USQ. SUB EXTREMUM BRUMAE INTRACTABILIS IMBREM·
NEC NON ET LINI SEGETEM. ET CEREALE PAPAUER
TEMPUS HUMO TEGERE· ET IANDUDUM INCUMBERE ARATRIS·
DUM SICCA TELLURE LICET· DUM NUBILA PENDENT·
UERE FABIS SATIO. TUM TE QUOQ. MEDICA PUTRES
ACCIPIUNT SULCI· ET MILIO UENIT ANNUA CURA·
CANDIDUS AURATIS APERIT CUM CORNIB· ANNUM
TAURUS· ET ADUERSO CADENS CANIS OCCIDIT ASTRO·
AT SI TRITICIAM IN MESSEM. ROBUSTAQ. FARRA
EXERCEBIS HUMUM· SOLISQ. INSTABIS ARISTIS·
ANTE TIBI AEO ATLANTIDES ABSCONDANTUR·
GNOSIAQ. ARDENTIS DECEDAT STELLA CORONAE·
DEBITA QUAM SULCIS COMMITTAS SEMINA· QUAMQ.
INUITAE PROPERES ANNI SPEM CAEDERE TERRAE·
MULTI ANTE OCCASUM MALE COEPERE. SED ILLOS
EXSPECTATA SEGES UANIS ELUSIT ARISTIS·
SI UERO UICIAMQ. SERES. UILEMQ. PHASELUM·
NEC PELUSIACAE CURAM ASPERNABERE LENTIS·
HAUT OBSCURA CADENS MITTIT TIBI SIGNA BOOTES·
INCIPE. ET AD MEDIAS SEMENTEM EXTENDE PRUINAS·
IDCIRCO CERTIS DIMENSUM PARTIB· ORBEM
PER DUODENA REGIT MUNDI SOL AUREUS ASTRA·

QUINQ. TENENT CAELUM ZONAE· QUARUM UNA CORUSCHO
SEMPER SOLE RUBENS· ET TORRIDA SEMPER AB IGNI·
QUAM CIRCUM EXTREMAE DEXTRA LEUAQ. TRAHUÑUR
CAERULEAE GLACIAE CONCRETAE ATQ. IMBUIB. ATRIS
HAS INTER MEDIAMQ. DUAE MORTALIB· AEGRIS·
MUNERE CONCESSAE DIUUM· ET UIA SECTA PER AMBAS·
OBLIQUUS QUA SE SIGNORUM UERTERET ORDO·
MUNDUS UT AB SCYTHIAM. RIPHEASQ. ARDUUS ARCES
CONSURGIT. PRAEMITUR LIBYAE DEUEXUS IN AUSTROS·
HIC UERTEX NOBIS SEMPER SUBLIMIS· AT ILLUM
SUB PEDIB. STYX ATRA UIDET MANESQ. PROFUNDI·
MAXUMUS HIC FLEXU SINUOSO. ELABITUR ANGUIS·
CIRCUM PERQ. DUAS IN MOREM FLUMINIS ARCTOS·
ARCTOS OCEANI METUENTES AEQUORE TINGUI·
ILLIC UT PERHIBENT AUT INTEMPESTA SILET NOX
SEMPER ET OBTENTA DENSANTUR NOCTE TENEBRAE·
AUT REDDIT A NOBIS AURORA. DIEMQ. REDUCIT·
NOSQ. UBI PRIMUS EQUIS ORIENS ADFLAUIT ANHELIS
ILLIC SERA RUBENS ACCENDIT LUMINA UESPER·
HINC TEMPESTATES DUBIO PRAEDISCERE CAELO
POSSUMUS. HINC MESSISQ. DIEM TEMPUSQ. SERENDI
ET QUANDO INFIDUM REMIS IMPELLERE MARMOR
CONUENIAT· QUANDO ARMATAS DEDUCERE CLASSIS
AUT TEMPESTIUAM SILUIS EUERTERE PINUM·
NEC FRUSTRA SIGNORUM OBITUS SPECULAMUR. ET ORTUS
TEMPORIBUSQ. PAREM DIUERSIT QUATTUOR ANNUM·
FRIGIDUS AGRICOLAM SI QUANDO CONTINET IMBER·
MULTA FORENT QUAE POST CAELO PROPERANDA SERENO
MATURARE DATUR· DURUM PROCUDIT ARATOR

VOMERIS OBTVNSI DENTEM· CAVAT ARBORE LYNTRES·
AVT PECORI SIGNVM. AVT NVMERO[s] IMPRESSIT ACERVIS·
EXACVVNT ALII VALLOS. FVRCASQ. BICORNIS
ATQ. AMERINA PARANT LENTE[A] RETINACVLA VITI·
NVNC FACILIS RVBEA TEXATVR FISCINA VIRGA·
NVNC TORRETE IGNI FRVGES NVNC FRANGITE SAXO·
QVIPPE ETIAM FESTIS. QVAEDAM EXERCERE DIEBVS
FAS ET IVRA SINVNT RIVOS DIDVCERE NVLLA
RELIGIO VETVIT· SEGETI PRAETENDERE SAEPEM.
INSIDIAS AVIBVS MOLIRI· INCENDERE VEPRES'
BALANTVMQ. GREGEM FLVVIO MERSARE SALVBRI'
SAEPE OLEO TARDI COSTAS AGITATOR ASELLI·
VILIS[BV] AVT ONERAT POMIS LAPIDEMQ. REVERTENS
INCVSSVM. AVT ATRAE MASSAM PICIS VBE[R] REPORTAT·
IPSA DIES ALIOS ALIO DEDIT ORDINE LVNA
FELICIS OPERVM' QVINETAM FVGE. PALLIDVS ORCVS
PARTU TERRA NEFANDO· COEUMQ. LAPYTUMQ.
EVMENIDESQ. SATE[A] TVMFCREAT. SAEVVMQ. THYPHOEA'
ET CONIVRATOS CAELVM RESCINDERE FRATRES·
TER SVNT CONATI IMPONERE PELIO OSSAM·
SCILICET ATQ. OSSAE FRONDOSVM INVOLVERE OLYMPVM'
TER PATER EXSTRVCTOS DISIECIT FVLMINE MONTIS'
SEPTVMA POST DECVMAM FELIX. ET PONTERE VITEM·
ET PRENSOS DOMITARE BOVES ET LICIA TELAE
ADDERE· NONA FVGAE MELIOR· CONTRARIA FVRTIS·
MVLTA ADEO GELIDA MELIVS SE NOCTE DEDERE·
AVT CVM SOLE NOVO TERRAS INRORAT EOVS·
NOCTE LEVES MELIVS STIPVLAE NOCTE ARIDA PRATA
TONDENTVR· NOCTE LENTVS NON DEFICIT VMOR'
ET QVIDAM SEROS HIBERNI AD LVMINIS IGT[N]VES

PERUIGILAT· FERROQ. FACES INSPICAT ACUTO·
INTEREA LONGUM CANTU SOLATA LABOREM·
ARGUTO CONIUNX PERCURRIT PECTINE TELAS·
AUT DULCIS MUSTI UULCANO DECOQUIT UMOREM·
ET FOLIIS UNDAM TREPIDIS DESPUMAT AENI·
AT RUBICUNDA CERES. MEDIO SUCCIDITUR AESTU·
ET MEDIO TOSTAS AESTU TERIT AREA FRUGES·
NUDUS ARA. SERE NUDUS· HIEMPS IGNAUA COLONO·
FRIGORIB· PARTO AGRICOLAE PLERUMQ. FERUNTUR·
MUTUAQ. INTER SE LAETI CONUIUIA CURANT·
INUITAT GENIALIS HIEMPS· CURASQ. RESOLUIT·
CEU PRESSAE CUM IAM PORTUM TETIGERE CARINAE·
PUPPIB· ET LAETI NAUTAE IMPOSUERE CORONAS·
SED TAMEN ET QUERNAS GLANDES. TUM STRINGERE TEMPUS·
ET LAURI BACAS. OLEAMQ. CRUENTAQ. MYRTA
TUM GRUIBUS PEDICAS ET RETIA PONERE CERUIS·
AURITOSQ. SEQUI LEPORES. TUM FIGERE DAMMAS·
STUPPEA TORQUENTEM BALEARIS UERBERA FUNDAE·
CUM NIX ALTA IACET. GLACIEM QUOM FLUMINA TRUDUNT·
QUID TEMPESTATES AUTUMNI. ET SIDERA DICAM·
ATQ. UBI IAM BREUIORQ. DIES. ET MOLLIOR AESTAS·
QUAE UIGILANDA UIRIS· UEL CUM RUIT IMBRIFERUM UER·
SPICEA IAM CAMPIS CUM MESSIT INHORRUIT· ET CUM
FRUMENTA IN UIRIDI STIPULA LATENTIA TURGENT·
SAEPE EGO. CUM FLAUIS MESSOREM DUCERET ARUIS
AGRICOLA. ET FRAGILI IAM STRINGERET HORDEA CULMO·
OMNIA UENTORUM CONCURRERE PROELIA UIDI·
QUAE GRAUIDAM LATAE SEGETEM· AB RADICIB· IMIS
SUBLIMEM EXPULSAM ERUERENT· ITA TURBINE NIGRO

FERRET HIEMPS· CULMUMQ. LEUEM· STIPULASQ. UOLANTES ·
SAEPE ETIAM IMMENSUM CAELO UENIT AGMEN AQUARU̅
ET FOEDAM GLOMERANT TEMPESTATEM. IMBRIB· ATRIS
COLLECTAE EX ALTO NUBES· RUIT ARDUUS AETHER·
ET PLUUIA INGENTI, SATA LAETA· BOUMQ. LABORES
DILUIT· IMPLENTUR FOSSAE ET CAUA FLUMINA CRESCUNT
CUM SONITU· FERUETQ. FRETIS SPIRANTIB· AEQUOR·
IPSE PATER MEDIA NIMBORUM IN NOCTE, CORUSCA
FULMINA MOLITUR DEXTRA· QUO MAXUMA MOTU
TERRA TREMIT· FUGERE FERAE· ET MORTALIA CORDA
PER GENTES HUMILIS STRAUIT PAUOR· ILLE FLAGRANTI.
AUT ATHON AUT RHODOPEN· AUT ALTA CERAUNIA TELO
DEIECIT' INGEMINANT AUSTRI, &ET DENSISSIMUS IMBER·
NUNC NEMORA INGENTI UENTO. NUNC LITORA PLANGUN̄·
HOC METUENS, CAELI MENSES ET SIDERA SERUA·
FRIGIDA SATURNI SE SE QUO STELLA RECEPTET
QUOS IGNIS CAELO CYLLENIUS ERRET IN ORBIS
IN PRIMIS UENERARE DEOS· ATQ. ANNUA MAGNAE
SACRA REFER CERERI· LAETIS OPERATUS IN ORBIS HERBIS
EXTREMAE SUB CASUM HIEMIS. IAM UERE SERENO·
TUM PINGUES AGNI, ET TUM MOLLISSIMA UINA·
TUM SOMNI DULCES· DENSAEQ. IN MONTIB· UMBRAE·
CUNCTA TIBI CEREREM PUBES AGRESTIS ADORET·
CUI TU LACTE FAUOS ET MITI DILUE BACCHO·
TERQ. NOUAS CIRCUM FELIX EAT HOSTIA FRUGES·
OMNIS QUAM CHORUS, ET SOCII COMITENTUR OUANTES·
ET CEREREM CLAMORE UOCENT IN TECTA· NEQ. ANTE
FALCEM MATURIS QUISQUAM SUPPONAT ARISTIS·
QUAM CERERI TORTA REDIMITUS TEMPORA QUERCU.

DET MOTUS INCOMPOSITOS. ET CARMINA DICAT
ATQ. HAEC UT CERTIS POSSEMUS DISCERE SIGNIS
AESTUSQ. PLUUIASQ. ET AGENTIS FRIGORA UENTOS
IPSE PATER STATUIT QUID MENSTRUA LUNA MONERET
QUO SIGNO CADERENT AUSTRI QUID SAEPE UIDENTES
AGRICOLAE PROPIUS STABULIS ARMENTA TENERENT
CONTINUO UENTIS SURGENTIB. AUT FRETA PONTI
INCIPIUNT AGITATA TUMESCERE ET ARIDUS ALTIS
MONTIB AUDIRE FRAGOR AUT RESONANTIA LONGE
LITORA MISCERI ET NEMORUM INCREBRESCERE MURMUR
IAM SIBI TUM CURUIS MALE TEMPERAT UNDA CARINIS
QUOM MEDIO CELERES REUOLANT EX AEQUORE MERGI
CLAMOREMQ. FERUNT AD LITORA CUMQ. MARINAE
IN SICCO LUDUNT FULICAE, NOTASQUE PALUDIS
DESERIT ATQ. ALTAM SUPRAUOLAT ARDEA NUBEM
SAEPE ETIAM STELLAS UENTO INPENDENTE UIDEBIS
PRAECIPITES CAELO LABI NOCTISQ. PER UMBRAM
FLAMMARUM LONGOS A TERGO ALBESCERE TRACTUS
SAEPE LEUEM PALEAM, ET FRONDES UOLITARE CADUCAS
AUT SUMMA NANTIS IN AQUA COLLUDERE PLUMAS
ARBOREAE DE PARTE TRUCIS CUM FULMINAT ET CUM
EURIQ. ZEPHYRIQ. TONAT DOMUS OMNIA PLENIS
RURA NATANT FOSSIS ATQ. OMNIS NAUITA PONTO
UMIDA UELA LEGIT NUMQUAM PRUDENTIB IMBER
OBFUIT AUT ILLUM SURGENTEM UALLIB IMIS
AERIAE FUGERE GRUES AUT BUCULA CAELUM
SUSPICIENS, PATULIS CAPTAUIT NARIB AURAS
AUT ARGUTA LACUS CIRCUMUOLITAUIT HIRUNDO
ET UETEREM IN LIMO RANAE CECINERE QUERELLA

SAEPIUS, ET TECTIS PAENETRALIB· EXTULIT OUA·
ANGUSTUM FORMICA TERENS ITER' ET BIBIT INGENS
ARCUS, ET E PASTUS DECEDENS AGMINE MAGNO'
CORUORUM INCREPUIT DENSIS EXERCITUS ALIS'
IAM UARIAE PELAGI UOLUCRES, ATQ. ASIA CIRCUM
DULCIB· IN STAGNIS RIMANTUR PRATA CAYSTRI·
CERTATIM LARGOS UMERIS INFUNDERE RORES.
NUNC CAPUT OBIECTARE FRETIS, NUNC CURRERE IN UNDAS·
ET STUDIO INCASSUM UIDEAS GESTIRE LAUANDI'
TUM CORNIX PLENA PLUUIAM UOCAT IMPROBA UOCE·
ET SOLA IN SICCA SECUM SPATIATUR HARENA'
NE NOCTURNA QUIDEM CARPENTES PENSA PUELLAE
NESCIUERE HIEMEM' TESTA CUM ARDENTE UIDERENT
SCINTILLARE OLEUM· ET PUTRIS CONCRESCERE FUNGOS'
NEC MINUS EX IMBRI· SOLES ET APERTA SERENA
PROSPICERE· ET CERTIS POTERIS COGNOSCERE SIGNIS'
NAM NEQ. TUM STELLIS ACIES OBTUNSA UIDETUR·
NEC FRATRIS RADIIS OBNOXIA SURGERE LUNA'
TENUIA NEC LANAE PER CAELUM UELLERA FERRI·
NON TEPIDUM AD SOLEM PINNAS IN LITORA PANDUNT
DILECTAE THETIDI ALCYONES· NON ORE SOLUTOS·
IMMUNDI MEMINERE SUES IACTARE MANIPLOS'
AT NEBULAE MAGIS IMA PETUNT, CAMPOQ. RECUMBUNT·
SOLIS ET OCCASUM SERUANS DE CULMINE SUMMO·
NEQUIQUAM SEROS EXERCET NOCTUA CANTUS·
APPARET LIQUIDO SUBLIMIS IN AERE NISUS·
ET PRO PURPUREO POENAS DAT SCYLLA CAPILLO·
QUACUMQ. ILLA LEUEM FUGIENS SECAT AETHERA PINNIS·
ECCE INIMICUS ATROX, MAGNO STRIDORE PER AURAS

// ET CAPUT OBIECTAT QUERULUM UENIENTIB· UNDIS·

INSEQVITVR NISVS· QVAS EFERT NISVS AD AVRAS·
ILLA LEVEM FVGIENS RATVM SECAT AETHERA PINNIS·
TVM LIQVIDOS CORVI PRESSO TER GVTTVRE VOCES
AVT QVATER INGEMINANT· ET SAEPE CVBILIB· ALTIS·
NESCIO QVA PRAETOR SOLITVM DVLCEDINE LETI·
INTER SE IN FOLIIS STREPITANT· IVVAT IMBRIB· ACTIS
PROGENIEM PARVAM DVLCISQ. REVISERE NIDOS·
HAVD EQVIDEM CREDO, QVIA SIT DIVINITVS ILLIS
INGENIVM· AVT RERVM FATO PRVDENTIA MAIOR·
VERVM VBI TEMPESTAS, ET CAELI MOBILIS VMOR
MVTAVERE VIAS· ET IVPPITER VVIDVS AVSTRIS
DENSET·ERANT QVAE RARA MODO·ET QVAE DENSA RELAXAT·
VERTVNTVR SPECIES ANIMORVM· ET PECTORA MOTVS
NVNC ALIOS· ALIOS DVM NVBILA VENTVS AGEBAT
CONCIPIVNT· HIC ILLE AVIVM CONTENTVS IN AGRIS·
ET LAETE PECVDES· ET OVANTES GVTTVRE CORVI·
SI VERO SOLEM AD RAPIDVM· LVNASQ. SEQVENTES
ORDINE RESPICIES· NVMQVAM TE CRASTINA FALLET
HORA· NEQ. INSIDIIS NOCTIS CAPIERE SERENAE·
LVNA REVERTENTES QVOM PRIMVM COLLIGIT IGNIS·
SI NIGRVM OBSCVRAE COMPRENDERIT AERA CORNV·
MAXVMVS AGRICOLIS PELAGOQ. PARABITVR IMBER·
AVT SI VIRGINEVM SVFFVDERIT ORE RVBOREM·
VENTVS ERIT· VENTO SEMPER RVBET AVREA PHOEBE·
SIN ORTV QVARTO. NEQVEIS CERTISSIMVS AVCTOR·
PVRA· NEQ. OPTVSIS PER CAELVM CORNIB· IBIT·
TOTVS ET ILLE DIES, ET QVI NASCENTVR AB ILLO
EXACTVM AD MENSEM· PLVVIA VENTISQ. CAREBVNT·
VOTAQ. SERVATI SOLVENT IN LITORE NAVTAE·

GLAVCO ET PANOPIAE ET INOO MELICERTI [AE]
SOL QVOQ. EXORIENS· ET CVM SE CONDET IN VNDAS
SIGNA DABIT· SOLEM CERTISSIMA SIGNA SEQVENTVR
ET QVAE MA...N..E REFERT· ET QVAE SVRGENTIB· AVSTRIS·
ILLE VBI NASCENTEM MACVLIS VARIAVERIT ORTVM
CONDITVS IN NVBEM· MEDIOQ. REFVGERIT ORBE·
SVSPECTI TIBI SINT IMBRES NAMQ. VRGET AB ALTO
ARBORIB· Q SATISQ. NOTVS, PECORIQ. SINISTER·
AVT VBI SVB LVCEM· DENSA INTER NVBILA SE SE
DIVERSI RVMPENTVR RADII· AVT VBI PALLIDA SVRGET
TITHONI CROCEVM LINQVENS AVRORA CVBILE·
HEV MALE TVM [M] NITIS DEFENDET PAMPINVS VVAS·
TAM MVLTA IN TECTIS CREPITANS SALIT HORRIDA GRANDO
HOC ETIAM EMENSO CVM [IAM] DECEDIT OLYMPO
PROFVERIT MEMINISSE MAGIS· NAM SAEPE VIDEMVS
IPSIVS IN VVLTV VARIOS ERRARE COLORES·
CAERVLEVS PLVVIAM DENVNTIAT· IGNEVS EVROS·
SIN MACVLAE INCIPIVNT [B] RVTILO INMISCERIER IGNI·
OMNIA TVM PARITER VENTO NIMBISQ. VIDEBIS
FERVERE· NON ILLA QVISQVAM ME NOCTE PER ALTVM
IRE· NEQ. AT TERRA MOVEAT [N] CONVELLERE FVNEM·
AT SI CVM REFERETQ. DIEM· CON....DETQ. RELATVM
LVCIDVS ORBIS ERIT· FRVSTRA TERRIEBERE NIMBIS·
ET CLARO SILVAS CERNES AQVILONE MOVERI·
DENIQ. QVID VESPER SERVS FERAT· VNDE SERENAS
VENTVS AGAT NVBES· QVID COGITET VMIDVS AVSTER·
SOL TIBI SIGNA DABIT· SOLEM QVIS DICERE FALSVM
AVDEAT· ILLE ETIAM CAECOS INSTARE TVMVLTVS
SAEPE MONET· FRAVDEMQ· ET OPERTA TVMESCERE BELLA·

ILLE ETIAM EXTINCTO MISERATUS CAESARE ROMAM
CUM CAPUT OBSCURA NITIDUM FERRUGINE TEXIT·
IMPIAQ. AETERNAM TIMUERUNT SAECULA NOCTEM·
TEMPORA QUAMQUAM ILLO TELLUS QUOQ. ET AEQUORA PONTUS
OBSCENAEQ. CANES· IMPORTUNAEQ. UOLUCRES
SIGNA DABANT· QUOTIENS CYCLOPUM EFFRUERE IN AGROS
UIDIMUS UNDANTEM RUPTIS FORNACIB· AETNAM·
FLAMMARUMQ. GLOBOS LIQUEFACTAQ. UOLUERE SAXA·
ARMORUM SONITUM· TOTO GERMANIA CAELO
AUDIIT· INSOLITIS TREMUERUNT MOTIB· ALPES·
UOX QUOQ. PER LUCOS UOLGO EXAUDITA SILENTES.
INGENS· ET SIMULACRA MODIS PALLENTIA MIRIS·
UISA SUB OBSCURUM NOCTIS· PECUDESQ. LOCUTAE
INFANDUM· SISTUNT AMNES· TERRAEQ. DEHISCUNT·
ET MAESTUM INLACRIMAT TEMPLIS EBUR· AERAQ. SUDANT·
PROLUIT INSANO CONTORQUENS UERTICE SILUAS·
FLUUIORUM REX ERIDANUS· CAMPOSQ. PER OMNES
CUM STABULIS ARMENTA TULIT· NEC TEMPORE EODEM
TRISTIB· AUT EXTIS FIBRAE APPARERE MINACES·
AUT PUTEIS MANARE CRUOR CESSAUIT· ET ALTAE
PER NOCTEM RESONARE LUPIS ULULANTIB· URBES·
NON ALIAS CAECIDERUNT PLURA SERENO
FULGURA· NEC DIRI TOTIENS ARSERE COMETAE·
ERGO INTER SE SE PARIB· CONCURRERE TELIS
ROMANAS ACIES· ITERUM UIDERE PHILIPPI·
NEC FUIT INDIGNUM SUPERIS· BIS SANGUINE NOSTRO
EMATHIAM ET LATOS EMI PINGUESCERE CAMPOS·
SCILICET ET TEMPUS UENIET· CUM FINIB· ILLIS
AGRICOLA INCURUO TERRAM MOLITUS ARATRO·

EXSESA INUENIET SCABRA ROBIGINE PILA·
AUT GRAUIB· RASTRIS GALEAS PULSABIT INANIS·
GRANDIAQ. EFFOSSIS MIRABITUR OSSA SEPULCHRIS·
DI PATRIIINDIGETES. ET ROMULE UESTAQ. MATER·
QUAE TUSCUM TIBERIM· ET ROMANA PALATIA SERUAS·
HUNC SALTEM EUERSO IUUENEM SUCCURRERE SAECLO
NE PROHIBETE SATIS IAM PRIDEM SANGUINE NOSTRO
LAOMEDONTEAE LUIMUS PERIURIA TROIAE·
IAMPRIDEM NOBIS CAELI TE REGIA CAESAR
INUIDET· ATQ. HOMINUM QUAERITUR CURARE TRIUMPHOS·
QUIPPE UBI FAS UERSUM ATQ. NEFAS·TOT BELLA PER ORBEM·
IAM MULTAE SCELERUM FACIES· NON ULLUS ARATRO
DIGNUS HONOS· SQUALENT ABDUCTIS ARUA COLONIS·
ET CURUAE RIGIDUM FALCES CONFLANTUR IN ENSEM·
HINC MOUET EUPHRATES· ILLINC GERMANIA BELLUM·
UICINAE RUPTIS INTER SE LEGIB· URBES
ARMA FERUNT· SAEUIT TOTO MARS IMPIUS ORBE·
UT CUM CARCERIB· SE SE EFFUDERE QUADRIGAE·
ADDUNT IN SPATIA ET FRUSTRA RETINACULA TENDENS
FERTUR EQUIS AURIGA· NEQ. AUDIT CURRUS HABENAS·

P VERGILI MARONIS GEORGICON· LIB· I EXPL·

INCIPIT LIB· II FELICITER·

HACTENUS· ARUMRUM CULTUS ET SIDERA CAELI·
NUNC TE BACCE CANAM· NECNON SILUESTRIA TECUM
UIRGULTA· ET PROLEM TARDE CRESCENTIS OLIBAE:

HUC PATER O LENEAEE· TUIS HIC OMNIA PLENA
MUNERIB: TIBI PAMPINEO GRAUIDUS AUTUMNO
FLORET AGER· SPUMAT PLENIS UINDEMIA LABRIS·
HUC PATER O LENEAE UENI· NUDATAQ: MUSTO
TINGUE NOUO MECUM, DIREPTIS RURA COTURNIS·
PRINCIPIO ARBORIBUS UARIA EST NATURA CREANDIS·
NAMQ: ALIAE, NULLIS HOMINUM COGENTIB·, IPSAE
SPONTE SUA UENIUNT· CAMPOSQ: ET FLUMINA LATE
CURUA TENENT· UT MOLLE· SILER· LENTAEQ: GENISTAE·
POPULUS, ET GLAUCA CANENTIA FRONDE SALICTA·
PARS AUTEM POSITO SURGUNT DE SEMINE· UT ALTAE
CASTANEAE· NEMORUMQ: IOUI QUAE MAXIMA FRONDET
AESCULUS· ATQ: HABITAE GRAIS ORACULA QUAERCUS:
PULLULAT AB RADICE ALIIS DENSISSIMA SILUA·
UT CERASIS, ULMISQ·. ET IAM PARNASIA LAURUS·
PARUA SUB INGENTI MATRIS SE· SUBIGIT UMBRA·
HOS NATURA MODOS PRIMUM DEDIT· HIS GENUS· OMNE
SILUARUM FRUTICUMQ: UIRUM UIRET· NEMORUMQ: SACRORŪ
SUNT ALIE, QUAS IPSE UIA SIBI REPPERIT USUS·
HIC PLANTAS TENERO ABSCINDENS DE CORPORE MATRŪ
DEPOSUIT SULCIS HINC STIRPE OBRUIT ARUO·
QUADRIFIDASQ: U·DES· ET ACUTO ROBORE UALLOS·
SILUARUMQ: ALIAE PRESSOS PROPAGINIS ARCUS
EXPECTAT· ET UIUA SUA PLANTARIA TERRA·
NIL RADICIS EGENT ALIAE. SUMMUMQ: PUTATOR·
HAUD DUBITAT TERRAE REFERENS MANDARE CACUMĒ

QUIN ET CAUDICIB· SECTIS· MIRABILE DICTU·
TRUDITUR E SICCO RADIX OLEAGINA LIGNO·
ET SAEPE ALTERIUS RAMOS IMPUNE UIDEMUS
UERTERE IN ALTERIUS· MUTATAMQ· INSITA MALA
FERRE PIRUM· ET PRUNIS LAPIDOSA RUBESCERE CORNA·
QUARE AGITE o PROPRIOS GENERATIM DISCITE CULTUS·
AGRICOLAE· F[R]UCTUSQ· FEROS MOLLITE COLENDO·
NEU SEGNES IACEANT TERRAE· IUUAT ISMARA BACCHO
CONSERERE· ATQ· OLEAM MAGNUM UESTIRE TABURNUM·
TUQ· ADES, INCEPTUMQ· UNA DECURRE LABOREM·
O DECUS· O FAMAE MERITO PARS MAXIMA NOSTRAE
MAECENAS· PELAGOQ· UOLANS DA UELA PATENTI·
NON EGO CUNCTA MEIS AMPLECTI UERSIB· OPTO·
NON MIHI SI LINGUAE CENTUM SINT· ORAQ CENTUM·
FERREA UOX· ADES ET PRIMI LEGE LITORIS ORAM·
IN MANIB· TERRAE· NON HIC TE CARMINE FICTO·
ATQ· PER AMBAGES· ET LONGA EXORSA TENEBO·
SPONTE SUA· QUAE SE TOLLUNT IN LUMINIS [AU]ORAS·
INFECUNDA QUIDEM, SED LAETA ET FORTIA SURGUNT·
QUIPPE SOLO NATURA SUBEST· TAMEN HAEC QUOQ· SIQUIS
INSERAT· AUT SCROBIB· MANDET MUTATA SUBACTIS·
EXUERIT SILUESTREM ANIMUM· CULTUQ· FREQUENTI·
IN QUASCUMQ· UOLES ARTES. HAUD TARDA SEQUENTUR·
NECNON ET STERILIS QUAE STIRPIB· EXIT AB IMIS·
HOC FACI[E]AT, UACUOS SI SIT DIGESTA PER AGROS·
NUNC ALTAE FRONDES· ET RAMI MATRIS OPACANT·
CRESCENTIQ· ADIMUNT FETUS· URUNTQ· FERENTEM·
IAMQ SEMINIB· IACTIS SE SUSTULIT ARBOS·
TARDA UENIT SERIS FACTURA NEPOTIB· UMBRAM·

POMAQ DEGENERANT SUCOS OBLITA PRIORES
ET TURPIS AUIDUS PRAEDAM FERT UUA RACEMOS·
SCILICET OMNIB· EST LABOR INPENDENDUS· ET OMNES
COGAENDAE IN SULCUM· AC MULTA MERCEDE DOMANDAE·
SET TRUNCIS OLEAE MELIUS· PROPAGINE UITES
RESPONDENT· SOLIDO PAPHIAE DE ROBORE MYRTUS·
PLANTIS ET DURAE CORYLI NASCUNTUR· ET INGENS
FRAXINUS. HERCULEAEQ ARBOS UMBROSA CORONAE·
CHAONIIQ PATRIS GLANDES· ETIAM ARDUA PALMA
NASCITUR· ET CASUS ABIES UISURA MARINOS'
INSERITUR UERO ET FETU NUCIS ARBUTUS HORRIDA·
ET STERILIS PLATANI MALOS GESSERE UALENTES·
CASTANEAE· FAGOS· ORNUSQ INCANUIT ALBO
FLORE PIRI· GLANDEMQ SUES FREGERE SUB ULMIS
NEC MODUS INSERERE· ATQ OCULOS INPONERE SIMPLEX·
NAM QUA SE MEDIO TRUDUNT DE CORTICE GEMMAE·
ET TENUIS RUMPUNT TUNICAS· ANGUSTUS IN IPSO
FIT NODO SINUS HUC ALIENA EX ARBORE GERMEN
INCLUDUNT· UDOQ DOCENT INOLESCERE LIBRO·
AUT RURSUM E DES TRUNCI RESECANTUR· ET ALTE
FINDITUR IN SOLIDUM CUNEIS UIA· DEINDE FERACES
PLANTAE IMMITTUNTUR· NEC LONGUM TEMPUS· ET INGENS
EXIIT AD CAELUM RAMIS FELICIB· ARBOS
MIRATXSQ NOUAS FRONDES· ET NON SUA POMA·
PRAETEREA GENUS HAUD UNUM· NEC FORTIB· ULMIS·
NEC SALICI· LOTOQ NEQ IDAES CYPARISSIS'
NEC PINGUES UNAM IN FACIEM NASCUNTUR OLIUAE·
ORCHADES. ET RADII· ET AMARA PAUSIA BACA·
POMAQ ET ALCINOI SILUAE· NEC SURCULUS IDEM

CRUSTUMIS SYRISQ. PIRIS· GRAUIBUSQ. UOLAEMIS·
NON EADEM ARBORIB· PENDENT UINDEMIA NOSTRIS·
QUAM METHYMNAEO CARPIT DE PALMITE LESBOS·
SUNT THASIAE UITES. SUNT ET MAREOTIDES ALBAE·
PINGUIBUS HAE TERRIS HABILES, LEUIORIB· ILLAE·
ET PASSO PSIT [IA] UTILIOR· TENUISQ. ∴ LAGEOS·
TEMTATURA PEDES OLIM· UINCTURAQ. LINGUAM·
PURPUREAE PRAECIAEQ. ET QUO TE CARMINE DICAM
RHAETICA· NEC CELLIS IDEO CONTENDE FALERNIS·
SUNT ET AMINNEAE UITES FIRMISSIMA UINA
TMOLIUS ADSURGIT QUIBUS EST REX IPSE PHANEUS
ARGITISQ. MINOR CUI NON CERTAUERIT ULLA
AUT TANTUM FLUERE AUT TOTIDEM DURARE PER ANNOS
NON EGO TE DIS ET MENSIS ACCEPTA SECUNDIS
TRANSIERIM RHODIAE ET TUMIDIS BUMASTE RACEMIS
SET NEQ. QUAM MULTAE SPECIES NEC NOMINA QUAE SINT
EST NUMERUS NEQ ENIM NUMERO COMPRENDERE [KE] FERT
QUEM QUI SCIRE UELIT LYBICI UELIT AEQUORIS IDEM
DICERE QUAM MULTAE ZEPHYRO TURBENTUR ARENAE
AUT UBI NAUIGIIS UIOLENTIOR INCIDIT EURUS
NOSSE QUOT IONII UENIANT AD LITORA FLUCTUS
NEC UERO TERRA [E] FERRE OMNES OMNIA POSSUNT·
FLUMINIB· SALICES. CRASSISQ. PALUDIB· ALNI
NASCUNTUR· STERILES SAXOSIS MONTIB· ORNI·
LITORA MYRTETIS LAETISSIMA· DENIQ. APERTOS
BACCHUS AMAT COLLES. AQUILONE [M] ET FRIGORA TAXI·
ASPICE [E]T EXTREMIS DOMITUM CULTORIB· ORBEM·
EOASQ. DOMOS ARABUM· PICTOSQ. GELONOS·
DIUISAE ARBORIB· PATRIAE SOLA INDIA NIGRUM

FERT HEBENUM. SOLIS EST TUREA UIRGA SABAEIS·
QUID TIBI ODORATO REFERAM SUDANTIA LIGNO·
BALSAMAQ. ET BACAS SEMPER FRONDENTIS ACANTHI·
QUID NEMORA AETHIOPUM MOLLI CANENTIA LANA·
UELLERAQ. UT FOLIIS DEPECTANT TENUIA SERES·
AUT QUOS OCEANO PROPRIOR GERIT INDIA LUCOS·
EXTREMI SINUS ORIS. UBI AERA UINCERE SUMMUM·
ARBOREB· AUT ULLAE IACTU POTUERE SAGITTAE·
ET GENS ILLA QUIDEM SUMPTIS NON TARDA PHARETRIS
MEDIA FERT TRISTIS SUCOS. TARDUMQ. SAPOREM
FELICIS MALI· QUOD NON PRAESENTIUS ULLUM·
A POCULA SI QUANDO SAEUE INFECERE NOUERCAE·
C AUXILIUM UENIT. AC MEMBRIS AGIT ATRA UENENA·
IPSA INGENS ARBOS. FACI...EM SIMILLIMA LAURO·S
ET SI NON ALIUM LATE IACTARET ODOREM
LAURUS ERAT· FOLIA HAUT ULLIS LABENTIA UENTIS·
FLOS AD PRIMA TENAX· ANIMAS ET LENTIA MEDI
ORA FOUENT ILLO· ET SENIB· MEDICANTUR ANHELIS·
SED NEQ. MEDORUM SILUAE DITISSIMA TERRA·
NEC PULCHER GANGES· ATQ. AURA TURBIDUS HERMUS·
LAUDIB· ITALIAE CERTENT· NON BACTRA· NEQ. INDI·
TOTAQ. TURIFERIS PANCHAIA LA PINGUIS HARENIS·
HAEC LOCA. NON TAURI SPIRANTES NARIB· IGNEM
INUERTERE· SATIS IMMANIS DENTIB· HYDRIS·
NEC GALEIS DENSIS ULRUM· SEGES HORRUIT HASTIS·
SET GRAUIDAE FRUGES· ET BACCHI MASSICUS UMOR·
IMPLEUERE· TENENT OLEAE· ARMENTAQ. LAETA·
HINC BELLATOR EQUUS CAMPO SESE ARDUUS INFERT·
HINC ALBI CLITUMNE GREGES· ET MAXIMA TAURUS

8 MISCUERUNTQ. HERBAS ET NON INNOXIA UERBA·

UICTIMA· SAEPE TUO PERFUSI FLUMINE SACRO·
ROMANOS AT TEMPLA DEUM DUXERE TRIUMPHOS'
HIC UER ADSIDUUM· ATQ. ALIENIS MENSIB· AESTAS·
BIS GRAUIDAE PECUDES· BIS POMIS UTILIS ARBOS·
AT RABIDAE TIGRE ABSUNT· ET SAEUA LEONESUM
SEMINA· NEC MISEROS FALLUNT ACONITA LEGENTES·
NEC RAPIT IMMENSOS ORBES PER HUMUM· NEQ· TANTO
SQUAMEUS IN SPIRAM, TRACTU SE COLLIGIT ANGUIS'
ADDE TOT EGREGIAS URBES' OPERUMQ. LABOREM·
TOT CONGESTA MANU PRAERUPTIS OPPIDA SAXIS'
FLUMINAQ. ANTIQUOS SUBTER LABENTIA MUROS·
AN MARE QUOD SUPRA MEMOREM· QUODQ· ADLUIT INFRA
ANNE LACUS TANTOS TE LARI MAXIME· TEQ.
FLUCTIB· ET FREMITU ADSURGENS BENACE MARINO·
AN MEMOREM PORTUS LUCRINOQ. ADDITA CLAUSTRA·
ATQ· INDIGNATUM MAGNIS STRIDORIB· AEQUOR·
IULIA QUA PONTO LONGE SONAT UNDA REFUSO'
THYRRHENUSQ. FRETIS IMMITTITUR AESTUS AUERNIS·
HAEC EADEM ARGENTI RIUOS· AERISQ. METALLA
OSTENDIT UENIS· ATQ. AURO PLURIMA FLUXIT·
HAEC GENUS ACRE UIRUM· MARSOS· PUBEMQ. SABELLA·
ADSUETUMQ.· MALO LIGURUM· UOLSCOSQ· UERUTOS·
EXTULIT HAEC DECIOS. MARIOS· MAGNOSQ. CAMELLOS·
SCIPIADAS DUROS BELLO· ET TE MAXIME CAESAR·
QUI NUNC EXTREMIS ASIAE IAM UICTOR IN ORIS·
INBELLEM AUERTIS ROMANIS ARCIB· INDUM·
SALUE MAGNA PARENS FRUGUM· SATURNIA TELLUS·
MAGNA UIRUM· TIBI RES ANTIQUAE LAUDIS ET ARTIS·
INGREDIOR· SANCTOS AUSUS RECLUDERE FONTES·

ASCRAEUMQ. CANO ROMANA PER OPPIDA CARMEN·
NUNC LOCUS ARUORUM INGENIIS, QUAE ROBORA CUIQ.
QUIS COLOR, ET QUAE SIT REB· NATURA FERENDIS·
DIFFICILES PRIMUM TERRAE COLLESQ. MALIGNI·
TENUIS UBI ARGILLA· ET DUMOSIS CALCULUS ARUIS·
PALLADIA GAUDET SILUA· UIUACIS OLIUAE
INDICIO EST TRACTU SURGENS OLEASTER EODEM
PLURIMUS· ET STRATI BACIS SILUESRIBUS AGRI·
AT QUÂE PINGUIS HUMUS· DULCIQ. ULIGINE LAETA·
QUIQ. FREQUENS HERBIS, ET FERTILIS UBERE CAMPUS·
QUALEM SAEPE CAUA MONTIS CONUALLE SOLEMUS
DESPICERE, HUC SUMMIS LIQUUNTUR RUPIB· AMNES·
FELICEMQ· TRAHUNT LIMUM· QUIQ. EDITUS AUSTRO·
ET FELICEM CURUIS INUISAM PASCIT ARATRIS·
HIC TIBI PRAEUALIDAS OLIM· MULTOSQ. FLUENTES·
SUFFICIET BACCHO UITIS. HIC FERTILIS UUAE·
HIC LATICES· QUALEM PATERIS LIBAMUS. ET AURO·
INFLAUIT CUM PINGUIS EBUR TYRRHENUS· AD ARAS·
LANCIB· ET PATULIS, FUMANTIA REDDIMUS EXTA·
SIN ARMENTA MAGIS STUDIUM· UITULOSQ. TUERI·
AUT OUIUM FETUS· AUT URENTES CULTA CAPELLAS·
SALTUS, ET SATYRI PETITO LONGINQUA TERENTI·
ET QUALEM INFELIX AMISIT MANTUA CAMPUM·
PASCENTEM NIUEOS HERBOSO FLUMINE CYCNOS·
NON LIQUIDI GREGIB· FONTES, NON GRAMINA DERUNT·
ET QUANTUM LONGIS CARPENT ARMENTA DIEBUS·
EXIGUA TANTUM GELIDUS ROS NOCTE REPONIT·
NIGRA FERE, ET PRESSO PINGUIS SUB MOUERE TERRA·
ET CUI PUTRE SOLUM, NAMQ. HOC IMITATUR ARANDO·

OPTIMA FRUMENTIS. NON ULLO EX AEQUORE CERNES.
PLURA DOMUM TARDIS DECEDERE PLAUSTRA IUUENCIS·
AUT UNDE IRATUS SILUAM DEUEXIT ARATOR·
ET NEMORA EUERTIT MULTOS IGNAUA PER ANNOS·
ANTIQUASQ. DOMOS AUIUM. CUM STIRPIBUS IMIS
ERUIT· ILLE ALTUM. NIDIS PETIERE RELICTIS·
AUT RUDIS ENITUIT IN PULSO UOMERE CAMPUS·
NAM IEIUNA QUIDEM· CLIUOSI GLAREA RURIS·
UIX UMILIS APIB· CASIAS· ROREMQ. MINISTRAT·
ET TOFUS SCABER. ET NIGRIS EXESA CHELYDRIS·
CRETA· NEGANT ALIOS AEQ. SERPENTIB· AGROS
DULCEM FERRE CIBUM· ET CURUAS PRAEBERE LATEBRAS·
QUAE TENUEM EXALAT NEBULAM. FUMOSQ. UOLUCRES·
ET BIBIT UMOREM· ET CUM UULT EX SE IPSA REMITTIT·
QUAEQ. SUO SEMPER UIRIDI SE GRAMINE UESTIT·
NEC SCABIAE ET SALSA LAEDIT ROBIGINE FERRUM·
ILLA TIBI LAETIS INTEXET UITIB· ULMOS·
ILLA FERAX OLEAE EST· ILLAM EXPERIERE COLENDO·
ET FACILEM PECORI· ET PATIENTEM UOMERIS UNCI·
TALEM DIUES ARAT CAPUA· ET UICINA UESAEUO
ORA IUGO· ET UACUIS CLANIUS NON AEQUUS ACERRIS·
NUNC QUO QUAMQ. MODO POSSIS COGNOSCERE DICA·
RARA SIT· AN SUPRA MOREM SI DENSA REQUIRES·
ALTERA FRUMENTIS QUONIAM FAUET· ALTERA BACCHO·
DENSA MAGIS CERERI· RARISSIMA QUAEQ. LYAEO·
ANTE LOCUM CAPIES OCULIS· ALTAEQ. IUBEBIS
IN SOLIDO PUTEUM DEMITTI· OMNEMQ. REPONES
RURSUS HUMUM· ET PEDIB· SUMMAS AEQUABIS HARENAS·
SI DERUNT. RARUM· PECORIQ. ET UITIB· ALMIS

APTIUS UBER ERIT· SIN IN SUA POSSE NEGABUNT
IRE LOCA· ET SCROBIB· SUPERABIT TERRA REPLETIS·
SPISSUS AGER· GLEBAS CUNCTANTES· CRASSAQ. TERGA
EXPECTA ET UALIDIS TERRAM PROSCINDE IUUENCIS
SALSA AUTEM TELLUS, ET QUAE PERHIBETUR AMARA·
FRUGIB· INFELIX· EA NEC MANSUESCIT ARANDO·
NEC BACCHO GENUS, AUT POMIS SUA NOMINA SERUAT·
TALE DABIT SPECIMEN· TU SPISSO UIMINE QUALOS·
COLAQ. PRAELORUM· FUMOSIS DERIPE TECTIS·
HUC AGER ILLE MALUS· DULCESQ. A FONTIB· UNDAE
AD PLENUM CALCENTUR· AQUA· ELUCTABITUR OMNIS
SCILICET ET GRANDES IBUNT PER UIMINA GUTTAE·
AT SAPOR INDICIUM FACIET MANIFESTUS ET ORA
TRISTIA TEMPTANTUM· SENSU TORQ·BIT AMAROR
PINGUIS ITEM QUAE SIT TELLUS. HOC DENIQ. PACTO
DISCIMUS·. HAUD UMQUAM MANIB· IACTATA FATISCIT·
SET PICIS IN MOREM·. AD DIGITOS LENTESCIT HABENDO·
UMIDA MAIORES HERBAS ALIT· IPSAQ. IUSTO
LAE††TIOR A NIMIUM. NE SIT MIHI FERTILIS ILLA·
NEU SE PRAEUALIDAM PRIMIS OSTENDAT ARISTIS·
QUAE GRAUIS EST IPSO TACITAM SE PONDERE PRODET·
QUAEQ. LEUIS PROMPTUM EST OCULIS PRAEDISCERE NIGRAM·
ET QUIS CUIQ. COLOR· AT SCELERATUM EXQUIRERE FRIGUS
DIFFICILE EST. PICEAE TANTUM TAXIQ. NOCENTES
INTERDUM· HAUT EDERAE PANDUNT UESTIGIA NIGRAE·
HIS ANIMADUERSIS, TERRAM MULTO ANTE MEMEÑO
EXCOQUERE· ET MAGNOS SCROBIB· CONCIDERE MOÑES·
ANTE SUPINATAS AQUILONI OSTENDERE GLAEBAS·
QUAM LAETUM INFODIAS UITIS GENUS· OPTIMA PUTRI·

ARUA SOLO. ID UENTI CURANT· GAELIDAEQ. PRUINAE·
ET LABEFACTA MOUENS ROBUSTUS IUGERA FOSSOR·
AC SI QUOS. AUT ULLA UIROS UIGILANTIA FUGIT·
ANTE LOCUM SIMILEM EXQUIRUNT· UBI PRIMA PARETUR
ARBORIB· SEGES· ET QUO MOX DIGESTA FERATUR·
MUTATAM IGNORENT SUBITO NE SEMINA MATREM·
QUIN ETIAM CAELI REGIONEM IN CORTICE SIGNANT
UT QUOD QUAEQ. MODO STETERINT· QUA PARTE COLORES
AUSTRINOS TULERINT· QUAE TERGA OBUERTERIT AXI
RESTITUANT· ADEO IN TENERIS CONSUESCERE MULTUM EST·
COLLIBUS, AN PLANO MELIUS SIT PONERE UITEM·
QUARE PRIUS. PINGUIS AGROS METABERE CAMPI·
DENSA SERE· IN DENSO NON SEGNIOR UBERE BACCHUS·
SIN, THUMILIS ACLIUE SOLUM· COLLISQ. SUPINOS·
INDULGE ORDINIB. NEC SETIUS OMNIS IN UNGUEM·
ARBORIB· POSITIS, SEPTO UIA LIMITE QUADRET·
UT SAEPE INGENTI BELLO. CUM LONGA COHORTES
EXPLICUIT LEGIO· ET CAMPO STETIT AGMEN APERTO·
DERECTAEQ. ACIES. AC LATE FLUCTUAT OMNIS
AERE RENIDENTI TELLUS· NEC DUM HORRIDA MISCENT
PROELIA· SED DUBIUS MEDIIS MARS ERRAT IN ARMIS·
OMNIA SINT PARIB· NUMERIS· DEMENSA UIARUM·
NON ANIMUM MODO UTI PASCAT PROSPECTUS INANE
SET QUIA NON ALTER UIRIS DABIT OMNIB· AEQUAS
TERRA· NEQ. IN UACUUM POTERUNT SE EXTENDERE RAMI·
FORSITAN ET SCROBIB· QUAE SINT FASTIGIA QUAERAS·
AUSIM. UEL TENUI UITEM COMMITTERE SULCO·
ALTIOR AC PAENITUS TERRAE DEFIGITUR ARBOS·
AESCULUS IN PRIMIS· QUAE QUANTUM UERTICE AD AURAS

AETHERIAS· TANTUM RADICEM IN TARTARA TENDIT·
ERGO NON HIEMES ILLAM· NON FLABRA· NEQ· IMBRES
CONUELLUNT· IMMOTA MANENT· MULTOSQ· NEPOTES
MULTA UIRUM UOLUENS. DURANDO SAECULA UINCIT·
TUM FORTIS LATE RAMOS· ET BRACCHIA TENDENS
HUC ILLUC· MEDIA IPSA· INGENTEM SUSTINET UMBRAM·
NEUE TIBI AD SOLEM UERGANT UINETA CADENTEM·
NEUE INTER UITES CORYLUM SERE· NEUE FLAGELLA
SUMMA PETE· AUT SUMMA DEFRINGE EX ARBORE PLANTAS
TANTUS AMOR TERRAE· NEU FERRO LAEDERE TUNSO
SEMINA· NEUE OLEAS SILUESTRIS INSERE TRUNCOS·
NAM SAEPE INCAUTIS PASTORIB· EXCIDIT IGNIS·
QUI FØRTEM PINGUI PRIMUM SUB CORTICE TECTUS·
ROBORA COMPRENDIT· FRONDESQ· ELAPSUS IN ALTØS·
INGENTEM CAELO SONITUM DEDIT· INDE SECUTUS
PER RAMOS UICTOR· PERQ· ALTA CACUMINA REGNAT·
ET TOTUM INUOLUIT FLAMMIS NEMUS· ET RUIT ATRA·
AT CAELUM PICEA CRASSUS CALIGINE NUBEM·
PRAESERTIM SI TEMPESTAS A UERTICE SILUIS
INCUBUIT· GLOMERATQ· FERENS INCENDIA UENTUS·
HOC UBI NON A STIRPE UALENT. CAESAEQ· REUERTI
POSSUNT· ATQ· IMA SIMILES REUIRESCERE TERRA·S
INFELIX SUPERAT FOLIIS OLEASTER AMARIS·
NEC TIBI TAM PRUDENS QUISQUAM PERSUADEAT AUCTOR·
TELLUREM BOREA RIGIDAM SPIRANTE MOUERE·
RURA GELU TUNC CLAUDIT HIEMPS· NEC SEMINE IACTO
CONCRETUM PATITUR RADICEM ADFIGERE TERRAE·
OPTIMA UINETIS SATIO, CUM UERE RUBENTI·
CANDIDA UENIT AUIS· LONGIS INUISA COLUBRIS·

PRIMA UEL AUTUMNI SUB FRIGORA· CUR IX[M] RAPIDUS SOL·
NONDUM HIEMEM CONTINGIT EQUIS· IAM PRAETERIT AESTAS
UER ADEO FRONDI E[S] NEMORUM, UER UTILE SILUIS·
UERE TUMENT TERRAE· ET GENITALIA SEMINA PXSCUNT[O] ·
TUM PATER OMNIPOTENS. FECUNDIS IMBRIB· AETER[H] ·
CONIUGIS IN GREMIUM LAETAE DESCENDIT· ET OMNES
MAGNUS ALIT, MAGNO COMMIXTUS CORPORE FETUS·
AUIA TUM RESONANT· AUIB· UIRGULTA CANORIS·
ET UENEREM CERTIS REPETUNT ARMENTA DIEBUS·
PARTURIT ALMUS AGER· ZEPHYRISQ. TEPENTIB· AURIS·
LAXANT ARUA SINUS· SUPERAT TENER OMNIB· UMOR·
INQ. NOUOS SOLES. AUDENT SE GRAMINA TUTO
CREDERE· NEC METUIT SURGENTES PAMPINUS AUSTROS·
AUT ACTUM CAELO MAGNIS AQUILONIBUS IMBREM·
SED TRUDIT GEMMAS· ET FRONDES EXPLICAT OMNES·
NON ALIOS. PRIMA CRESCENTIS ORIGINE MUNDI
INLUXISSE DIES· ALIUMUE HABUISSE TENOREM
CREDIDERIM· UER ILLUD ERAT. UER MAGNUS AGEBAT
ORBIS· ET HIBERNI PARCEBANT FATIB[L]· EURI·
CUM PRIMAE LUCEM PECUDES HAUSERE· UIRUMQ.
FERREA[T] PROGENIES· DURIS CAPUT EXTULIT ARUIS·
IMMISSAEQ. FERAE SILUIS. ET SIDERA CAELO·
NE&[C] RES, HUNC TENERE[A] POSSENT SUFFERRE[PER] LABOREM·
SI NON TANTA QUIES IRET· FRIGUSQ. CALOREMQ.
INTER· ET EXCIPERET CAELI INDULGENTIA TERRAS·
QUOD SUPEREST· QUAECUMQ. PREMES UIRGULTA PER AGROS·
SPARGE FIMO PINGUI· ET MULTA MEMOR OCCULE TERRA·
AUT LAPIDEM BIBULUM·& AUT SQUALENTIS INFODE CONCHAS·
INTER ENIM LABENTUR AQUAE. TENUISQ. SUBIBIT

ALITUS· ATQ. ANIMOS TOLLENT SATA· IAMQ. REPERTI·
QUI SAXO SUPER· ATQ INGENTI[s] PONDERE TESTAE
URGERENT. HOC EFFUSOS MUNIMEN AD IMBRES·
HOC UBI HULCA SITI FINDIT CANIS AESTIFER ARUA·
SEMINIB· POSITIS, SUPEREST DEDUCERE TERRAM
SAEPIUS AD CAPITA· ET DUROS IACTARE BIDENTIS·
AUT PRESSO EXERCERE SOLUM SUBMOUERET[D M E] IPSA
FLECTERE T LUCTANTES INTER UINETA IUUENCOS·
TUM LEUIS CALAMOS· ET RASAE HASTILIA UIRGAE·
FRAXINEASQ. APTARE SUDES· FURCASQ· UALENTIS·
UIRIBUS ENITI QUARUM. ET CONTEMNERE UENTOS
ADSUESCANT· SUMMASQ· SEQUI TABULATA PER ULMOS·
AC DUM PRIMA NOUIS. ADOLESCIT FRONDIB· AETAS·
PARCENDUM TENERIS· ET DUM SE LAETUS AD AURAS
PALMES AGIT· LAXIS PER PURUM IMMISSUM[s] HABENTIS·
IPSA ACIE[s] NONDUM FALCIS TEMPTANDA· SED UNCIS
CARPENDAE MANIB· FRONDES· INTERQ· LEGENDAE·
INDE UBI TAM UALIDIS AMPLEXAE STIRPIB·[VIRIB·] ULMOS
EXIERINT· TUNC STRINGE COMAS· TUNC BRACCHIA TONDIXE·
ANTE REFORMIDANT FERRUM· TUM DENIQ· DURA
EXERCE IMPERIA· ET RAMOS COMPESCE FLUENTES·
TEXENDAE SAEPES ETIAM·[ET] PECUS OMNE TENENDUM·
PRAECIPUAE DUM FRONS TENERA· IMPRUDENSQ. LABORU̅·
CUI SUPER INDIGNAS HIEMES· SOLEMQ. POTENTEM·
SILUESTRES URI ADSIDUE, CAPRAEQ· SEQUACES
INLUDUNT· PASCUNTUR OUES· AUIDAEQ· IUUENCAE
FRIGORA NEC TANTUM CANA CONCRETA PRUINA·
AUT GRAUIS INCUMBENS SCOPULIS ARENTIB· AESTAS·
QUANTUM ILLI NOCUERE GREGES· DURIQ. UENENUM·

DENTIS· ET A MORSU SIGNATA IN STIRPE CICATRIX·
NON ALIAM OB CULPAM· BACCHO CAPER OMNIB· ARIS
CAEDITUR· ET UETERES INEUNT PROSCAENIA LUDI·
PRAEMIAQ· INGENTIS PAGOS, ET COMPITA CIRCUM·
THESIDAE POSUERE· ATQ· INTER POCULA LAETI·
MOLLIB· IN PRATIS. UNCTOS SALUERE PER UTRES·
NEC NON AUSONII. TROIA GENS MISSA COLONI·
UERSIB· INCOMPTIS LUDUNT· RISUQ· SOLUTO·
ORAQ· CORTICIB· SUMUNT HORRENDA CAUATIS·
ET TE BACCHE UOCANT PER CARMINA LAETA· TIBIQ·
OSCILLA· EX ALTA SUSPENDUNT MOLLIA PINU·
HINC OMNIS LARGO PUBESCIT UINEA FETU·
COMPLENTUR· UALLESQ· CAUAE· SALTUSQ· PROFUNDI·
ET QUOCUMQ· DEUS CIRCUM CAPUT EGIT HONESTUM·
ERGO RITE SUUM BACCHO DICEMUS HONOREM·
CARMINIB· PATRIIS, LANCESQ· ET LIBA FEREMUS·
ET DUCTUS CORNU STABIT SACER HIRCUS AD ARAM·
PINGUIAQ· IN UERRIB: TORREBIMUS EXTA COLURNIS·
EST ETIAM ILLE LABOR· CURANDIS UITIB· ALTER·
CUI NUMQUAM EXHAUSTIS SATIS EST· NAMQ· OMNE QUOTANNIS·
TERQ· QUATERQ· SOLUM SCINDENDUM· GLAEBAQ· UERSIS
AETERNUM FRANGENDA BIDENTIBUS· OMNE LEUANDŨ
FRONDE NEMUS· REDIT AGRICOLIS LABOR ACTUS IN ORBĒ
ATQ· IN SE, SUA PER UESTIGIA UOLUITUR ANNUS·
AC IAM OLIM SERAS POSSUNT CUM UINEA FRONDES·
FRIGIDUS ET SILUIS AQUILO DECUSSIT HONOREM·
IAM TUM ACER CURAS UENIENTEM EXTENDET IN ANNŪ·
RUSTICUS, ET CURUO SATURNI DENTE RELICTAM
PERSEQUITUR UITEM ATTONDENS· FRIGITQ· PUTANDO·

PRIMUS HUMUM FODITO· PRIMUS DEUECTA CREMATO
SARMENTA· ET UALLOS PRIMUS SUB TECTA REFERTO·
POSTREMUS METITO' BIS UITIB· INGRUIT UMBRA·
BIS SEGETEM DENSIS OBDUCUNT SENTIB· HERBAE·
DURUS UTERQ· LABOR· LAUDATO INGENTIA RURA·
EXIGUUM COLITO' NECNON ETIAM ASPERA FRUSCI
UIMINA PER SILUAM· ET RIPIS FLUUIALIS HARUNDO
CAEDITUR· INCULTIQUE EXERCET CURA SALICTI'
IAM UICTAE UITES IAM FALCEM ARBUSTA REPONUNT·
IAM CANIT EFFECTOS EXTREMUS UINITOR ANTES·
SOLLICITANDA TAMEN TELLUS· PULUISQ· MOUENDUS·
ET IAM MATURIS METUENDUS IUPPITER UUIS·
CONTRA, NON ULLA EST OLEIS CULTURA· NEQ· ILLAE
PROCURUAM EXPECTANT FALCEM· RASTROSQ· TENACES.
CUM SEMEL HAESERUNT ARUIS· AURASQ· TULERUNT·
IPSA SATIS TELLUS CUM DENTE RECLUDITUR UNCO·
SUFFICIT UMOREM· ET GRAUIDAS CUM UOMERE FRUGES·
HOC PINGUEM, ET PLACITAM PACI NUTRITUR OLIUAM
POMA QUOQ· UT PRIMUM TRUNCUS SENSERE ÆALENES·
ET UIRES HABUERE SUAS· AD SIDERA RAPTIM
UI PROPRIA NITUNTUR· OPISQ· HAUT INDIGA NOSTRAE·
NEC MINUS INTEREA FETU NEMUS OMNE GRAUESCIT·
SANGUINEISQ· INCULTA RUBENT AUIARIA BACIS·
TONDENTUR CYTISI· TAEDAS SILUA ALTA MINISTRAT·
PASCUNTURQ· IGNES NOCTURNI· ET LUMINA FUNDUNT·
QUID MAIORA SEQUAR, SALICES, HUMILISQ· GENESTAE·
AUT ILLE PECORI FRONDEM· AUT PASTORIB· UMBRAM
SUFFICIUNT· SAEPEMQ· SATIS· ET PABULA METELLI·
ET IUUAT UNDANTEM BUXO SPECTARE CYTORUM·

NARYCIAEQ· PICIS LUCOS· IUUAT ARUA UIDERE·
NON RASTRIS HOMINUM· NON UILIOR NOXIA CURAE·
IPSE CAUCASIO STERILES IN UERTICAE SILUAE·
QUAS ANIMOSI EURI· T ADSIDUE FRANGUNTQ· FERUNTQ·
DANT ALIOS ALIAE FETUS· DANT UTILE LIGNUM·
NAUIGIIS PINOS DOMIB· CEDRUMQ· CUPRESSOSQ·
HINC RADIOS TRIUERE ROTIS, HINC TYMPANA PLAUSTRIS
AGRICOLAE· ET PANDAS RATIB· POSUERE CARINAS·
UIMINIB· SALICES FECUNDAE· FRONTIB· ULMI·
AT MYRTUS UALIDIS HASTILIB· ET BONA BELLO.
CORNUS· ITYREOS TAXI TORQUENTUR IN ARCUS·
NEC TILIAE LEUES, AUT TORNO RASILE BUXUM
NON FORMAM ACCIPIUNT, FERROQ· CAUANTUR ACUTO·
NECNON ET TORQUENTEM UNDAM· LEUIS INNATAT ALNUS
MISSA PADO, NECNON ET APES EXAMINE CONDUNT
CORTICIBUSQ· CAUIS, UITIOSAEQ· ILICIS ALUO·
QUID MEMORANDUM AEQ· BACCHAEIA DONA TULERUNT
BACCUS· ET AD CULPAM CAUSAS DEDIT· ILLE FURENTIS
CENTAUROS· LAETO DOMUIT. RHOETUMQ· POLUMQ·
ET MAGNO HYLAEUM LAPITHIS CRATERE MINANTEM·
O FORNATOS NIMIUM. SUA SI..BONA NORINT
AGRICOLAS· QUIB· IPSA PROCUL DISCORDIB· ARMIS·
FUNDIT HUMO FACILEM UICTUM· IUSTISSIMA TELLUS
SI NON INGENTEM FORIB· DOMUS ALTA SUPERBIS·
MANE SALUTANTUM TOTIS UOMIT AEDIB· UNDAM·
NEC UARIOS INHIANT PULCHRA TESTUDINE POSTES·
IN..LUSASQ· AURO UESTES· EPHYREIAQ· AERA·
ALBA NEQ· ASSYRIO FUCATUR LANA UENENO·
NEC CASSIA LIQUIDI CORRUMPITUR USUS OLIUI·

AD[T] SECURA QUIES, ET NESCIA FALLERE UITA·
DIUES OPUM UARIARUM· AT LATIS OTIA FUNDIS·
SPELUNCAE. UIUIQ· LACUS· ET FRIGIDA TEMPE
MUGITUSQ· BOUM· MOLLESQ SUB ARBORE SOMNI
NON ABSUNT· ILLIC SALTUS· AC LUSTRA FERARUM·
ET PATIENS OPERUM· EXIGUOQ· ADSUETA IUUENTUS·
SAXCRA DEUM· SANCTIQ· PATRES· EXTREMA PER ILLOS
IUSTITIA EXCEDENS TERRIS, UESTIGIA FECIT·.
ME UERO PRIMUM DULCES ANTE OMNIA MUSAE·
QUARUM SACRA FERO· INGENTI PERCUSSUS[L] AMORE·
ACCIPIANT· CAELIQ· UIAS, ET SIDERA MONSTRENT·
DEFECTUS SOLIS UARIOS· LUNAEQ· LABORES·
UNDE TREMOR TERRIS· QUA UI MARIA ALTA TUMESCANT
OBICIB· RUPTIS· RURSUSQ· IN SEIPSA RESIDANT·
QUID TANTUM OCEANO PROPERENT SE TINGUERE SOLES
HIBERNI· UEL QUAE TARDIS MORA NOCTIB· OBSTET·
SIN HAS NE POSSIM NATURAS[E] ACCEDERE PARTES·
FRIGIDUS OBSTITERIT CIRCUM PRAECORDIA SANGUIS'
RURA MIHI· ET RIGUI PLACEANT IN UALLIB· AMNES·
FLUMINA AMEN[M] SILUASQ· INGLORIUS· BÓ UBI CAMPI·
SPERCHEØSQ[U]·. ET UIRGINIB· BACCHATA LACAENIS
TAYGETA· O' QUI ME GELIDIS CONUALLIB· HAEMI
SISTAT· ET INGENTI RAMORUM PROTEGAT UMBRA·
FELIX QUI POTUIT, RERUM COGNOSCERE CAUSAS·
ATQ· METUS OMNIS· ET INEXORABILE FATUM
SUBIECIT PEDIB·. STREPITUMQ· ACHERONTIS AUARI·
FORTUNATUS ET ILLE· DEOS QUID[N] QUIT AGRESTES·
PANAQ·. SILUANUMQ SENEM· NYMPHASQ· SORORES·
ILLUM NON POPULI FASCES NON PURPURA REGUM

FLEXIT· ET INFIDOS AGITANS DISCORDIA FRATRES·
AUT CONIURATO. DESCENDENS DACUS AB HISTRO
NON RES ROMANAE PERITURAQ. REGNA· NEQ· ILLE·
AUT DOLUIT MISERANS INOPEM· AUT INUIDIT HABENTI·
QUOS RAMI FRUCTUS. QUOS IPSA UOLENTIA RURA
SPONTE TULERE SUA CARPSIT· NEC FERREA IURA·
INSANUMQ· FORUM· AUT POPULI TABULARIA UIDIT·
SOLLICITANT ALII REMIS FRETA CAECA· RUUNTQ·
IN FERRUM· PENETRANT AULAS. ET LIMINA REGUM·
HIC PETIT EXCIDIIS URBEM· MISEROSQ· PENATES·
UT GEMMA BIBAT. ET SARRANO INDORMIAT OSTRO·
CONDIT OPES ALIUS· DEFOSSOQ· INCUBAT AURO·
HIC STUPET ATTONITUS ROSTRIS. HUNC PLAUSUS HIANTE·
PER CUNEOS GEMINATUS ENIM PLEBISQ· PATRUMQ·
CORRIPUIT· GAUDENT PERFUSI SANGUINE FRATRUM.
EXILIOQ· DOMOS· ET DULCIA LIMINA MUTANT·
ATQ· ALIO PATRIAM QUAERUNT SUB SOLE IACENTEM·
AGRICOLA INCURUO TERRAM MOLITUS ARATRO·
HINC ANNI LABOR, HINC PATRIAM. PARUOSQ PENATES
SUSTINET· HIC ARMENTA BOUM· MERITOSQ· IUUENCOS
NEC REQUIES. QUIN AUT POMIS EXUBERET ANNUS·
AUT FETU PECORUM· AUT CEREALIS MERGITE CULMI·
PROUENTUQ· ONERET SULCOS· AUT HORREA UINCAT·
UENIT HIEMPS· TERITUR SICIONIA BACCA TRAPETIS·
GLANDE SUES LAETI REDEUNT· DANT ARBUTA SILUAE·
ET UARIOS PONIT FETUS AUTUMNUS· ET ALTE
MITIS IN APRICIS COQUITUR UINDEMIA SAXIS
INTEREA DULCES PENDENT CIRCUM OSCULA NATI·
CASTA PUDICITIAM SERUAT DOMUS· UBERA UACCAE

LACTEA [E]DMITTUNT· PINGUESQ· IN GRAMINE LAETO·
INTER SE ADUERSIS LUCTANTUR CORNIB· HAEDI -
IPSE DIES AGITAT FESTOS' FUSUSQ· PER HERBAM·
IGNIS UBI IN[M]G[D]ENIO· ET SOCII CRATERA CORONANT·
TE LIB[N]AS LEN[A]EAE UOCAT· PECORISQ· MAGISTRIS·
UELOCIS IACULI CERTAMINA PONIT IN ULMO·
CORPORAQ· AGRESTI NUDANT PERDUR[AE]A PALAESTRAE·
NANC OLIM UETERES UITAM COLUERE SABINI·
HANC REMUS, ET FRATER· SIC FORTES AETRURIA CREUIT·
SCILICET· ET RERUM FACTA EST PULCHERRIMA ROMA·
SEPTEMQ· UNA SIBI MURO CIRCUMDEDIT ARCES·
ANTE ETIAM SCEPTRUM DICTAEI REGIS, ET ANTE
IMPIA QUAM CAESIS GENS EST EPULATA IUUENCIS·
AUREUS HANC UITAM IN TERRIS· SATURNUS AGEBAT·
NEC DUM ETIAM AUDIERANT INFLARI CLASSICA· NEC DU̅
INPOSITIS DUROS CREPITARE INCUDIB· ENSES·
SED NOS INMENSUM SPATIIS CONFECIMUS AEQUOR·
ET IAM TEMPUS EQUUM FUMANTIA SOLUERE COLLA·

P̄ ꝯ UERGILI ꝯ MARONIS

GEORGICON· LĪB· II EXPL·

INCIPIT LĪB· III FELICITER

TE QUOQ· MAGNA PALES ET TE MEMORANDE CANEMUS
PASTOR AB AMFRESO UOS SILUAE AMNESQ· LYCAEI
CETERA QUAE UACUAS TENUISSENT CARMINA MENTES
OMNIA IAM UULGATA· QUIS AUT EURYSTEA DURUM·
AUT INLAUDATI NESCIT BUSIRIDIS ARAES·
CUI NON DICTUS HYLAS PUER· ET LATONIA DELOS·
HYPPODAMEQ·, UMEROQ· PELOPS INSIGNIS EBURNO
ACER EQUIS· TEMPTANDA UIA EST· QUA ME QUOQ· POSSIM
TOLLERE HUMO· UICTORQ· UIRUM UOLITARE PER ORA·
PRIMUS EGO IN PATRIAM· MECUM. MODO UITA SUPERSIT·
AONIO REDIENS DEDUCAM UERTICE MUSAS·
PRIMUS IDYMEAS REFERAM TIBI MANTUA PALMAS·
ET UIRIDI IN CAMPO. TEMPLUM DE MARMORE PONAM·
PROPTER AQUAM· TARDIS INGENS UBI FLEXIB· ERRAT
MINCIUS· ET TENERA PRAETEXIT HARUNDINE RIPAS·
IN MEDIO MIHI CAESAR ERIT· TEMPLUMQ· TENEBIT·
ILLI UICTOR EGO. ET TRIO CONSPECTUS IN OSTRO·
CENTUM QUADRIIUGOS AGITABO AD FLUMINA CURRUS·
CUNCTA MIHI. ALPHEUM LIQUENS. LUCOSQ· MOLORCHI·
CURSIB: ET CRUDO DECERNIT GRAECIA CAESTU·
IPSAE CAPUT TONSAE FOLIIS ORNATUS OLIUAE
DONA FERAM· IAM NUNC SOLLEMNIS DUCERE POMPAS
AD DELUBRA IUUAT· CAESOSQ· UIDERE IUUENCOS·
UEL SCENA UT UERSIS DISCEDAT FRONTIB: UTQ·
PURPUREA INTEXTI TOLLANT AULAEA BRITANNI·
IN FORIB· PUGNAM EX AURO. SOLIDOQ· ELEPHANTO·
GANEARIDUM FACIAM· UICTORISQ· ARMA QUIRINI·
ATQ· HIC UNDANTEM BELLO. MAGNUMQ· FLUENTEM
NILUM· AC NAUALI SURGENTIS AERE COLUMNAS·

ADDAM URBES ASIAE DOMITAS· PULSUMQ· NIXUATEM·
FIDENTEMQ· FUGA PARTHUM, UERSISQ SAGITTIS·
ET DUO RAPTA MANU DIUERSO EX HOSTE TROPAEA·
BISQ· TRIUMPHATAS, UTROQ· AB LITORE GENTES·
STABUNT ET PARII LAPIDES SPIRANTIA SIGNA·
ASSARACI PROLES· DEMISSAEQ· AB IOUE GENTIS
NOMINA· TROSQ· PARENS· ET TROIAE CYNTHIUS AUCTOR·
INUIDIA INFELIX FURIAS AMNEMQ· SEUERUM
COCYTI METUET· TORTOSQ· IXIONIS ANGUIS·
IMMANEMQ· ROTAM· ET NON EXPERABILE SAXUM·
INTEREA· DRYADUM SILUAS, SALTUSQ· SEQUAMUR
INTACTOS· TUA MAECENAS, HAUD MOLLIA IUSSA·
TE SINE, NIL ALTUM MENS INCOHAT· EN EGE SEGNIS
RUMPERE MORAS· UACAT INGENTI CLAMORE CITHERO·
TAYGETIQ· CANES· DOMITRIXQ· EPIDAURUS EQUORU·
ET UOX ADSENSU NEMORUM INGEMINATA REMUGIT·
MOX TAMEN ARDENTES· ACCINGAR DICERE PUGNAS
CAESARIS ET NOMEN FAMA TOT FERRE PER ANNOS
TITHONI PRIMA QUOD ABEST AB ORIGINE CAESAR·
SEU QUIS OLYMPIACAE, MIRATUS PRAEMIA PALMAE
PASCIT EQUOS· SE QUIS FORTIS AD ARATRA IUUENCOS·
CORPORA PRAECIPUAE MATRUM LEGAT· OPTMA TORUAE
FORMA BOUS· CUI TURPE CAPUT· CUI PLURIMA CERUIX·
ET CRURUM TENUS. A MENTO PALEARIA PENDENT·
TUM LONGO NULLUS LATERI MODUS· OMNIA MAGNA·
PES ETIAM· ET CAMURIS HIRTAE EUM CORNIB· AURES·
NEC TIBI DISPLECEAT MACULIS INSIGNIS ET ALBO·
AUT IUGA DETRECTANS· INTERDUMQ· ASPERA CORNU·
ET FACIEM TAURO PROPRIOR QUAEQ· ARDUA TOTA·

ET GRADIENS IMA UERIT UESTIGIA CAUDA·
AESTAS· LUCINAM IUSTOSQ· PATI HYMENAEOS·
DESINIT ANTE DECEM· POST QUATTUOR INCIPIT ANNOS·
CETERA. NEC FETURAE HABILIS· NEC FORTIS ARATRI·
INTEREA. SUPERAT GREGIB· DUM LAETA IUUENTUS·
SOLUE MARES. MITTE IN UENEREM PECUARIA PRIMUS·
ATQ· ALIAM. EX ALIA GENERANDO SUFFICE PROLEM·
OPTIMA QUAEQ· DIES. MISERIS MORTALIB· AEUI
PRIMA FUGIT· SUBEUNT MORBI· TRISTISQ· SENECTUS·
ET LABOR. ET DU[RAE] RAPIT INCLEMENTIA MORTIS·
SEMPER ERUNT· QUARUM MUTARI CORPORA MAUIS·
SEMPER ENIM REFICE· AC NE POST ADMISSA REQUIRAS·
ANTE UENI. ET SUBOLEM ARMENTO SORTIRE QUOTANNIS·
NECNON ET PECORI EST IDEM DILECTUS EQUINO·
TU MODO QUOS IN SPEM STATUES SUMMITTERE GENTIS·
PRAECIPUUM IAM INDE A TENERIS INPENDE LABORE·
CONTINUO PECORIS GENEROSI PULLUS IN ARUIS
ALTIUS INGREDITUR· ET MOLLIA CRURA REPONIT·
PRIMUS ET IRE UIAM· ET FLUUIOS TEMPTARE MINACES
AUDET· ET IGNOTO SE SE COMMITTERE PONTO·
NEC UANOS HORRET STREPITUS· ILLI ARDUA CERUIX·
ARGUTUMQ· CAPUT· BREUIS ALUUS· OBESAQ· TERGA·
LUXURIATQ· TORIS ANIMOSUM PECTUS. HONESTI
SPADICES· GLAUCIQ· COLOR DETERRIMUS ALBIS
ET GILUO· TUM SI QUA SONUM PROCUL ARMA DEDERE·
STARE LOCO NESCIT· MICAT AURIB· ET TREMIT ARTUS·
COLLECTUMQ· FREMENS UOLUIT SUB NARIB· IGNEM·
DENSA IUBA. ET DEXTRO IACTATA RECUMBIT IN ARMO·
AT DUPLEX AGITUR PER LUMBOS SPINA· CAUATQ·

TELLUREM· ET SOLIDO GRAUITER SONAT UNGULA CORNU
TALIS AMYCLAEI DOMITUS POLLUCIS HABENIS
CYLLARUS· ET QUORUM GRAI MEMINERE POETAE·
MARTE SEQUI BIIUGES· ET MAGNI CURRUS ACHILLES·
TALIS ET IPSAE IUBAM CERUICE EFFUNDIT EQUINA·
CONIUGIS ADUENTU PERNIX SATURNUS· ET ALTUM
PELION, HINNITU FUGIENS IMPLEUIT ACUTO·
HINCQUOQ· UBI AUT MORBO GRAUIS, AUT IAM SEGNIOR ANNIS
DEFECIT· ABDE DOMO. NEC TURPI IGNOSCE SENECTAE·
FRIGIDUS IN UENEREM SENIOR· FRUSTRAQ· LABORE
INGRATUM TRAHIT· ET SI QUANDO AD PROELIA UENTUM EST·
UT QUONDAM IN STIPULIS MAGNUS SINE UIRIB· IGNIS
INCASSUM FURIT· ERGO ANIMOS· AEUUMQ· NOTABIS
PRAECIPUAE. HINC ALIAS ARTES· PROLEMQ· PARENTUM·
ET QUIS CUIQ· DOLOR UICTO· QUAE GLORIA PALMAE·
NONNE UIDES, CUM PRAECIPITI CERTAMINE CAMPUM
CORRIPUERE· RUUNTQ· EFFUSI CARCERE CURRUS·
CUM SPES ARRECTAE IUUENUM· EXULTANTIAQ· HAURIT
CORDA PAUOR PULSANS· ILLI INSTANT UERBERE TORTO·
ET PRONI DANT LORA· UOLAT UI FERUIDUS AXIS·
IAMQ· HUMILES· IAMQ· ELATIS SUBLIME UIDENTUR·
AERA PER UACUUM FERRI· ATQ· ADSURGERE IN AURAS·
NEC MORA NEC REQUIES· AT FULUAE NIMB· HARENAE
TOLLITUR· UMESCUNT SPUMIS· FLATUQ· SEQUENTUM·
TANTUS AMOR LAUDUM. TANTA EST UICTORIA CURAE·
PRIMUS ERICTHONIUS. CURRUS· ET QUATTUOR AUSUS
IUNGERE EQUOS· RAPIDUSQ· ROTIS INSISTERE UICTOR·
FRENA PELETHRONII LAPITHAE, GYROSQ· DEDERE
IMPOSITI DORSO· ATQ· EQUITEM DOCUERE SUB ARMIS·

INSULTARE SOLO· ET GRESSUS GLOMERARE SUPERBOS·
AEQUUS UTERQ; LABOR· AEQ; IUUENEMQ; MAGISTRI
EXQUIRUNT· CALIDUMQ· ANIMIS· ET CURSIB· ACREM·
QUAMUIS. SAEPE FUGA UERSOS ILLE EGERIT HOSTES·
ET PATRIAM EPIRUM REFERAT· FORTISQ; MYCENAS·
NEPTUNIQ; IPSA DEDUCAT ORIGINE GENTEM·
HIS ANIMA ADUERSIS, INSTANT SUB TEMPUS· ET OMNIS
IMPENDUNT CURAS DENSO DISTENDERE PINGUI·
QUEM LEGERE DUCEM· ET PECORI DIXERE MARITUM·
FLORENTISQ; SECANT HERBAS· FLUUIOSQ; MINISTRANT·
FERRAQ; NE BLANDO NEQUEANT SUPERESSE LABORI·
INUALIDIQ; PATRUM REFERANT IEIUNIA NATI·
IPSA AUTEM. MACIE TENUANT ARMENTA UOLENTES·
ATQ· UBI CONCUBITUS PRIMOS, IAM NOTA UOLUPTAS
SOLLICITAT· FRONDESQ; NEGANT· ET FONTIB· ARCENT·
SAEPE ETIAM CURSU QUATIUNT· ET SOLE FATIGANT·
CUM GRAUITER TUNSIS GEMIT AERA FRUGIB·. ET CUM
SURGENTEM AD ZEPHYRUM PALEAE IACTANTUR INANES·
HOC FACIUNT, NIMIO NE LUXU OBTUNSIOR USUS·
SIT GENITALI ARUO. ET SULCOS UBLIMET INERTIS·
SET RAPIAT SITIENS UENEREM· INTERIUSQ; RECONDAT·
RURSUS CURA PATRUM CADERE· ET SUCCEDERE MATRŪ
INCIPIT· EXACTIS GRAUIDAE CUM MENSIB· ERRANT·
NON ILLAS GRAUIB· QUISQUAM IUGA· DUCERE PLAUSTRIS·
NON SALTUS SUPERARE UIAM SIT PASSUS· ET ACRI
CARPERE PRATA FUGA· FLUUIOSQUE INNARE RAPACIS
SALTIB· IN UACUIS PASCUNT ET PLENA SECUNDUM
FLUMINA MUSCUS UBI· ET UIRIDISSIMA GRAMINA RIPAE·
SPELUNCAEQ; TEGANT· ET SAXEA PROTEGAT UMBRA·

EST LUCOS SILARI CIRCA ILICIB·Q· UIRENTEM
PLURIMUS ALBURNUM UOLITANS· CUI NOMEN ASILO
ROMANUM EST· OESTRUM GRAI UERTERE UOCANTES·
ASPER ACERUA SONANS· QUO TOTA EXTERRITA SILUIS
DIFFUGIUNT ARMENTA· FURIT MUGITIB· AETHER
CONCUSSUS· SILUAEQ·. ET SICCI RIPA TANAGRI·
HOC QUONDAM MONSTRO, HORRIBILI EXERCUIT IRAS
INACHIE IUNO PESTEM MEDITATA IUUENCAB·
HUNC QUOQ·. NAM MEDIIS FERUORIB·. ACRIOR INSTAT·
ARCEBIS GRAUIDO PECORI· ARMENTAQ· PASCES
SOLE RECENS ORTO· AUT NOCTEM DUCENTIB· ASTRIS·
POST PARTUM CURA IN UITULOS TRADUCITUR OMNIS·
CONTINUOQ· NOTAS· ET NOMINA GENTIS INURUNT·
ET QUOS AUT PECORI MALINT SUBMITTERE HABENDO·
AUT ARIS SERUARE SACROS· AUT SCINDERE TERRAM
ET CAMPUM HORRENTEM FRACTIS INUERTERE GLAEBIS·
CETERA PASCUNTUR UIRIDIS ARMENTA PER HERBAS·
TU QUOS AD STUDIUM, ATQ· USUM FORMABIS AGRESTE·
IAM UITULOS HORTARE. UIAMQ· INSISTE DOMANDI·
DUM FACILES ANIMI IUUENUM· DUM MOBILIS AETAS·
AC PRIMUM LAXOS TENUI DE UIMINE CRICLOS·
CERUICE SUBNECTE· DEHINC· UBI LIBERA COLLA
SERUITIO ADSUERINT· IPSIS E TORQUIB· APTOS
IUNGE PARES· ET COGE GRADUM CONFERRE IUUENCOS·
ATQ· ILLOS IAM SAEPE ROTAE DUCANTUR INANES
PER TERRAM· ET SUMMO UESTIGIA PULUERE SIGNENT·
POST UALIDO NITENS SUB PONDERE, FAGINUS AXIS
INSTREPAT· ET IUNCTOS TEMO TRAHAT AEREUS ORBES·
INTEREA PUBI INDOMITAE, NON GRAMINA TANTUM·

NEC UESCAS SALICUM FRONDES, ULUAMQ· PALUSTRE·
SET FRUMENTA MANU CARPES SATA· NEC TIBI FETAE
MORE PATRUM NIUEA IMPLEBUNT MULCTARIA UACCAE·
SET TOTA IN DULCES CONSUMANT UBERA NATOS·
SIN AD BELLA MAGIS STUDIUM· TURMASQ· FEROCIS·
AUT ALPHEA ROTIS PRAELABI FLUMINA PISAE·
ET IOUIS IN LUCO CURRUS AGITARE UOLANTES·
PRIMUS EQUIS LABOR EST· ANIMOS ATQ· ARMA UIDERE
BELLANTUM· LITUOSQ· PATI· TRACTUQ· GEMENTEM
FERRE ROTAM· ET STABULO FRENOS AUDERE SONANTIS·
TUM MAGIS ATQ· MAGIS BLANDIS GAUDERE MAGISTRI
LAUDIB·. ET PLAUSA SONITUM CERUICIS AMARE·
ATQ· HAEC IAM PRIMO DEPULSUS AB UBERE MATRIS
AUDEAT· INQ· UICEM DET MOLLIBUS ORA CAPISTRIS·
INUALIDUS ETIAMQ· TREMENS ETIAM INSCIUS AEUI·
AT TRIB· EXACTIS, UBI QUARTA ACCESSERIT AETAS·
CARPERE MOX GYRUM INCIPIAT· GRADIBUSQ· SONARE
COMPOSITIS· SINUETQ· ALTERNA UOLUMINA CRURU·
SITQ· LABORANTI SIMILIS· TUM CURSIB· AURAS
TUM UOCET· AC PER APERTA UOLANS· CEU LIBER HABENIS
AEQUORA· UIX SUMMA UESTIGIA PONAT HARENA·
QUALIS HYPERBOREIS AQUILO CUM DENSUS AB ORIS
INCUBUIT· SCYTHIAEQ· HIEMES· ATQ· ARIDA DIFFERT
NUBILA· TUM SEGETES ALTAE· CAMPIQ· NATANTES·
LENIB· HORRESCUNT FLABRIS· SUMMAEQ· SONOREM
DANT SILUAE· LONGIQ· URGENT AD LITORA FLUCTUS·
ILLE UOLAT, SIMUL ARUA FUGA· SIMUL AEQUORA UERRENS·
HIC UEL· AD AELEI METAS· ET MAXIMA CAMPI
SUDABIT SPATIA· ET SPUMAS AGET ORE CRUENTAS·

BELLICA UEL MOLLI MELIUS FERET ESSEDA COLLO·
TUM DEMUM CRASS.·.·. AGNUM M FERRAGINE CORPUS
CRESCERE IAM DOMITIS SINITO· NAMQ· ANTE DOMANTU
INGENTIS TOLLENT ANIMOS· PRENSIQ· NEGABUNT
UERBERA LENTA PATI· ET DURIS PARERE LUPATIS·
SED NON ULLA MAGIS UIRES INDUSTRIA FIRMAT·
QUAM UENEREM. ET CAECI STIMULOS AUERTERE AMORIS.
SIUE BOUM. SIUE EST CUI GRATIOR USUS EQUORUM·
ATQ· IDEO TAUROS PROCUL· ATQ· IN SOLA RELEGANT
PASCUA· POST MONTEM OPPOSITUM· ET TRANS FLUMINA NATA.
AUT INTUS CLAUSOS, SATURA AD PRAESAEPIA SERUANT·
CARPIT ENIM UIRES PAULATIM· URITQ· UIDENDO·
FEMINA· NEC NEMORUM PATITUR MEMINISSE, NEC HERBAE·
DULCIB· ILLA QUIDEM INLECEBRIS· ET SAEPE SUPERBOS·
CORNIB· INTER SE SUBIGIT DECERNERE AMANTIS·
PASCITUR IN MAGNA SILUA FORMOSA IUUENCA·
ILLI ALTERNANTES, MULTA UI· PROELIA MISCENT
UULNERIB· CREBRIS· LAUIT ATER CORPORA SANGUIS·
UERSAQ· IN OBNIXOS, URGENTUR CORNUA UASTO
CUM GEMITU· RESONANT SILUAEQ· ET LONGIUS OLYMPU·
NEC MOS BELLANTIS UNA STABULARE· SET ALTER
UICTUS ABIT· LONGEQ· IGNOTIS EXULAT ORIS·
MULTA GEMENS, IGNOMINIAM, PLAGASQ· SUPERBI
UICTORIS· TUM QUOS AMISIT INULTUS AMORES·
ET STABUL·.·. ASPECTANS· REGNIS EXCESSIT AUITIS·
ERGO OMNI CURA, UIRES EXERCET· ET INTER
DURA IACET PERNIX INSTRATO SAXA CUBILI·
FRONDIBUS HIRSUTIS. ET CARICE PASTUS ACUTA·
ET TEMPTAT SESE· ATQ· IRASCI IN CORNUA DISCIT·

ARBORIS OBNIXUS TRUNCO. UENTOSQ; LACESSIT
ICTIBUS· ET ˢPARSA AD PUGNAM PROLUDIT HARENA·
AST UBI COLLECTUM ROBUR· UIRESQ; REFECTAE·
SIGNA MOUET PRAECEPSQ; OBLICUM FERTUR IN HOSTEM·
FLUCTUS UT IN ᴾᴿᴵᴹᴼ MEDIO COEPIT CUM ALBESCERE PONTO·
LONGIUS, EX ALTOQ; SINUM TRAHIT· UTQ; UOLUTUS
AD TERRAS· IMMANE SONAT PER SAXA· NEQ; IPSO
MONTE MINOR PROCUMBIT· AT IMA EXAESTUAT UNDA
UORTICIBUS. NIGRAMQ; ALTE SUBIECTAT HARENAM·
OMNE ADEO GENUS IN TERRIS. HOMINUMQ; FERARUMQ;·
ET GENUS AEQUOREUM· PECUDES PICTAEQ; UOLUCRES·
IN FURIAS IGNEMQ; RUUNT· AMOR OMNIB· IDEM·
TEMPORE NON ALIO, CATULORUM OBLITA LEAENA·
SAEUIOR ERRAUIT CAMPIS· NEC FUNERA UULGO
TAM MULTA INFORMES URSI· STRAGEMQ; DEDERE
PER SILUAS· TUM SAEUUS APER· TUM PESSIMA TIGRIS·
HEU MALE TUM LIBYAE SOLIS ERRATUR IN AGRIS·
NONNE UIDES, UT TOTA TREMOR PERTEMPTET EQUORUM
CORPORA· SI TANTUM NOTAS ODOR ATTULIT AURAS·
AC NEQUE EOS IAM FRENA UIRUM· NEQ; UERBERA SAEUA·
NON SCOPULI RUPESQ; CAUAE· ATQ; OBIECTA RETARDANT
FLUMINA· CORREPTOSQ; UNDA TORQUENTIA MONTES·
IPSE RUIT DENTESQ; SABELLICUS EXACUIT SUUS·
ET PEDE PRO SUBIGIT TERRAM· FRICAT ARBORE COSTAS·
ATQ; HINC· ATQ; ILLINC. UMEROS AD UULNERA DURAT·
QUID IUUENIS, MAGNUM CUI UERSAT IN OSSIB· IGNEM
DURUS AMOR· NEMPE ABRUPTIS TURBATA PROCELLIS·
NOCTE NATAT CAECA SERUS FRETA· QUEM SUPER INGENS
PORTA TONAT CAELI· ET SCOPULI INLISA RECLAMANT

PORTA TONAT CAELI· ET SCOPULI INLISA RECLAMANT
AEQUORA· NEC MISERI POSSUNT REUOCARE PARENTES·
NEC MORITURA SUPER CRUDELI FUNERE UIRGO·
QUID LYNCHES BACCHI UARIAE ET GENUS ACRE LUPORU~·
ATQ· CANUM· QUID QUAE INBELLES DANT PROELIA CERUI·
SCILICET ANTE OMNIS FUROR EST INSIGNIS EQUARU~·
ET MENTEM UENUS IPSA DEDIT· QUO TEMPORE GLAUCI
POTNIADES MALIS MEMBRA BSUMPSERE QUADRIGAE
ILLAS DUCIT AMOR TRANS GARGARA· TRANSQ· SONANTE~
ASCANIUM· SUPERANT MONTES ET FLUMINA TRANANT·
CONTINUOQ· AUIDIS UBI SUBDITA FLAMMA MEDULLIS·
UERE MAGIS· QUIA UERE CALOR REDIT OSSIB·. ILLAE
ORE OMNES UERSAE ZEPHYRUM STANT RUPIB· ALTIS·
EXPECTANTQ· LEUIS AURAS· ET SAEPE SINE ULLIS
CONIUGIIS, UENTO GRAUIDAE MIRABILE DICTU~
SAXA PER ET SCOPULOS· ET DEPRESSA CONUALLES
DIFFUGIUNT· NON EURE TUOS· NEQ· SOLIS AD ORTUS
IN BOREAN. CHAURUMQ. AUT UNDE NIGERRIMUS AUSTER
NASCITUR· ET PLUUIO CONTRISTAT FRIGORE CAELUM·
Ø HIC DEMUM HIPPOMANES QUOD SAEPE MALAE LEGER Ø
HIC DEMUM HIPPOMANES, UERO QUOD N∴MINE DICUN~
PASTORES LENTUM DESTILLAT AB INGUINE UIRUS·
HIPPOMANES, QUOD SAEPE MALAE LEGERE NOUERCAE·
MISCUERUNTQ· HERBAS, ET NON INNOXIA UERBA·
SET FUGIT INTEREA· FUGIT INREPARABILE TEMPUS·
SINGULA DUM CAPTI, CIRCUMUECTAMUR AMORE·
HOC SATIS ARMENTIS SUPERAT EST PARS ALTERA CURAE
LANIGEROS AGITARE GREGES, HIRTASQ· CAPELLAS·
HIC LABOR HINC LAUDEM FORTES SPERATE COLONI·

NEC SUM ANIMI DUBIUS· UERBIS EA UINCERE. MAGNUM
QUAM SIT· ET ANGUSTIS HUNC ADDERE REBUS HONORE·
SET ME' PARNASI DESERTA PER ARDUA· DULCIS
RAPTAT AMOR· IUUAT IRE IUGIS· QUA NULLA PRIORUM
CASTALIAM MOLLI DEUERTITUR ORBITA CLIUO·
NUNC UENERANDA PALES. MAGNO NUNC ORE SONANDŪ·
INCIPIENS. [S]TABULIS EDICO IN MOLLIB· HERBAM
CARPERE OUIS· DUM MOX FRONDOSA REDUCITUR AESTAS·
ET MULTA DURAM STIPUL[L]A·M FELICUMQ. MANIPLIS
STERNERE SUBTER HUMUM· G[L]ACIES NE FRIGIDA LAEDAT
MOLLE PECUS. SCABIEMQ. FERAT· TURPISQ. PODAGRAS·
POST HINC DIGRESSUS· IUBEO FRONDENTIA CAPRIS
ARBUTA SUFFICERE· ET FLUUIOS PRAEBERE RECENTES·
ET STABULA A UENTIS HIBERNO OPPONERE SOLI·
AD MEDIUM CONUERSA DIEM· CUM FRIGIDUS OLIM
IAM CADIT· EXTREMOQ. INRORAT AQUARIUS ANNO·
HAEC QUOQ. NON CURA NOBIS LEUIORE TUENDA·
NEC MINOR USUS ERIT· QUAMUIS MILESIA MAGNO
UELLERA MUTENTUR· TYRIOS INCOCTA RUBORES·
DENSIOR HINC SUBOLES, HINC LARGI COPIA LACTIS·
QUAM MAGIS EXHAUSTO SPUMAUERIT UBER[E]·: MULCTRA·
LAETA MAGIS PRESSIS MANABUNT FLUMINA MAMMIS·
NEC MINUS INTEREA, BARBAS INCANAQ. MENTA·
CINYPHI TONDENT HIRCI· SAETASQ. COMANTES·
USUM IN CASTRORUM. ET MISERIS UELAMINA NAUTIS·
λ PASCUNTUR UERO SILUAS. ET SUMMA LYCAEI·
C ATQ· IPSE IN[M]MEMORES REDEUNT IN TECTA· SUOSQ.
B HORRENTISQ. RUBOS. ET AMANTIS ARDUA DUMOS·
DUCUNT· ET GRAUIDO SUPERANT UIX UBERE LIMEN·

ERGO OMNIS STUDIO· GLACIEM, UENTOSQ· NIUALIS
QUO MINOR ST ILLIS CURA MORTALIS EGESTAS·
AUERTES· UICTUMQ· FERES· ET UIRGEA LAETUS
PABULA· NEC TOTA CLAUDIS FAENILLA BRUMA·
AT UERO ZEPHYRIS CUM LAETA UOCANTIB· AESTAS·
IN SALTUS UTRUMQ· GREGEM, ATQ· IN PASCUA MITTET·
LUCIFERI PRIMO CUM SIDERE, FRIGIDA RURA
CARPAMUS, DUM MANE NOUUM· DUM GRAMINA CANENT·
ET ROS IN TENERA PECORI GRATISSIMUS HERBA·
INDE UBI QUARTA SITIM CAELI COLLEGERIT ORA·
ET CANTU Q·RULE RUMPENT ARBUSTA CICADAE·
AD PUTEOS; AUT ALTA GREGES AD STAGNA IUBETO·
CURRENTEM ILIGNIS POTARE CANALIB· UNDAM·
AESTIB· AT MEDIIS. UMBROSAM EXQUIRERE UALLE·
SIC UBI MAGNA IOUIS ANTIQUO ROBORE QUERCUS·
INGENTIS TENDAT RAMOS· APUT SICUBIKE NIGRUM
ILICIB· GRISSUS, SACRA NEMUS ACCUBET UMBRA·
TUM TENUIS DARE RUSUS AQUAS· ET PASCERE RURSUS
SOLIS AD OCCASUM· CUM FRIGIDUS AERA UESPER
TEMPERAT· ET SALTUS REFICIT IAM ROSCIDA LUNA·
LITORAQ· ALCYONEN RESONANT· ACALANTHIDA DUMI·
QUID TIBI PASTORES LIBYAE. QUID PASCUA UERSU
PROSEQUAR· ET RARIS HABITATA MAPALIA TECTIS·
SAEPE DIEM, NOCTEMQ·. ET TOTUM EX ORDINE MENSE·
PASCITUR· ITQ· PECUS LONGA IN DESERTA· SINE ULLIS
HOSPITIIS· TANTUM CAMPI IACET· OMNIA SECUM
ARMENTARIUS AFER AGIT· ET TECTUMQ· LAREMQ·
ARMAQ·. AMYCLIXEUMQ· CANEM· CRESSAMQ· PHARETRA·
NON SECUS, AC PATRIIS ACER ROMANUS IN ARMIS·

INIUSTO SUB FASCE UIAM CUM CARPIT· ET HOSTEM[I]
ANTE EXPECTATUM POSITI[S] STAT IN AGMINE CASTRIS·
AT NON QUAS SCYTHIAE GENTES· MAEOTIAQUE UNDA·
TURBIDUS ET TORQUENS FLAUENTIS HISTER HARENAS·
QUAQ· REDIT MEDIUM RHODOPE PORRECTA SUB AXEM·
ILLIC CLAUSA TENENT STABULIS ARMENTA· NEQ· ULLAE
AUT HERBAE CAMPO APPARENT· AUT ARBORE FRONDES·
SET IACET AGGERIBUS NIUEIS INFORMIS· ET ALTO
TERRA GELU LATE· SEPTEMQ· ADSURGIT IN ULNAS·
SEMPER HIEMPS, SEMPER SPIRANTES FRIGORA CHAURI·
TUM SOL PALLENTES HAUT UMQUAM DISCUTIT UMBRAS·
NEC CUM INUECTUS EQUIS ALTUM PETIT AETHERA· NEC CŪ
PRAECIPITEM OCEANI RUBRO LAUIT[A] AEQUORE CURRUM·
CONCRESCUNT SUBITAE CURRENTI IN FLUMINE CRUSTAE·
UNDAQ· IAM TERGO FERATOS[R] SUSTINET ORBES·
PUPPIBUS ILLA PRIUS PATULIS. NUNC HOSPITA PLAUSTRIS·
AERAQ· DISSILIUNT UULGO. UESTESQ· RIGESCUNT
INDUTAE· CAEDUNTQ· SECURIB· UMIDA UINA·
ET SOTAE[T] SOLIDAM IN GLACIEM UERTERE LACUNAE·
STIRIAQ· INPEXIS INDURUIT HORRIDA BARBIS·
INTEREA TOTO NON SAETIUS AERE NINGUIT·
INTEREUNT PECUDES· STANT CIRCUMFUSA PRUINIS
CORPORA MAGNA BOUM· CONFERTOQ· AGMINE CERUI
TORPENT MOLEX NOUA· [ET] SUMMIS UIX CORNIB· EXTANT·
HOS NON INMISSIS CANIBUS, NON CASSIBUS ULLIS·
PUNICEAEUE AGITANT PAUIDOS FORMIDINE PENNAE·
SET FRUSTRA OPPOSITUM TRUDENTES PECTORE MONTĒ·
COMMINUS OBTRUNCANT FERRO· GRAUITERQ· RUDENTES
CAEDUNT· ET MAGNO LAETI CLAMORE REPORTANT·

IPSI IN DEFOSSIS SPECUBUS· SECURA SUB ALTA
OTIA AGUNT TERRA· CONGESTAQ· ROBORA· TOTASQ·
ADUOLUERE FOCIS ULMOS, IGNIQ· DEDERE ·
HIC NOCTEM LUDO DUCUNT· ET POCULA LAETI·
FERMENT[O] ATQ· ACIDIS IMITANTUR UITEA SORBIS·
TALIS [H]YPERBOREO SEPTEM SUBIECTA TI[R]KONI·
GENS EFFRENA UIRUM· RIP[H]AEO TUNDITUR EURO·
ET PECUDUM FLUUIS UELANTUR CORPORA SAETIS·
SI TIBI LANITIUM CURAE, PRIMUM ASPERA SILUA·
LAPPAEQ· TRIBOLIQ· ABSINT· FUGE PABULA LAETA·
CONTINUOQ· GREGES UILLIS LEGE MOLLIB· ALBOS·
ILLUM AUTEM, QUAMUIS ARIES SIT CANDIDUS IPSE·
NIGRA SUBEST UDO TANTUM CUI LINGUA PALATO
REICE· NE MACULIS INFUSCET UELLERA PULLIS
NASCUNTUR· [E M] PLENOQ· ALIUM CIRCUMSPICE CAMPO·
MUNERE SIC NIUEO LANAE, SI CREDERE DIGNUM EST·
PAN DAEUS ARCADIAE, CAPTAM TE LUNA FEFELLIT·
IN NEMORA ALTA UOCANS· NEC TU ASPERNATA UOCANTE~
AT CUI LACTIS AMOR, CYTISUM· LOTOSQ· FREQUENTIS
IPSE MANU SALSASQ· FERAT PRAESEPIB· HERBAS·
HINC ET AMANT FLUUIOS MAGIS· ET MAGIS UBERA TENDUN~·
ET SALIS OCCULTUM REFERUNT IN LACTE SAPOREM·
MULTI IAM EXCRETOS PROHIBENT A MATRIB· HAEDOS·
PRIMAQ· FERRATIS PRAEFIGUNT ORA CAPISTRIS·
QUOD SURGENTE DIE MULSERE, HORISQ· DIURNIS·
NOCTE PREMUNT· QUOD IAM TENEBRIS ET SOLE CADEN~E
SUB LUCEM EXPORTANT CALATHIS· ADIT OPPIDA PASTOR·
AUT PARCOS SALE CONTINGUNT, HIEMIQ· REPONUN~·
NEC TIBI CURA CANUM, POSTREMA· SET UNA FUERIT [FUERIT]

UELOCIS SPARTAE CATULOS· ACREMQ; MOLOSSUM·
PASCE SERO PINGUI· NUMQUAM CUSTODIB· ILLIS
NOCTURNUM STABULIS FUREM· INCURSUSQ; LUPORU̅
AUT INDIGNATOS A TERGO HORREBIS HIBEROS·
SAEPE ETIAM CURSU TIMIDOS AGITABIS ONAGROS·
ET CANIBUS LEPOREM· CANIB· UENABERE DAMMAS·
SAEPE UOLUTABRIS PULSOS SILUESTRIBUS APROS·
LATRATU TURBABIS AGROS· MONTISQ; PER ALTOS·
INGENTEM CLAMORE PREMES AD RETIA CERUUM·
DISCE ET ODORATAM STABULIS ACCENDERE CAEDRUM·
GALBANEOSQ; AGITARE GRAUIS NIDORE CHELYDROS·
SAEPE SUB IMMOTIS PRAESEPIBUS, AUT MALA TACTU
UIPERA DELITUIT· CAELUMQ; EXTERRITA FUGIT
AUT TECTO ADSUETUS COLUBER SUCCEDERE ET UMBRAE·
PESTIS ACERUA BOUUM· PECORIQ; ADSPERGERE UIRUS·
FOUIT HUMUM· CAPE SAXA MANU· CAPE ROBORA PASTOR
TOLLENTEMQ; MINAS, ET SIBILA COLLA TUMENTEM
DEICE· IAMQ; FUGA TIMIDUM CAPUT ABDIDIT ALTE·
CUM MEDII NEXUS EXTREMAEQ; AGMINA CAUDAE
SOLUUNTUR TARDOSQ; TRAHUNT SINUS ULTIMUS ORBIS·
EST ETIAM ILLE MALUS CALABRIS IN SALTIB· ANGUIS·
SQUAMEA CONUOLUENS SUBLATO PECTORE TERGA·
ATQ; NOTIS LONGAM MACULOSUS GRANDIB· ALUUM·
QUI DUM AMNES ULLI RUMPUNTUR FONTIB·, ET DUM
UERE MADENT UDO TERRAE· AC PLUUIALIB· AUSTRIS·
STAGNA COLIT· RIPISQ; HABITANS, HIC PISCIB· ATRAM
IMPROBUS INGLUUIEM· RANISQ; LOQUACIB· EXPLET·
POSTQUAM EXUSTA PALUS TERRAEQ; ARDORE DEHISCUNT·
EXTULIT IN SICCUM, ET FLAMMANTIA LUMINA TORQUENS

SAEUIT· AGRIS ASPERQ· SIXUS· ATQ· EXTERRITUS AESTU·
NEC MIHI TUM MOLLES SUB DIUO CARPERE SOMNOS·
NEU DORSO NEMORIS LIBEAT IACUISSE PER HERBAS·
CUM POSITIS NOUUS EXUUIIS NITIDUSQ· IUUENTA
UOLUITUR· AUT CATULOS TECTIS· AUT OUA RELINQUENS·
ARDUUS AD SOLEM· ET LINGUIS MICAT ORE TRISULCIS·
MORBORUM QUOQ· TE CAUSAS· ET SIGNA DOCEBO·
TURPIS OUIS TEMPTAT SCABIES· UBI FRIGIDUS IMBER·
ALTIUS AD UIUUM PERSEDIT· ET HORRIDA CANO
BRUMA GELU· UEL CUM TONSIS INLOTUS ADHAESIT
SUDOR· ET HIRSUTIS SECUERUNT CORPORA UEPRES·
DULCIBUS IDCIRCO FLUUIIS· PECUS OMNE MAGISTRI
PERFUNDUNT· UDISQ· ARIES IN GURGITE UILLIS
MERSATUR· MISSUSQ· SECUNDO DEFLUIT AMNI·
AUT TONSUM TRISTI CONTINGUNT CORPUS AMURGA·
ET SPUMAS MISCENT ARGENTI· ET SULPURA UIUA·
IDEASQ· PICES· ET PINGUIS UNGUINE CERAS·
SCYLLAMQ·. ELLEBOROSQ· GRAUIS· NIGRUMQ· BITUME·
NON TAMEN ULLA MAGIS PRAESENS FORTUNA LABORUM EST·
QUAM SI QUIS FERRO POTUIT RESCINDERE SUMMUM
ULCERIS OS· ALITUR UITIUM· UIUITQ· TEGENDO·
DUM MEDICAS ADHIBERE MANUS AD UULNERA PASTOR
ABNEGAT· AUT MELIORA DEO SEDET OMNIA POSCENS·
QUIN ETIAM IMA DOLOR BALANTUM LABSUS AD OSSA
CUM FURIT· ATQ· ARTUS DEPASCITUR ARIDA FEBRIS·
PROFUIT INCENSOS AESTUS AUERTERE· ET INTER
IMA FERIRE PEDIS· SALENTEM SANGUINE UENAM·
BISALTAE QUO MORE SOLENT· ACERQ· GELONUS·
CUM FUGIT IN RHODOPEN AUT IN DESERTA GETARU·

ET LAC CONCRETUM CUM SANGUINE POTAT EQUINO·
QUAM PROCUL AUT MOLLI SUCCEDERE SAEPIUS UMBRAE
UIDERIS. ET SUMMAS CARPENTES IGNAUIUS HERBAS·
EXTREMAMQ· SEQUI· AUT MEDIO PROCUMBERE CAMPO
PASCENTEM· ET SERAE SOLAM DECEDERE NOCTI·
CONTINUO CULPAM FERO COMPESCE· PRIUS QUAM
DIRA PER INCAUTUM SERPANT CONTAGIA UULGUS·
NON TAM CREBER AGENS HIEMEM RUIT AEQUORE TURBO·
QUAM MULTAE PECUDUM PESTES· NEC SINGULA MORBI
CORPORA CORRIPIUNT· SET TOTA AESTIUA REPENTE·
SPEMQ· GREGEMQ· SIMUL· CUNCTAMQ· AB ORIGINE GENTE·
TUNC SCIAT. AERIAS ALPES ET NORICA SI QUIS
CASTELLA IN TUMULIS· ET LAPYDIS ARUA TIMAUI
NUNC QUOQ· POST TANTO UIDEAT· DESERTAQ· REGNA
PASTORUM· ET LONGE SALTUS LATAEQ· UACANTIS·
HIC QUONDAM MORBO CAELI· MISERANDA COHORTA EST
TEMPESTAS· TOTOQ· AUTUMNI INCANDUIT AESTU·
ET GENUS OMNE NECI PECUDUM DEDIT· OMNE FERARU·
CORRUPITQ· LACUS· INFECIT PABULA TABO·
NEC UIA MORTIS ERAT SIMPLEX· SET UBI LIGNEA UENIS
OMNIB· ACTA SITIS· MISEROS ADDUXERAT ARTUS·
RURSUS ABUNDABAT FLUUIDUS LIQUOR· OMNIAQ· IN SE
OSSA MINUTATIM MORBO CONLABSA TRAHEBAT·
SAEPE IN HONORE DEUM· MEDIO STANS HOSTIA AD ARA·
LANEA DUM NIUEO CIRCUMDATUR INFULA UITTA·
INTER CUNCTANTIS CAECIDIT MORIBUNDA MINISTROS·
AUT SIQUAM FERRO MACTAUERAT ANTE SACERDOS·
INDE NEC IMPOSITIS ARDENT ALTARIA FIBRIS·
NEC RESPONSA POTEST CONSULTUS REDDERE UATES·

AC UIX SUPPOSITI TINGUNTUR SANGUINE CULTRI·
SUMMAQ· IEIUNA SANIE INFUSCATUR HARENA·
HINC LAETIS UITULI UULGO MORIUNTUR IN HERBIS·
ET DULCIS ANIMA[S] PLENA AD PRAESEPIA REDDUNT·
HINC CANIBUS BLANDIS RABIES UENIT· ET QUATIT AEGROS
TUSIS ANE[H]LA SUES· AC FAUCIB· ANGIT OBESSIS·
LABITUR INFELIX, STUDIORUM ATQ· IMMEMOR HERBAE
UICTOR EQUS· FONTESQ· AUERTITUR· ET PEDE TERRAM
CREBRA FERIT· DEMISSAE AURES· INCERTUS IBIDEM
SUDOR· ET ILLE QUIDEM MORITURI[S] FRIGIDUS· ARET
PELLIS· ET AD TACTUM TRACTA[R]NDI DURA RESISTIT·
HAEC ANTE EXITIUM PRIMIS DANT SIGNA DIEBUS·
SIN IN PROCESSU COEPIT CRUDESCERE MORBUS
TUM UERO ARDENTES OCULI· ATQ· ATTRACTUS AB ALTO
SPIRITUS· INTERDUM GEMITU GRAUIS· ĀLTAQ· LONGO ĪMAQ·
ILIA SINGULTU TENDUNT· IT NARIB· ATER
SANGUIS· ET OBSESSAS FAUCES PREMIT ASPERA LINGUA
PROFUIT INSERTO LATICES INFUNDERE CORNU
LENAEOS· A[E]E UISA SALUS MORIENTIB· UNA·
MOX ERAT HOC IPSUM EXITIO. FURIISQ· REFECTI
ARDEBANT· IPSIQ· SUOS IAM MORTE SUB AEGRA·
DI MELIO..RA PIIS· ERROREMQ· HOSTIB· ILLUM·
DISCISSOS [N]UDIS LANIABANT DENTIB· ARTUS·
ECCE AUTEM DURO FUMANS SUB MO[U M]UERE TAURUS
CONCIDIT· ET MIXTUM SPUMIS UOMIT ORE CRUORE·
EXTREMOSQ· CIET GEMITUS· ET TRISTIS ARATOR·
MAERENTEM ABIUNGENS FRATERNA MO[R]NTE IUUENCU·
ATQ· OPERE IN MEDIO, DEFIXA RELINQUIT ARATRA·
AN [ON] UMBRAE ALTORUM NEMORUM, NON MOLLIA POSSUNT

PRATA MOUERE ANIMUM· NON QUI PER SAXA UOLUTUS·
PURIOR ELECTRO CAMPUM PETIT AMNIS· AT IMA
SOLUUNTUR LATERA· ATQ· OCULOS STUPOR URGET INERTES.
AD TERRAMQ· FLUIT DEUEXO PONDERE CERUIX·
QUID LABOR AUT BENEFACTA IUUANT' QUID UOMERE TERRAS
INUERTISSE GRAUES· ATQUI NON MASSICA BACCHI
MUNERA· NON ILLIS EPULAE NOCUERE REPOSTAE·
FRONDIB· ET UICTU PASCUNTUR SIMPLICIS HERBAE·
POCULA SUNT FONTES LIQUIDI· ATQ· EXERCITA CURSU
FLUMINA· NEC SOMNOS ABRUMPIT CURA SALUBRES·
TEMPORE NON ALIO DICUNT REGIONIB· ILLIS·
QUAESITAS AD SACRA BOUES IUNONIS, ET URIS
INPARIBUS. DUCTOS ALTA AD DONARIA CURRUS'
ERGO AEGRE RASTRIS TERRAM RIMANTUR· ET IPSIS
UNGUIB· INFODIUNT FRUGES· MONTESQ· PER ALTOS
CONTENTA CERUICE TRAHUNT STRIDENTIA PLAUSTRA·
NON LUPUS INSIDIAS EXPLORAT OUILIA CIRCUM·
NEC GREGIB· NOCTURNUS OBAMBULAT· ACRIOR ILLŨ
CURA DOMAT· TIMIDI DAMMAE, CERUIQ· FUGACES
NUNC INTERQ· CANES· ET CIRCUM TECTA UAGANTUR
IAM MARIS IMMENSI PROLEM· ET GENUS OMNE NATANTŨ·
LITORE IN EXTREMO, CEU NAUFRAGA CORPORA FLUCTUS
PROLUIT· INSOLITAE FUGIUNT IN FLUMINA PHOCAE·
INTERIT ET CURUIS FRUSTRA DEFENSA LATEBRIS
UIPERA· ET ATTONITI SQUAMIS ADSTANTIB· HYDRI·
IPSIS EST AER AUIBUS NON AEQUUS· ET ILLE
PRAECIPITES ALTA UITAM SUB NUBE RELINQUNT·
PRAETEREA IAM NEC MUTARI PABULA REFERT·
QUAESITAEQ· NOCENT ARTES· CESSERE MAGISTRI·

PHILLYRIDES· CHIRON· AMYTHAONIUSQ· MELAMPUS·
SAEUIT· ET IN LUCEM STYGIIS EMISSA TENEBRIS·
PALLIDA TISIPHONE MORBOS AGIT ANTE METUMQ·
INQ· DIES AUIDUM SURGENS CAPUT ALTIUS EFFERT·
BALATU PECORUM, ET CREBRIS MUGITIB· AMNES·
ARENTESQ· SONANT RIPAE· COLLESQ· SUPINI·
IAMQ· CATERUATIM DAT STRAGEM· ATQ· AGGERAT IPSIS
IN STABULIS· TURPI DILAPSA CADAUERA TABO·
DONEC HUMO TEGERE· AC FOUEIS ABSCONDERE DISCUNT·
NAM NEQ· ERAT CORIIS USUS· NEC UISCERA QUISQUĀ·
AUT UNDIS ABOLERE POTEST· AUT UINCERE FLAMMA·
NEC TONDERE QUIDEM· MORBO INLUUIQ· PERESA
UELLERA NEC TELAS POSSUNT ATTINGERE PUTRES·
UERUM ETIAM INUISOS, SI QUIS TEMPTARET AMICTUS·
ARDENTES PAPULAE· ATQ· IMMUNDUS OLENTIA SUDOR
MEMBRA SEQUEBATUR· NEC LONGO DEINDE MORANTI
TEMPORE· CONTACTOS ARTUS, SACER IGNIS EDEBAT·

P̄ UERGILI MARONIS

GEORGICON LĪB· III EXPLICIT

INCIPIT· LĪB· IIII FELICITER

PROTINUS AERII MELLIS CAELESTIA DONA
EXEQUAR HANC ETIAM MICENAS ASPICE PARTEM
ADMIRANDA TIBI LEUIUM SPECTACULA RERUM
MAGNANIMOSQ: DUCES, TOTIUSQ: EX ORDINE GENTIS.
MIXTORES, ET STUDIA· ET POPULOS· ET PROELIA DICAM·
IN TENUI LABOR· AT TENUIS NON GLORIA· SIQUEM
NUMINA LAEUA SINUNT· AUDITQ· UOCATUS APOLLO·
PRINCIPIO. SEDES APIBUS STATIOQ: PETENDA·
QUO NEQ· SIT UENTIS ADITUS· NAM PABULA UENTI
FERRE DOMUM PROHIBENT, NEQ OUES HAEDIQ: PETULCI
FLORIB· INSULTENT· AUT ERRANS BUCULA CAMPO
DECUTIAT ROREM. ET SURGENTIS ATTERAT HERBAS·
ABSINT ET PICTI SQUALENTIA TERGA LACERTI.
PINGUIBUS A STABULIS· MEROPESQ: ALIAEQ: UOLUCRES·
ET MANIB· PROCNE PECTUS SIGNATA CRUENTIS·
OMNIA NAM LATE UASTANT· IPSASQ· UOLANTIS
ORE FERUNT· DULCEM NIDIS INMITIB· ESCAM·
ALIQUIDI FONTES, ET STAGNA UIRENTIA MUSCO.
ADSINT· ET TENUIS FUGIENS PER GRAMINA RIUOS·
PALMAQ· UESTIBULUM· AUT INGENS OLEASTER INUMBRET·
UT CUM PRIMA NOUI DUCENT EXAMINA REGES·
UERE SUO. LUDETQ: FAUIS MESSA IUUENTUS
UICINA INUITET· DECEDERE RIPA CALORI·
OBUIAQ· HOSPITIIS TENEAT FRONDENTIB· ARBOS·
IN MEDIUM· SEU STABIT INERS. SEU PROFLUET· UMOR·
TRANSUERSAS SALICES· ET GRANDIA CONICE SAXA·
PONTIB· UT CREBRIS POSSINT CONSISTERE· ET ALAS
PANDERE AD AESTIUUM SOLEM· SI FORTE MORANTIS
SPARSERIT· AUT PRAECEPS NEPTUNO INMERSERIT EURUS·

HAEC CIRCUM, CASIAE UIRIDES· ET OLENTIA LATAE
SERPULLA· ET GRAUITER SPIRANTIS COPIA THYMBRAE
FLOREAT· INRIGUUMQ· BIBANT UIOLARIA FONTEM·
IPSA AUTEM, SEU CORTICIB· TIBI SUTA CAUATIS·
SEU UENTO FUERINT ALUARIA UIMINE TEXTA·
ANGUSTOS HABEANT ADITOS· NAM FRIGORE MELLA
COGIT HIEMPS· EADEMQ· CALOR LIQUEFACTA REMITTIT·
UTRAQ· UIS APIBUS PARITER METUENDA· NEQ· ILLE
NEQUICQUAM IN TECTIS. CERTATIM TENUIA CERA
SPIRAMENTA LINUNT· FUCOQ· ET FLORIB· ORAS
EXPLENT· COLLECTUMQ· HAEC IPSA AD MUNERA GLUTE·
ET UISCO ET PHRYGIAE SERUANT PICE LENTIUS IDAE·
SAEPE ETIAM EFFOSSIS, SI UERA EST FAMA LATEBRIS·
SUB TERRA FODFERE LAREM· PIXENITUSQ· REPERTAE·
PUMICIBUSQ· CAUIS· EXEAEQ· ARBORIS ANTRO·
TU TAMEN. ET LEUI RIMOSA CUBILIA RIMO
UNGUE FOUENS CIRCUM· ET RARAS SUPERINICE FRONDES
NEU PROPIUS TECTIS TAXUM SINE· NEUE RUBENTIS
URE FOCO CANCROS· ALTE NEU CREDE PALUDI
AUT UBI ODOR CAENI GRAUIS· AUT UBI CONCHAUA PULSI
SAXA SONANT· UOCISQ· OFFENSA RESULTAT IMAGO·
QUOD SUPEREST, UBI PULSAM HIEMEM· SOL AUREUS EGIT
SUB TERRA· CAELUMQ· AESTIUA LUCE RECLUSIT
ILLAE CONTINUO SALTUS SILUASQ· PERAGRANT·
PURPUREOSQ· METUNT FLORES· ET FLUMINA LIBANT
SUMMA LEUES· HINC NESCIO QUA DULCEDINE LAETAE·
PROGENIEM NIDOSQ· FOUENT· HINC ARTE RECENTES
EXCUDUNT CERAS· ET MELLA TENACIA FINGUNT·
HINC UBI IAM EMISSUM CAUEIS AD SIDERA CAELI·

NARE PER AESTATEM LIQUIDAM SUSPEXERIS AGMEN·
OBSCURAMQ· TRAHI UENTO MIRABERE NUBEM·
CONTEMPLATOR AQUAS DULCES, ET FRONDEA SEMPER
TECTA PETUNT· TŪ HŪC IUSSOS ASPERGE SAPORES·
TRITA MELLISPHYLLA· ET CERINTHAE IGNOBILE GRAMEN·
TINNITUSQ· CIE· ET MATRIS QUATE CYMBALA CIRCUM·
IPSE CONSIDENT MEDICANTIS SEDIB· IPSAE
INTIMA MORE SUO, SESE IN CUNABULA CONDENT·
SIN AUTEM AD PUGNAM EXIERINT· NAM SAEPE DUOB'.
REGIB· INCESSIT MAGNO DISCORDIA MOTU·
CONTINUOQ· ANIMOS UULGI ET TREPIDANTIA BELLO
CORDA· LICET LONGE PRAESCISCERE· NAMQ· MORANTIS
MARTIUS ILLE AERIS RAUCI CANOR INCREPAT· ET UOX
AUDITUR· FRACTOS SONITUS IMITATA TUBARUM·
TUM TREPIDAE INTER SE COEUNT· PINNISQ· CORUSCAN̄T·
SPICULAQ· EXACUUNT ROSTRIS· APTANTQ· LACERTOS·
ET CIRCA REGEM· ATQ· IPSA AD PRAETORIA DENSAE
MISCENTUR· MAGNISQ· UOCANT CLAMORIB· HOSTĒ
ERGO UBI UER NACTAE SUDUM· CAMPOSQ· PATENTIS
ERUMPUNT PORTIS· CONCURRITUR AETHERE IN ALTO·
FIT SONITUS· MAGNŌ MIXTAE GLOMERANTUR IN ORBĒ·
PRAECIPITESQ· CADUNT· NON DENSIOR AERE GRANDO·
NEC DE CONCUSSA· TANTUM PLUIT ILICE GLANDIS·
IPSI PER MEDIAS ACIES, INSIGNIB· ALIS·
INGENTIS ANIMOS· ANGUSTO IN PECTORE UERSANT·
USQUEADEO OBNIXI NON CEDERE· DUM GRAUIS AUT HOS·
AUT HOS UERSA FUGA, UICTOR DARE TERGA SUBEGIT·
HI MOTUS ANIMORUM· ATQ· HAEC CERTAMINA TAN̄TŪ
PULUERIS EXIGUI IACTU COMPRESSA QUIESCUNT

UERUM UBI DUCTORES ACIE REUOCAUERIS AMBO·
DETERIOR QUI UISUS. EUM NE PRODIGUS OBSIET
DEDE NECI· MELIOR UACUA SINE REGNET IN AULA·
ALTER ERIT. MACULIS AURO SQUALENTIB· ARDENS·
NAM DUO SUNT GENERA. HIC MELIOR Q· INSIGNIS ET ORE·
ET RUTILIS CLARUS SQUAMIS· ILLE HORRIDUS ALTER
DESIDIA· LATAMQ· TRAHENS INGLORIUS ALUUM·
UT BINAE REGUM FACIES, ITA CORPORA PLEBIS·
NAMQ· ALIAE TURPIS HORRENT· CEU PULUERE AB ALTO
CUM UENIT· ET SICCO TERRAM SPUIT ORE UIATOR
ARIDUS· ELUCENT ALIAE, ET FULGORE CORUSCANT·
ARDENTES AURO· ET PARIB· LITA CORPORA GUTTIS·
HAEC POTIOR SUBOLES, HINC CAELI TEMPORE CERTO
DULCIA MELLA PRAEMENS· NEC TANTUM DULCIA· QUANTŪ
ET LIQUIDA· ET DURUM BACCHI DOMITURA SAPOREM·
AT CUM INCERTA UOLANT· CAELOQ· EXAØMINA LUDUN̄·
CONTEMNUNTQ· FAUOS· ET FRIGIDA TECTA RELINCUN̄·
INSTABILIS ANIMOS LUDO PROHIBEBIS INANI·
NEC MAGNUS PROHIBERE LABOR· TU REGIB· ALAS
ERIPE· NON ILLIS QUISQUAM CUNCTANTIB· ALTUM
IRE ITER· AUT CASTRIS AUDEBIT UELLERE SIGNA·
INUITENT CROCEIS HALANTES FLORIB· HORTI·
ET CUSTOS FRUGUM, ATQ· AUIUM· CUM FALCE SALIGNA
HELLESPONTIACI SERUET TUTELA PRIAPI·
IPSE· THYMUM· PINOSQ· FERENS DE MONTIB· ALTIS·
TECTA SERAT LATE CIRCUM· CUI TALIA CURAE·
IPSE LABORE MANIMUM DURO TERAT· IPSE FERACIS
FIGAT HUMO PLANTAS· ET AMICOS IRRIGET IMBRIS·
ATQ· EQUIDEM EXTRAMO · NI IM SUB FINE LABORUM

UELA TRAHAM· ET TERRIS FESTINEM ADUERTERE PRORA·
FORSITAN ET PINGUIS HORTOS· QUAE CURA COLENDI
ORNAREM [T] CANEREM· BIFERIQ: ROSARIA [PE] BASTI··
QUOQ: MODO POTIS GAUDERENT INTIBA RIUIS·
ET UIRIDIS APIO RIPAE TORTUSQ: PER HERBAM
CRESCERET IN UENTREM CUCUMIS· NEC SERA COMANĒ
NARCISSUM· AUT FLEXI [A] TCXUISSEM UIMEN ACANTHI·
PALLENTISQ: HEDERAS· ET AMANTIS LITORA MYRTOS·
NAMQ: SUB OEBALIAE MEMINI ME TURRIB· A[L]RTIS
QUA NIGER UMECTAT FLAUENTIA CULTA GALAESUS
CORYCIUM UIDISSE SENEM· CUI PAUCA RELICTI
IUGERA IURIS ERANT· NEC FERTILIS ILLA IUUENCIS·
NEC PECORI OPPORTUNA SEGES· NEC COMMODA BACCHO·
HIC RARUM TAMEN IN DUMIS HOLUS, ALBAQ: CIRCUM
LILIA· UERBENASQ: PREMENS· UESCUMQ: PAPAUER·
REGUM AEQUABAT OPES ANIMIS· SERAQ: REUERTENS
NOCTE DOMUM· DAPIB· MENSAS ONERABAT INERTIS·
PRIMUS UERE ROSAM. ATQ: AUTUMNO CARPERE POMA·
ET CUM TRISTIS HIEMPS, ETIAM NUM FRIGORE SAXA
RUMPERET· ET GLACIE CURSUS FRENARET AQUARUM
ACHANTI· ILLE COMAM MOLLIS· IAM TONDEBAT HYACINTHI·
AESTATEM INCREPITANS SERAM· ZEPHYROSQ MORANTES·
ERGO APIB· FETIS IDEM· ATQ· EXAMINE MULTO
PRIMUS ABUNDARE ET SPUMANTIA COGERE PRESSIS
MELLA FAUIS· ILLI TILIA ATQ: UBERRIMA PINUS·
QUOTQ: IN FLORE NOUO POMIS SE FERTILIS ARBOS
INDUERAT TOTIDEM AUTUMNO MATURE [A] TENEBAT·
ILLE ETIAM SERAS INUERSUM DISTULIT ULMOS·
EDURAMQ: PI[R]NUM, ET SPINOS IAM PRUNA FERENTIS·

IAMQ· MINISTRANTEM PLATANUM POTANTIB· UMBRAS·
UERUM HAEC IPSEEQUIDEM SPATIIS EXCLUSUS INIQUIS·
PRAETEREO· ATQ· ALIIS POST MEMORANDA RELINQUO·
NUNC AGE NATURAS APIB· QUAS IUPPITER IPSE
ADDIDIT EXPEDIAM· PRO QUA MERCEDE CANOROS
CURETUM SONITUS· CREPITANTIAQ· AERA SECUTAE·
DICTAEO CAELI REGEM PAUERE SUB ANTRO·
SOLAE COMMUNES NATOS CONSORTIA TECTA
URBIS HABENT· MAGNISQ· AGITANT SUB LEGIB· AEUU~
ET PATRIAM SOLAE· ET CERTOS NOUERE PENATES·
UENTURAEQ· HIEMES MEMORES· AESTATE LABOREM
EXPERIUNTUR· ET IN MEDIUM QUAESITA REPONUNT·
NAMQ· ALIAE UICTU INUIGILANT· ET FOEDERE PACTO
EXERCENTUR AGRIS· PARS INTRA SAEPTA DOMORUM·
NARCISSI LACRIMAM· ET LENTUM DE CORTICE GLUTE~
PRIMA FAUIS PONUNT FUNDAMINA· DEINDE TENACES
SUSPENDUNT CERAS· ALIAE SPEM GENTIS ADULTOS
EDUCUNT FETUS· ALIAE DURISSIMA MELLA
STIPANT· ET LIQUIDO DISTENDUNT NECTARE CELLAS·
SUNT QUIB· AD PORTAS CAECIDIT CUSTODIA SORTI·
INQ· UICEM SPECULANTUR AQUAS· ET NUBILA CAELI·
AUT ONERA ACCIPIUNT UENIENTUM· AUT AGMINE FACTO·
IGNAUUM FUCOS PECUS A PRAESEPIB· ARCENT·
FERUET OPUS· REDOLENTQ· THYMO FRAGLANTIA MELLA·
AC UELUTI LENTIS CYCLOPES FULMINA MASSIS
CUM PROPERANT· ALII TAURINIS FOLLIB· AURAS
ACCIPIUNT· REDDUNTQ· ALII STRIDENTIA TINGUNT
AERA LACU· GEMIT INPOSITIS INCUDIB· AETNA·
ILLI INTER SESE· MAGNA UI· BRACCHIA TOLLUNT

IN NUMERUM· UERSANTQ· TENACI FORCIPE FERRUM·
NON ALITER, SI PARUA LICET COMPONERE MAGNIS·
CECROPIAS INNATUS APES, AMOR URGET HABENDI·
MUNERE QUAMQ· SUO· GRANDEUIS OPPIDA CURAE·
ET MUNIRE FAUOS· ET DAEDALA FINGERE TECTA·
AT FESSAE, MULTA REFERUNT SE NOCTE MINORES·
CRURA THYMO PLENAE· PASCUNTUR ET ARBUTA PASSIM·
ET GLAUCAS SALICES· CASIAMQ· CROCUMQ· RUBENTEM·
ET PINGUEM TILIAM ET FERRUGINEOS HYACINTHOS·
OMNIB·Q· UNA QUIES OPERUM· LABOR OMNIB· UNUS·
MANE RUUNT PORTIS· NUSQUAM MORA· RURSUS EASDEM·
UESPER UBI E PASTU TANDEM DECEDERE CAMPIS
ADMONUIT· TUM TECTA PETUNT· TUM CORPORA CURANT·
FIT SONITUS, MUSSANTQ· ORAS ET LIMINA CIRCUM·
POST UBI IAM THALAMIS SE COMPOSUERE, SILETUR
IN NOCTEM· FESSOSQ· SOPOR SUUS OCCUPAT ARTUS·
NEC UERO A STABULIS PLUUIA INPENDENTE RECEDUNT
LONGIUS, AUT CREDUNT CAELO ADUERTANTIB· EURIS·
SED CIRCUM TUTAE SUB MOENIB· URBIS AQUANTUR·
EXCURSUSQ· BREUIS TEMPTANT· ET SAEPE LAPILLOS·
UT CUMBAE INSTABILES, FLUCTU IACTANTE SABURRAM
TOLLUNT, HIS ESE PER INANIA NUBILA LIBRANT·
ILLUM ADEO PLACUISSE APIB· MIRABERE MOREM·
QUOD NEC CONCUBITU INDULGENT NEC CORPORA SEGNIS
IN UENEREM SOLUUNT· AUT FETUS NEXIB· EDUNT·
UERUM IPSAE E FOLIIS NATOS, E SUAUIB· HERBIS
ORE LEGUNT· IPSAE REGEM, PARUOSQ· QUIRITES
SUFFICIUNT· AULASQ· ET CEREA REGNA REFIGUNT·
SAEPE ETIAM, DURIS ERRANDO IN COTIB·, ALAS

ATTRIUERE·RE ULTROQ· ANIMAM SUB FASCE DEDERE·
TANTUS AMOR FLORUM, ET GENERANDI GLORIA MELLIS·
ERGO IPSAS· QUAMUIS ANGUSTI TERMINUS AEUI
EXCIPIAM NEQ· ENIM PLUS SAEPTIMA DUCITUR AESTAS·
AT GENUS INMORTALE MANET, MULTOSQ· PER ANNOS·
STAT FORTUNA DOMUS. ET AUI NUMERANTUR AUORŨ
PRAETER REGEM· NON SIC AEGYPTOS, ET INGENS
LYDIA· NEC POPULI PARTHORUM· ET MEDUS HYDASPES
OBSERUANT· REGE INCOLUMI, MENS OMNIB· UNA EST·
AMISSO RUPERE FIDEM· CONSTRUCTAQ· MELLA
DIRIPUERE IPSAE· ET CRATES SOLUERE FAUOREM·
ILLE OPERUM CUSTOS· ILLE ADMIRATUR· ET OMNES
CIRCUMSTANT FREMITU DENSO· STIPANTQ· FREQUENTES·
ET SAEPE ATTOLLUNT UMERIS· ET CORPORA BELLO
OBIECTANT· PULCHRAMQ· PETUNT PER UULNERA MORTE~
HIS QUIDAM SIGNIS· ATQ· HAEC EXEMPLA SECUTI·
ESSE APIBUS PARTEM DIUINAE MENTIS, ET HAUSTUS
AETHERIOS DIXERE· DEUM NAMQ· IRE PER OMNIS·
TERRAS TRACTUSQ· MARIS· CAELUMQ· PROFUNDUM·
HINC PECUDES, ARMENTA, UIROS GENUS OMNE FERARŨ
QUEMQ· SIBI TENUES NASCENTEM ARCESSERE UITAS·
SCILICET HUC REDDI DEINDE· AC RESOLUTA REFERRE
OMNIA· NEC MORTI ESSE LOCUM· SED UIUA UOLARE
SIDERIS IN NUMERUM· ATQ· ALTO SUCCEDERE CAELO·
SI QUANDO SEDEM AUGUSTA SERUATAQ· MELLA
THESAURIS RELINES· PRIUS ASTU SPARSUS AQUARŨ
ORE FIXUE· FUMOSQ· MANU PRAETENDE SEQUACIS·
BIS GRAUIDOS COGUNT FETUS· DUO TEMPORA MESSIS·
TAYGETE SIMUL, OS, TERRIS OSTENDIT· HONESTUM

PLIAS ET OCEANI SPRETOS PEDE REPPULIT AMNIS ·
AUT EADEM SIDUS FUGIENS UBI PISCIS AQUOSI·
TRISTIOR HIBERNAS CAELO DESCENDIT IN UNDAS ·
ILLIS IRA MODUM SUPRA EST LAESAEQ· UENENUM
MORSIB· INSPIRANT· ET SPICULA CAECA RELINCUNT
ADFIXAE UENIS· ANIMASQ· IN UULNERE PONUNT ·
SIN DURAM METUES HIEMEM. PARCESQ· FUTURO·
CONTUSOSQ· ANIMOS ET RES MISERABERE FRACTAS ·
AUT SUFFERRE THUMOS [Y] CERASQ· RECIDERE INANES
QUIS DUBITET· NAM SAEPE FAUOS IGNOTUS ADEDIT
STELIO· ET LUCIFUGIS CONGESTA CUBILIA BLATTIS·
IMMUNISQ· SEDENS ALIENA AD POEULA [A H] FUCUS·
AUT ASPER CRABRO [SCA] INPARIBUS SE INMISCUIT ARMIS ·
AUT DIRUM TINIAE GENUS· AUT INUISA MINERUAE
LAXOS IN FORIB· SUSPENDIT ARANEA CASSES ·
QUO MAGIS EXHAUSTAE FUERUNT [I] · HOC ACRIUS OMNES
INCUMBENT. GENERIS LAPSI SARCIRE RUINAS ·
COMPLERUNTQ· FOROS, ET FLORIB· HORREA TEXENT·
SI UERO QUONIAM CASUS· APIBUS QUOQ· NOSTROS
UITA TULIT· TRISTI LANGUEBUNT CORPORA MORBO·
QUOD IAM NON DUBIIS POTERIS COGNOSCERE SIGNIS·
CONTINUO EST AEGRIS [ACIUS] COLOR· HORRIDUS [A] ALIA UULTUM
DEFORMAT MACIES· TUM CORPORA LUCE CARENTEM [U]
EXPORTANT TECTIS· ET TRISTIA FUNERA DUCUNT ·
AUT ILLAE PEDIB· CONEXAE AD LIMINA PENDENT·
AUT INTUS CLAUSIS CUNCTANTUR IN AEDIB· OMNES·
IGNAUAEQ· FAMAE· ET CONTRACTO FRIGORE PIGRAE
TUM SONITUS AUDITUR GRAUIOR· TRACTIMQ· SUSURRANT·
FRIGIDUS UT QUONDAM SILUIS INMURMURAT AUSTER

VT

UT MARE SOLLICITUM STRIDIT REFLUENTIB· UNDIS·
AESTUAT UT CLAUSIS RAPIDUS FORNACIB· INGENS·
HIC IAM GALBANEOS SUADEBO INCENDERE ODORES·
MELLAQ· HARUNDINEIS INFERRE CANALIB· ULTRO
HORTANTEM· ET FESSIS AT PABULA NOTA UOCANTEM·
PRODERIT ET TUSUM GALLAE ADMISCERE SAPOREM·
ARENTISQ· ROSAS· AUT IGNI PINGUIA MULTO
DEFRUTA· UEL PSITIAE PASSOS DE UITE RACEMOS·
CECROPIUMQ· THYMUM· ET GRAUE OLENTIA CENTAUREA·
EST ETIAM FLOS IN PRATIS· CUI NOMEN AMELLO
FECERE AGRICOLAE· FACILIS QUAERENTIBUS HERBA·
NAMQ· UNO INGENTEM TOLLIT DE CAESPITE SILUAM·
AUREUS IPSE· SED, IN FOLIIS· QUAE PLURIMA CIRCUM
FUNDUNTUR· UIOLAE SUBLUCE PURPURA NIGRAE·
SAEPE DEUM NEXIS ORNATAE TORQUIBUS ARAE·
ASPER IN ORE SAPOR· TONSIS IN UALLIB· ILLUM
PASTORES· EX CURUA LEGUNT PROPE FLUMINA MELLAE·
HUIUS ODORATO RADICES INCOQ· BACCHO·
PABULAQ· IN FORIB· PLENIS ADPONE CANISTRIS·
SED SI QUEM PROLES SUBITO DEFECERIT OMNIS·
NEC GENUS UNDE NOUAE STIRPIS REUOCETUR HABEBIT·
TEMPUS ET ARCADII MEMORANDA INUENTA MAGISTRI
PANDERE QUOQ· MODO CAESIS IAM SAEPE IUUENCIS
INSINCERUS APES TULERIT CRUOR· ALTIUS OMNEM
EXPEDIAM PRIMA REPETENS AB ORIGINE FAMAM·
NAM QUA PELLEI GENS FORTUNATA CANOPI
ACCOLIT· EFFUSO STAGNANTEM FLUMINE NILUM·
ET CIRCUM PICTIS UEHITUR SUA RURA PHASELIS·
QUAQ· PHARETRA UICINIA PERSIDIS URGET·

ET DIUERSA RUENS SEPTEM DISCURRIT IN HORA·
ET UIRIDEM AEGYPTUM NIGRA FECUNDAT HARENA·
USQ· COLORATIS AMNIS DEUEXUS AB INDIS·
OMNIB· [s] IN HAC CERTE [AM] REGIO IACIT ARTE SALUTEM·
EXIGUUS PRIMUM, ATQ· [IPSOS] CONTRACTUS IN [AD] USUS
ELIGITUR LOCUS. HUNC ANGUSTIQ· IMBRICE TECTI·
PARIETIBUSQ· PREMUNT ARTIS· ET QUATTUOR ADDUNT·
QUATTUOR A UENTIS OBLIQUA LUCE FENESTRAS·
TUM UITULUS UIMA [B] CURUANS IAM CORNUA FRONTE
QUAERITUR· HUIC GEMINAE NARES, ET SPIRITUS ORIS·
MULTA RELUCTANTI OPSUITUR· PLAGISQ· PEREMPTO·
TUNSA PER INTÉGRAM SOLUUNTUR UISCERA PIXELLEM·
SIC POSITUM IN CLAUSO LINQUUNT· ET RAMEA COSTIS
SUBICIUNT FRAGMENTA· THYMUM CASIASQ· RECENTIS·
HOC GERITUR ZEPHYRIS PRIMUM IMPELLENTIB· UNDAS.
ANTE NOUIS RUBEANT QUAM PRATA COLORIB·. ET ANTE
GARRULA QUAM TIGNIS NIDUM SUSPENDAT HIRUNDO:
INTEREA TENERIS TEPEFACTUS IN OSSIB· UMOR
AESTUAT· ET UISENDA MODIS ANIMALIA MIRIS·
TRUNCA PEDUM PRIMO· MOX ET STRIDENTIA PINNIS
MISCENTUR· TENUEMQ· MAGIS AC MAGIS AERA CARPUNT·
DONEC, UT AESTIUIS EFFUSUS NUBIB· IMBER
ERUMPERE· AUT UT NERUO PULSANTE SAGITTAE·
PRIMA LEUES INEUNT· SI QUANDO PROELIA PARTHI·
QUIS DEUS HANC MUSAE, QUIS NOBIS EXTUDIT ARTEM·
UNDE NOUA INGRESSUS HOMINUM EXPERIENTIA CEPIT·
PASTOR ARISTAEUS. FUGIENS PENEIA TEMPE
AMISSIS UT FAMA APIB· MORBOQ·. FAMXEQ·
TRISTIS, AD EXTREMI PLACIDUM CAPUT ADSTITIT AMNIS·

MULTA QUAERENS· ATQ· HAC ADFATUS UOCE PARENTĒ
MATER, CYRENE MATER· QUAE GURGITIS HUIUS
IMA TENES QUID ME PRAECLARA STIRPE DEORUM·
SI MODO QUEM PERHIBES PATER [F] STHYMBRAEUS APOLLO·
INUISUM FATIS GENUISITI· AUT QUO TIBI NOSTRI
PULSUS AMOR· QUID ME CAELUM SPERARE IUBEBAS·
EN ETIAM HUNC IPSUM, UITAE MORTALIS HONORĒ
QUEM MIHI UIX FRUGUM· ET PECUDUM CUSTODIA SOLLERS·
OMNIA TEMPTANTI EXTUDERAT· TE MATRE RELINQUO·
QUIN AGE, ET IPSA MANU FELICES ERUE SILUAS·
FER STABULIS INIMICUM IGNEM· ATQ· INTERFICE MESSES·
URE SATA· ET [VALID] DURAMM IN UITIS MOLIRE BIPENNEM·
TANTA MEAE SI TE CEPERUNT TAEDIA LAUDIS·
AT MATER, SONITUM THALAMO SUB FLUMINIS ALTI
SENSIT· EAM CIRCUM MILESIA UERBERA [L L] NYMPHAE
CARPEBANT, HYALI SATURO FUCATA COLORE·
DRUMOQ· XANTHOQ· LEGEAQ· PHYLLODOCEQ·
CAESARIEM EFFUSAE NITIDAM PER CANDIDA COLLA
CYDIPPE· ET FLAUA LYCORIAS· ALTERA UIRGO·
ALTERA TUM PRIMOS LUCINAE EXPERTA LABORES·
CLIOQ·, ET BEROE SOROR· OCEANITIDES AMBAE·
AMBAE AURO. PICTIS INCINCTAE PELLIB· AMBAE·
ATQ· EPHYRA· ATQ· OPIS· ET ASIA DEIOPEA·
AT TANDEM POSITIS UELOX ARETHUSA SAGITTIS·
INTER QUAS CURAM CLYMENE NARRABAT INANĒ·
UULCANI MARTISQ· DOLOS· ET DULCIA FURTA·
ATQ· CHAO, DENSOS DIUUM NUMERABAT AMORES
CARMINE QUO CAPTAE· FUSIS DUM MOLLIA PENSA
DEUOLUUNT· ITERUM MATERNAS IMPULIT AURES

LUCTUS ARISTEI· UITREISQ: SEDILIB· OMNES
OPSTIPUERE. SED ANTE ALIAS ARETHUSA SORORES
PROSPICIENS. SUMMA FLAUUM CAPUT EXTULIT UNDA·
ET PROCUL· O GEMITU NON FRUSTRA EXTERRITA TANTO
CYRENE SOROR· IPSE TIBI, TUA MAXIMA CURA
TRISTIS ARISTAEUS. PENEI GENITORIS AD UNDAM
STAT LACRIMANS. ET TE CRUDELEM NOMINE DICIT·
HUC PERCUSSA NOUA MENTEM FORMIDINE MATER·
DUC AGE DUC AD NOS· FAS ILLI LIMINA DIUOM
TANGERE AIT· SIMUL ALTA IUBET DISCEDERE LATAE
FLUMINA· QUA IUUENIS GRESSUS INFERRET· AT ILLUM
CURUATA IN MONTIS SPECIEM CIRCUMSTETIT UNDA·
ACCEPITQ: SINU UASTO· MISITQ: SUB AMNEM·
IAMQ: DOMUM MIRANS GENETRICIS, ET UMIDA REGNA·
SPELUNCISQ· LACUS CLAUSOS· LUCOSQ· SONANTIS·
IBAT. ET INGENTI MOTUS STUPEFACTUS AQUARUM·
OMNIA SUB MAGNA LABENTIA FLUMINA TERRA·
SPECTABAT DIUERSA LOCIS· PHASIMQ: LYCUMQ:
ET CAPUT UNDE ALTUS PRIMUS SE ERUMPIT ENIPEUS·
UNDE PATER TIBERINUS· ET UNDE ANINA FLUENTA·
SAXOSUSQ: SONANS HYPANIS· MYSUSQ: CHAICUS·
ET GEMINA AURATUS TAURINO CORPORE UULTU
ERIDANUS, QUO NON ALIUS PER PINGUIA CULTA
IN MARE PURPUREUM UIOLENTIOR EFFLUIT AMNIS·
POSTQUAM EST IN THALAMI PENDENTIA PUMICE TECTA
PERUENTUM· NATI FETUS COGNOUIT INANIS
CYRENE· MANIB· LIBIDOS DANT ORDINE FONTIS
GERMANE. TONSISQ: FERUNT MANTELIA UILLIS·
PARS EPULIS ONERANT MENSAS· ET PLENA REPONUNT

PINGUI

POCULA· PANCAEIS ADOLESCUNT IGNIB· ARAE·
ET MATER· CAPE MAEONII CARCHESIA BACCHI·
OCEANO LIBEMUS AIT· SIMUL IPSA PRECATUR·
OCEANUMQ· PATREM RERUM· NYMPHASQ· SORORES·
CENTUM QUAE SILUAS· CENTUM QUAE FLUMINA SERUAN-
TER LIQUIDO ARDENTEM PERFUNDIT NECTARE UESTA-
TER FLAMMAM AD SUMMUM TECTIS SUBLATA RELUXIT
OMINE QUO FIRMANS ANIMUM· SIC INCIPIT IPSA
EST IN CARPHATIO NEPTUNI GURGITE UATES·
CAERULEUS PROTAEUS· MAGNUM QUI PISCIB· AEQUOR·
ET IUNCTO BIPEDUM CURRU METITUR AEQUORUM·
HIC NUNC EMATHIAE PORTUS· PATRIAMQ· REUISIT
PALLENEN, HUNC ET NYMPHAE UENERAMUR· ET IPSI
GRANDAEUUS NEREUS· NOUIT NAMQ· OMNIA UATES·
QUAE SINT, QUAE FUERINT· QUAE MOX UENTURA TRAHANTUR·
QUIPPE ITA NEPTUNO UISUM EST· IMMANIA CUIUS
ARMENTA· ET TURPIS PASCIT SUB GURGITE PHOCAS·
HIC TIBI NATE PRIUS UINCLIS CAPIENDUS. UT OMNEM
EXPEDIAT MORBI CAUSAM· EUENTUSQ· SECUNDET·
NAM SINE UI· NON ULLA DABIT PRAECEPTA· NEQ· ILLUM
ORANDO FLECTENS· UIM DURAM· ET UINCULA CAPTO
TENDE· DOLI CIRCUM HAEC DEMUM FRANGENTUR INANES·
IPSA EGO TE· MEDIOS CUM SOL ACCENDERIT AESTUS·
CUM SITIUNT HERBAE· ET PECORI IAM GRATIOR UMBRA EST·
IN SECRETA SENIS DUCAM· QUO FESSUS AB UNDIS
SE RECIPIT· FACILE UT SOMNO ADGREDIARE IACENTEM
UERUM UBI CORREPTUM MANIB·, UINCLISQ· TENEBIS·
TUM UARIAE ELUDENT SPECIES· ATQ· ORA FERARUM·
FIET ENIM SUBITO SUUS HORRIDUS· ATRAQ· TIGRIS·

SQUAMOSUSQ. DRACO. ET FULUA CERUICE LEAENA.
AUT ACREM SONITUM FLAMMAE DABIT. ATQ. ITA UINCLIS
EXCIDET. AUT IN AQUAS TENUIS DILAPSUS HABEBIT.
SET QUANTO ILLE MAGIS. FORMAS SE UERTET IN OMNIS
TANTO NATE MAGIS CONTENDE TENACIA UINCLA.
DONEC TALIS ERIT. MUTATO CORPORE, QUALEM
UIDERIS. INCEPTO TEGERET CUM LUMINA SOMNO.
HAEC AIT. ET LIQUIDUM AMBROSIAE DIFFUNDIT ODOREM.
QUO TOTUM NATI CORPUS PERDUXIT. AT ILLI.
DULCIS, COMPOSITIS SPIRAUIT CRINIBUS AURA.
ATQ. HABILIS MEMBRIS UIGOR UENIT. EST SPECUS INGENS.
EXESI LATERE IN MONTIS. QUO PLURIMA UENTO
COGITUR. INQ. SINUS SCINDIT SESE UNDA REDUCTOS.
DEPRENSIS OLIM STATIO TUTISSIMA NAUTIS.
INTUS SE UASTI PROTEUS TEGIT OBICE SAXI.
HIC IUUENEM IN LATEBRIS AUERSUM. A LUMINE NYMPHA
COLLOCAT. IPSA PROCUL NEBULIS OBSCURA RESISTIT.
IAM RAPIDUS TORRENS. SITIENTIS SIRIUS INDOS
ARDEBAT CAELO. ET MEDIUM SOL IGNEUS ORBEM
H AUSERAT. AREBANT HERBAE. ET CAUA FLUMINA SICCIS
FAUCIB. AD LIMUM RADIIS TEPEFACTA COQUEBANT
CUM PROTEUS. CONSUETA PETENS E FLUCTIB. ANTRA.
IBAT. EUM CIRCUM UASTI GENS UMIDA PONTI.
EXULTANS. ROREM LATE DISPERGIT AMARUM.
STERNUNT SE SOMNO DIUERSAE IN LITORE PHOCAE.
IPSE UELUT STABULI CUSTOS IN MONTIB. OLIM.
UESPER UBI E PASTU UITULOS AT TECTA REDUCIT.
AUDITISQ. LUPOS ACUUNT BALATIB. AGNI.
CONSEDIT SCOPULO MEDIUS. NUMERUMQ. RECENSET.

CUIUS ARISTAEO. QUONIAM EST OBLATA FACULTAS·
UIX DEFESSA SENEM PASSUS COMPONERE MEMBRA·
CUM CLAMORE RUIT MAGNO· MANICISQ: IACENTEM
OCCUPAT. ILLE SUAE CONTRA NON INMEMOR ARTIS·
OMNIA TRANSFORMAT SESE IN MIRACULA RERUM·
IGNEMQ: HORRIBILEMQ: FERAM· FLUUIUMQ: LIQUENTE
UERUM UBI NULLA FUGA REPERIT PHALLACIA· UICTUS
IN SE REDIT· ATQ: HOMINIS TANDEM ORE LOCUTUS
NAM QUIS TE IUUENUM CONFIDENTISSIME· NOSTRAS
IUSSIT ADIRE DOMUS· QUIDUE HINC PETIS INQUIT· AT ILLE·
SCIS PROTEUS SCIS IPSE, NEQUE EST TE FALLERE QUICQUA
SED TU DESINE UELLE· DEUM PRAECEPTA SECUTI
UENIMUS. HINC LASSIS QUAESITUM ORACULA REB·.
TANTUM EFFATUS· AT HAEC UATES, UI DENIQ: MULTA·
ARDENTIS OCULOS INTORSIT LX LUMINE GLAUCO·
ET GRAUITER FRENDENS SIC FATIS ORA RESOLUIT·
NON TE NULLIUS EXERCENT NUMINIS IRAE·
MAGNA LUIS COMMISSA· TIBI HAS MISERABILIS ORPHEUS·
HAUDQUAQUAM OB MERITUM POENAS· NISI FATA RESISTANT
SUSCITANT· ET RAPTA GRAUITER PRO CONIUGE SAEUIT·
ILLA QUIDEM DUM TE FUGERET PER FLUMINA PRAECEPS·
INMANEM ANTE PEDES HYDRUM MORITURA PUELLA·
SERUANTEM RIPAS ALTA NON UIDIT IN HERBA·
AT CHORUS AEQUALIS DRYADUM CLAMORE SUPREMOS
INPLERUNT MONTES· FLERUNT RHODOPEIAE ARTES
ALTAQ: PANCHAEA· ET RESIS MAUORTIA TELLUS·
ATQ: GETAE· ATQ: HEBRUS· ET ACTIA ORITHYIA·
IPSE CAUA SOLANS AEGRUM TESTUDINE AMOREM·
TE DULCIS CONIUX· TE SOLO IN LITORE SECUM·

TE UENIENTE DIE· TE DECEDENTE CANEBAT·
TAENAREAS ETIAM FAUCES· ALTA OSTIA DITIS·
ET CALICANTEM NIGRA FORMIDINE LUCUM
INGRESSUS, MANESQ: ADIIT· REGEMQ: TREMENDUM·
NESCIAQ: HUMANIS PRECIBUS MANSUESCERE CORDA·
AT CANTU COMMOTAE· EREBI DE SEDIBUS IMIS
UMBRAE IBANT TENUES· SIMULACRAQ: LUCE CARENTŨ·
QUAM MULTA IN SILUIS AUIUM SE MILIA CONDUNT·
UESPER UBI· AUT HIBERNUS AGIT DE MONTIB· IMBER·
MATRES ATQ: UIRI· DEFUNCTAQ: CORPORA UITA
MAGNANIMUM HEROUM· PUERI· INNUPTAEQ: PUELLAE·
IMPOSITIQ: ROGIS IUUENES· ANTE ORA PARENTUM·
QUOS CIRCUM LIMUS NIGER ET DEFORMIS HARUNDO
COCYTI· TARDAQ: PALUS INAMABILIS UNDA
ALLIGAT· ET NOUIES STYX INTERFUSA COERCET·
QUIN IPSAE STUPUERE DOMUS· ATQ: INTIMA LETI
TARTARA· CAERULEISQ: IMPLEXAE CRINIB· ANGUES
EUMENIDES. TENUITQ: INHIANS TRIA CERBERUS ORA·
ATQ: IXIONII UENTO ROTA CONSTITIT ORBIS·
IAMQ: PEDEM REFERENS. CASUS EUASERAT OMNIS·
REDDITAQ: EURYDICES SUPERAS UENIEBAT AD AURAS
PONE SEQUENS· NAMQ: HANC DEDERAT PROSERPINA LEGĒ
CUM SUBITA INCAUTUM DEMENTIA CEPIT AMANTĒ
IGNOSCENDA QUIDEM· SCIRENT SI IGNOSCERE MANES·
RESTITIT· EURYDICENQ· SUAM IAM LUCE SUB IPSA
IMMEMOR HEU, UICTUSQ: ANIMI RESPEXIT· IBI OMNIS
EFFUSUS LABOR· ATQ: IMMITIS RUPTA TYRANNI
FOEDERA· TERQ: FRAGOR STAGNIS AUDITUS AUERNIS·
ILLA,QUIS ET ME INQUIT MISERAM· ET TE PERDEDIT ORPHEU·

QUIS TANTUS FUROR· EN ITERUM CRUDELIA RETRO
FATA UOCANT· CONDITQ· NATANTIA LUMINA SOMNUS·
IAMQ· UALE· FERER INGENTI CIRCUMDATA NOCTE·
INUALIDASQ· TIBI TENDENS, HEU NON TUA PALMAS·
DIXIT· ET EX OCULIS SUBITO CEU FUMUS IN AURAS
COMMIXTUS TENUES FUGIT, DIUERSA· NEQ· ILLUM
PRENSANTEM NEQUICQUAM UMBRAS· ET MULTA UOLENTĒ
DICERE PRAETEREA UIDIT· NEC PORTITOR ORCI
AMPLIUS OBIECTAM PASSUS TRANSIRE PALUDEM·
QUID FACERET· QUO SE RAPTA BIS CONIUGE FERRET·
QUO FETU MANES· QUAE NUMINA UOCE MONERET·
ILLE QUIDEM STYGIA NABAT IAM FRIGIDA CUMBA·
SEPTEM ILLUM TOTOS PROHIBENT EX ORDINE MENSES·
RUPE SUB AERIA· DESERTI AD STRYMONIS UNDAM·
FLEUISSE· ET GELIDIS HAEC EUOLUISSE SUB ANTRIS·
MULCENTEM TIGRIS· ET AGENTEM CARMINE QUERCUS·
QUALIS POPULEA MAERENS PHILOMELA SUB UMBRA·
AMISSOS QUAERITUR FETUS· QUOS DURUS ARATOR
OPSERUANS NIDO, INPLUMIS DETRAXIT· AT ILLA
FLET NOCTEM· RAMOQ· SEDENS· MISERABILE CARMĒ
INTEGRAT· ET MAESTIS LATE LOCA QUAESTIB· IMPLET·
NULLA UENUS, NON ULLI ANIMUM FLEXERET HYMENEI·
SOLUS HYPERBOREAS GLACIES· TANAIMQ· NIUALE·
ARUAQ· RIPHAEIS NUMQUAM UIDUATA PRUINIS
LUSTRABAT· RAPTAM EURYDICEN· ATQ· INRITA DITIS
DONA QUAERENS· SPRETAE CICONUM QUO MUNERE MATRES·
INTER SACRA DEUM· NOCTURNIQ· ORGIA BACCHI·
DISCERPTUM LATOS IUUENEM SPARSERE PER AGROS·
TUM QUOQ· MARMOREA CAPUT A CERUICE REUULSŪ

GURGITE CUM MEDIO PORTANS· OEAGRIUS HERUS·
UOLUERE EURIDICEN UOX IPSA ET FRIGIDA LINGUA·
A MISERAM EURYDICEN· ANIMA FUGIENTE UOCABAT·
EURYDICEN TOTO REFEREBANT FLUMINE RIPAE·
HAEC PROTAEUS. ET SE IACTU DEDIT AEQUOR IN ALTU·
QUAQ· DEDIT SPUMANTEM UNDAM SUB UERTICE TORSIT;
AT NON CYRENE· NAMQ; ULTRO ADFATA TIMENTEM:
NATE· LICET TRISTIS ANIMO COMPONERE CURAS.
HAEC OMNIS MORBI CAUSAS HINC MISERABILE NYMPHAE
CUM QUIB· ILLA CHOROS· LUCIS AGITABAT IN ALTIS·
EXITIUM MISERE APIB·. TUM MUNERA SUPPLEX
TENDE PETENS PACEM· ET FACILIS UENERARE NAPAEAS;
NAMQ; DABUNT UENIAM UOTIS· IRASQ; REMITTENT·
SET MODUS ORANDI QUI SIT PRIUS ORDINE DICAM·
QUATTUOR EXIMIOS, PRAESTANTI CORPORE TAUROS·
QUI TIBI NUNC UIRIDIS DEPASCUNT SUMMA LYCAEI·
DELIGE· ET INTACTA TOTIDEM CERUICE IUUENCAS·
QUATTUOR HIS ARAS ALTAS AD DELUBRA DEARUM
CONSTITUE· ET SACRUM IUGULIS DIMITTE CRUOREM·
CORPORAQ; IPSA BOUM· FRONDOSO DESERERE LUCO·
POST UBI NONA SUOS· AURORA OSTENDERIT ORTUS;
INFERIAS ORPHEI LAETEA PAPAUERA MITTES·
ET NIGRAM MACTABIS OUEM· LUCUMQ; REUISES·
PLACATAM EURYDICEN, UITULA UENERABERE CAESA·
HAUD MORA· CONTINUO MATRIS PRAECEPTA CAPESSIT;
AD DELUBRA UENIT· MONSTRATAS EXCITAT ARAS·
QUATTUOR EXIMIOS PRAESTANTI CORPORE TAUROS
DUCIT ET INTACTO TOTIDEM CERUICE IUUENCAS·
POST UBI NONA SUOS AURORA INDUXERAT ORTUS·

INFERIAS ORPHEI MITTIT· LUCUMQ· REUISIT·
HIC UERO SUBITUM AC DICTU MIRABILE MONSTRU̅
ASPICIUNT· LIQUEFACTA BOUUM PER UISCERA· TOTO
STRIDERE APES UTERO· ET RUPTIS EFFERUERE COSTIS·
IMMENSASQ· TRAHI NUBES· IAMQ· ARBORE SUMMA
CONFLUERE· ET LENTIS UUAM DIMITTERE RAMIS·
HAEC SUPER ARUORUM CULTU. PECORUMQ· CANEBA̅
ET SUPER ARBORIBUS· CAESAR DUM MAGNUS· AD ALTU̅
FULMINAT EUPHRATEN BELLO, UICTORQ· UOLENTIS
PER POPULOS DAT IURA· UIAMQ· AFFECTAT OLYMPO·
ILLO UERGILIUM ME TEMPORE· DULCIS ALEBAT
PARTHENOPE· STUDIIS FLORENTEM IGNOBILES OTI
CARMINA QUI LUSI PASTORUM· AUDAXQ· IUUEN̄A·
TITYRE TE PATULÊ CAECINIT SUB TEGMINE FAGI·

P̄ VERGILI MARONIS

GEORGICON LIB̄· IIII EXPL̄·

INCIPIT AENEIDOS LIB̄· I

ARMA. UIRUMQ· CANO TROIAE QUI PRIMUS AB ORIS
ITALIAM FATO PROFUGUS LAUIN+A·· UENIT LITORA
MULTUM ILLE ET TERRIS IACTATUS ET ALT..O
UI SUPERUM SAEUE MEMOREM IUNONIS OB IRAM·
MULTA QUOQ· ET BELLO PASSUS DUM CONDERET URBEM
INFERRETQ· DEOS LATIO GENUS UNDE LATINUM
ALBANIQ· PATRES ATQ· ALTAE MOENIA ROMAE·
MUSA MIHI CAUSAS MEMORA· QUO NUMINE LAESO·
QUIDUE DOLENS REGINA DEUM TOT UOLUERE CASUS
INSIGNEM PIETATE UIRUM· TOT ADIRE LABORES
INPULERIT· TANTAENE ANIMIS CAELESTIB· IRAE·
URBS ANTIQUA FUIT· TYRII TENUERE COLONI·
KARTHAGO ITALIAM CONTRA· TIBERINAQ· LONGE
HOSTIA· DIUES OPUM· STUDIISQ· ASPERRIMA BELLI
QUAM IUNO FERTUR TERRIS MAGIS OMNIBUS· UNAM
POSTHABITA COLUISSE SAMO· HIC ILLIUS ARMA·
HIC CURRUS FUIT. HOC REGNUM DEA GENTIB· ESSE·
SI QUA FATA SINANT· IAM TUM TENDITQ· FOUETQ·
PROGENIEM SED ENIM TROIANO A SANGUINE DUCI
AUDIAT· TYRIAS OLIM QUAE UERTERET ARCES·
HINC POPULUM LATE REGEM· BELLOQ· SUPERBUM
UENTURUM· EXCIDIO LIBYAE· SIC UOLUERE PARCAS
ID METUENS, UETERISQ· MEMOR SATURNIA BELLI·
PRIMA QUOD AD TROIAM PRO CARIS GESSERAT AGRIS·
NEC DUM ETIAM CAUSAE IRARUM· SAEUIQ· DOLORES
EXCIDERANT ANIMO· MANET ALTA MENTE REPOSTU
IUDICIUM PARIDIS SPRAETEQ· INIURIA FORMAE
ET GENUS INUISUM· ET RAPTI GANYMEDIS HONORES
HIS ACCENSA SUPER· IACTATOS AEQUORE TOTO

TROAS RELIQUIAS DANAUM ATQ· IMMITIS ACHILLI·
ARCEBAT LONGE LATIO· MULTOSQ· PER ANNOS
ERRABANT· ACTI FATIS· MARIA OMNIA CIRCUM·
TANTAE MOLIS ERAT ROMANAM CONDERE GENTĒ·
UIX E CONSPECTU SICULAE TELLURIS· IN ALTUM
UELA DABANT LAETI· ET SPUMAS SALIS AERE RUEBANT·
CUM IUNO· AETERNUM SERUANS SUB PECTORE UULNUS·
HAEC SECUM· MENE INCEPTO DESISTERE UICTAM·
NEC POSSE. ITALIA TEUCRORUM AUERTERE REGEM·
QUIPPE UETOR FATIS· PALLASNE EXURERE CLASSEM
ARGIUUM· ATQ· IPSOS POTUIT SUBMERGERE PONTO·
UNIUS OB NOXAM· ET FURIAS AIACIS OILI·
IPSA IOUIS RAPIDUM IACULATA E NUBIB· IGNEM·
DISIECITQ· RATES· EUERTITQ· AEQUORA UENTIS
ILLUM EXSPIRANTEM TRANSFIXO PECTORE FLAMMAS
TURBINE CORRIPUIT. SCOPULOQ· INFIXIT ACUTO·
AST EGO, QUAE DIUUM INCEDO REGINA· IOUISQ·
ET SOROR ET CONIUX· UNA CUM GENTE· TOT ANNOS
BELLA GERO· ET QUISQUAM NUMEN IUNONIS ADORAT
PRAETEREA AUT SUPPLEX ARIS IMPONET HONORĒ·
TALIA FLAMMATO SECUM DEA CORDE UOLUTANS
NIMBORUM IN PATRIAM· LOCA FETA FURENTIB· AUSTRIS
AEOLIAM UENIT· HIC UASTO REX AEOLUS ANTRO·
LUCTANTES UENTOS· TEMPESTATESQ· SONORAS·
IMPERIO PREMIT· AC UINCLIS ET CARCERE FRENAT·
ILLI INDIGNANTES· MAGNO. CUM MURMURE MOÑTIS
CIRCUM CLAUSTRA FREMUNT· CELSA SEDET AEOLUS ARCĒ·
SCEPTRA TENENS MOLLITQ· ANIMOS· ET TEMPERAT IRAS
NI FACIANT MARIA AC TERRAS CAELUMQ· PROFUNDŪ·

QUIPPE FERANT RAPIDI SECUM· UERRANTQ· PER AURAS·
SET PATER OMNIPOTENS· SPELUNCIS ABDIDIT ATRIS·
HOC METUENS· MOLLEMQ· ET MONTES INSUPER ALTOS
IMPOSUIT· REGEMQ· DEDIT· QUI FOEDERE CERTO
ET PREMERET ET LAXAS SCIRET DARE IUSSUS HABENAS·
AT QUEM TUM IUNO SUPPLEX· HIS UOCIB· USA EST
AEOLE· NAMQ· TIBI DIUUM PATER ATQ· HOMINUM REX
ET MULCERE DEDIT FLUCTUS· ET TOLLERE UENTO
GENS INIMICA MIHI TYRRHENUM NAUIGAT AEQUOR·
ILIUM IN ITALIAM PORTANS· UICTOSQ· PENATES·
INCUTE UIM UENTIS· SUBMERSASQ· OBRUE PUPPES
AUT AGE DIUERSOS ∴ET DISSICEP CORPORA PONTO·
SUNT MIHI BIS SEPTEM PRAESTANTI CORPORE NYMPHAE·
QUARUM Q̄· FORMA PULCHERRIMA DEIOPEA
CONUBIO IUNGAM STABILI· PROPRIAMQ· DICABO·
OMNIS UT TECUM MERITIS PRO TALIB·. ANNOS
EXIGAT· ET PULCHRA FACIAT TE PROLE PARENTEM·
AEOLUS HAEC CONTRA TUUS O' REGINA QUID OPTES
EXPLORARE LABOR MIHI IUSSA CAPESSERE FAS· EST·
TU MIHI QUODCUMQ· HOC REGNI· TU SCEPTRA IOUEMQ·
CONCILIAS· TU DAS EPULIS ACCUMBERE DIUUM·
NIMBORUMQ· FACIS TEMPESTATUMQ· POTENTĒ
HAEC UBI DICTA CAUUM CONUERSA CUSPIDE MOÑĒ
IMPULIT IN LATUS AC UENTI UELUT AGMINE FACTO
QUA DATA PORTA RUUNT ET TERRAS TURBINE PERFLAÑ
INCUBUERE MARI· TOTUMQ· A SEDIB· IMIS
UNA EURUSQ· NOTUSQ· RUUNT CREBERQ· PROCELLIS
AFRICUS· ET UASTOS UOLUUNT AD LITORA FLUCTUS
INSEQUITUR CLAMORQ· UIRUM STRIDORQ· RUDENTĒ

ERIPIUNT SUBITO NUBES· CAELUMQ· DIEMQ·
TEUCRORUMQ· EX OCULIS· PONTO NOX INCUBAT ATRA·
INTONUERE POLI· ET CREBRIS MICAT IGNIB· AETHER
PRAESENTEMQ· UIRIS INTENTANT OMNIA MONTE
EXTEMPLO AENEAE SOLUUNTUR FRIGORE MEMBRA·
INGEMIT· ET DUPLICES TENDENS AD SIDERA PALMAS
TALIA UOCE REFERT O TERQ· QUATERQ· BEATI
QUIS ANTE ORA PATRUM· TROIAE SUB MOENIB· ALTIS
CONTIGIT OPPETERE· O DANAUM FORTISSIME GENTIS
TYDIDE· MENE ILIACIS OCCUMBERE CAMPIS
NON POTUISSE TUAQ· ANIMAM HANC EFFUNDERE DEXTRA
SAEUUS UBI AEACIDAE TELO IACET HECTOR UBI INGES
SARPEDO UBI TOT SIMOIS CORREPTA SUB UNDIS·
SCUTA UIRUM GALEASQ· ET FORTIA CORPORA UOLUIT
TALIA IACTANTI· STRIDENS AQUILONE PROCELLA
UERUM ADFERSA FERIT· FLUCTUMQ· AD SIDERA TOLLIT·
FRANGUNTUR REMI· TUM PRORAM AUERTIT· ET UNDIS
DAT LATUS· INSEQUITUR CUMULO PRAERUPTUS AQUAE MONS
HI SUMMO IN FLUCTU PENDENT, HIS UNDA DEHISCENS·
TERRAM INTER FLUCTUS APERIT· FURIT AESTUS HARENIS
TRIS NOTUS ABREPTAS IN LAXA LATENTIA TORQUET
SAXA UOCANT ITALI· MEDIISQ· IN FLUCTIB· ARAS
DORSUM INMANE MARI· SUMMO TRIS EURUS AB ALTO
IN BREUIA ET SYRTIS· URGET MISERABILE UISU
INLIDITQ· UADIS· ATQ· AGGERE CINGIT HARENAE
UNAM QUAE LYCIOS· FIDUMQ· UEHEBAT ORONTEM
IPSIUS ANTE OCULOS INGENS A UERTICE PONTUS
IN PUPPIM FERIT EXCUTITUR PRONUSQ· MAGISTER
UOLUITUR IN CAPUT· AST ILLAM TER FLUCTUS IBIDEM

TORQUET AGENS CIRCUM ET RAPIDUS UORAT AEQUORE UERTEX'
APPARENT RARI NANTES IN GURGITE UASTO·'
ARMA· UIRUM TABULAEQ· ET TROIA GAZA PER UNDAS·
IAM UALIDAM ILIONEI NAUEM· IAM FORTIS ACHATAE·
ET QUA UECTUS ABAS· ET QUA GRANDEUUS ALETES·
UICIT HIEMPS LAXIS LATERUM COMPAGIB·. OMNES
ACCIPIUNT INIMICUM IMBREM' RIMISQ· FATISCUNT·
INTEREA MAGNO MISCERI MURMURE PONTUM·
EMISSAMQ· HIEMEM SENSIT NEPTUNUS· ET IMIS
STAGNA REFUSA UADIS· GRAUITER COMMOTUS ET ALTO
PROSPICIENS· SUMMA PLACIDUM CAPUT EXTULIT UNDA·
DISIECTAM AENEAE· TOTO UIDET AEQUORE CLASSEM·
FLUCTIB· OPPRESSOS TROAS· CAELIQ· RUINA
NEC LATUERE DOLI FRATREM IUNONIS· ET IRAE'
EURUM AD SE ZEPHYRUMQ· UOCAT· DEHINC TALIA FATUR·
TANTANE UOS GENERØS TENUIT FIDUCIA UESTRI·
IAM CAELUM TERRAMQ· MEO SINE NUMINE UEÑI
MISCERE. ET TANTAS AUDETIS TOLLERE MOLES
QUOS EGO· SED MOTOS PRAESTAT COMPONERE FLUCTUS·
POST MIHI NON SIMILI POENA COMMISSA LUETIS·
MATURATE FUGAM· REGIØQ· HAEC DITE UESTRO·
NON ILLI IMPERIUM PELAGI· SAEUUMQ· TRIDENTE
SET MIHI SORTE DATUM· TENET ILLE INMANIA SAXA
UESTRAS EURE DOMOS· ILLA SE IACTET IN AULA
AEOLUS ET CLAUSO UENTORUM CARCERE REGNET
SIC AIT ET DICTO CITIUS· TUMIDA AEQUORA PLACAT
COLLECTASQ· FUGAT NUBES SOLEMQ· REDUCIT·
CYMOTHOE SIMUL, ET TRITON ADNIXUS· ACUTO
DETRUDUNT NAUES SCOPULO' LEUAT IPSE TRIDEÑI

ET UASTAS APERIT SYRTES· ET TEMPERAT AEQUOR·
ATQ· ROTIS SUMMAS LEUIB· PERLABITUR UNDAS
AC UELUTI MAGNO IN POPULO, CUM SAEPE COORTA EST
SEDITIO· SAEUITQ· ANIMIS IGNOBILE UULGUS·
IAMQ· FACES ET SAXA UOLANT· FUROR ARMA MINISTRAT·
TUM PIETATE GRAUEM AC MERITIS SI FORTE UIRUM QUEM
CONSPEXERE· SILENT· ARRECTISQ· AURIB· ADSTANT·
ILLE REGIT DICTIS ANIMOS· ET PECTORA MULCET·
SIC CUNCTUS PELAGI CECIDIT FRAGOR· AEQUORA POSTQUĀ
PROSPICIENS GENITOR· CAELOQ· INUECTUS APERTO·
FLECTIT EQUOS· CURRUQ· UOLANS DAT LORA SECUNDO·
DEFESSI AENEADAE· QUAE PROXIMA LITORA· CURSU
CONTENDUNT PETERE· ET LIBYAE UERTUNTUR AD ORAS·
EST IN SECESSU LONGO LOCUS· INSULA PORTUM
EFFECIT OBIECTU LATERUM· QUIB· OMNIS AB ALTO
FRANGITUR· INQ· SINUS SCINDIT SESE UNDA REDUCTOS
HINC ATQ· HINC UASTES RUPES· GEMINIQ· MINANTUR
IN CAELUM SCOPULI· QUORUM SUB UERTICE LATE
AEQUORA TUTA SILENT· TUM SILUIS SCAENA CORUSCIS
DESUPER· HORRENTIQ· ATRUM NEMUS IMMINET UMBRA
FRONTE SUB ADUERSA SCOPULIS PENDENTIB· ANTRŪ
A INTUS AQ· DULCES· UIUOQ· SEDILIA SAXO·
C ULLA TENENT· UNCO NON ALLIGAT ANCORA MORSU·
B NYMPHARUM DOMUS. HIC FESSAS NON UINCULA NARES
E EX NUMERO SUBIT· AC MAGNO TELLURIS AMORE
EGRESSI· OPTATA POTIUNTUR TROES HARENA
ET SALE TABENTIS ARTUS IN LITORE PONUNT·
AC PRIMUM SILICI SCINTILLAM EXCUDIT ACHATES
SUCCEPITQ· IGNEM FOLIIS, ATQ· ARIDA CIRCUM

D HUC SEPTE·M AENEAS COLLECTIS NAVIB· OMNI

NUTRIMENTA DEDIT· RAPUITQ· IN FOMITE FLAMMA·
TUM CERERE[M] CORRUPTAM UNDIS CEREALIAQ· ARMA
EXPED[IN]UT· FESSI RERUM· FRUGESQ· RECEPTAS ·
ET TORRERE PARANT FLAMMIS. ET FRANGERE SAXO·
AENEAS SCOPULUM INTEREA CONSCENDIT· ET OMNĒ
PROSPECTUM LATE PELAGO PETIT· ANT[H]EA SIQUEM·
IACTATUM UENTO UIDEAT· PHRYGIASQ· BIREMIS·
AUT CAPYN· AUT CELSIS IN PUPPIB· ARMA CAIGI°
NAUEM IN CONSPECTU NULLAM· TRIS LITORE CERUOS
PROSPICIT ERRANTIS· HOS TOTA ARMENTA SEQUN̄UR
A TERGO· ET LONGUM PER UALLIS PASCITUR AGMEN
CONSTITIT HIC ARCUMQ· MANU· CELERISQ· SAGITTAS
CORRIPUIT· FIDUS QUAE TELA GEREBAT ACHATES·
DUCTORESQ· IPSOS PRIMUM· CAPITA ALTA FERENTES·
CORNIB· ARBOREIS STERNIT· TUM UOLGUS ET OMNĒ
MISCET AGENS TELIS· NEMORA INTER FRONDEA TURBĀ
NEC PRIUS ABSISTIT· QUAM SEPTEM INGENTIA UICTOR
CORPORA FUNDAT HUMO· ET NUMERUM CUM NAUIB· AEQUET
HINC PORTUM PETIT ET SOCIOS PARTITUR IN OMNIS
UINA BONUS QUAE DEINDE CADIS ONERARAT ACESTES
LITORE TRINACRIO DEDERATQ· ABEUNTIB· HEROS
DIUIDIT· ET DICTIS MAERENTIA PECTORA MULCET
O SOCII· NEQ· ENIM IGNARI SUMUS ANTE MALORŪ·
O PASSI GRAUIORA· DABIT DEUS HIS QUOQ· FINEM·
UOS ET SCYLLAEAM RABIEM PENITUSQ· SONANTIS
ACCESTIS SCOPULOS· UOS ET CYCLOPEA SAXA
EXPERTI REUOCATE ANIMOS MAESTUMQ· TIMORĒ
MITTITE· FORSAN ET HAEC OLIM MEMINISSE IUUABIT
PER UARIOS CASUS PER TOT DISCRIMINA RERUM

TENDIMUS IN LATIUM· SEDES UBI FATA QUIETAS
OSTENDUNT· ILLIC FAS REGNA RESURGERE TROIAE
DURATAE· ET UOSMET REBUS SERUATE SECUNDIS
TALIA UOCE REFERT· CURISQ· INGENTIBUS AEGER·
SPEM UULTU SIMULAT PREMIT ALTUM CORDE DOLORE
ILLI SE PRAE [DAE] ACCINGUNT DAPIBUSQ· FUTURIS
TERGORA DIRIPIUNT COSTIS· ET UISCERA NUDANT·
PARS IN FRUSTRA SECANT· UERIBUSQ· TREMENTIA FIGUNT·
LITOR [F] AENA LOCANT ALII· FLAMMASQ· MINISTRANT·
TUM UICTU REUOCANT UIRES· FUSIQ· PER HERBAM·
INPLENTUR UETERIS BACCHI· PINGUISQ· FERINAE.
POSTQUAM EXEMPTA FAMES EPULIS· MENSAEQ· REMOTAE·
AMISSOS LONGO SOCIOS SERMONE REQUIRUNT
SPEMQ· METUMQ· INTER DUBII· SEU UIUERE CREDANT·
SIUE EXTREMA PATI NEC IAM EXAUDIRE UOCATOS·
PRAECIPUAE PIUS AENEAS· NUNC ACRIS ORONTI .
NUNC AMICI CASUM GEMIT ET CRUDELIA SECUM
FATA LYCI· FORTEMQ· GYAN· FORTEMQ· CLOANTHUM
ET IAM FINIS ERAT· CUM IUPPITER AETHERE SUMMO
DESPICIENS MARE UELIUOLUM· TERRASQ· IACENTES
LITORAQ· ET LATOS POPULOS· SIC UERTICE CAELI
CONSTITIT· ET LIBYAE DEFIXIT LUMINA REGNIS·
ATQ· ILLUM TALES IACTANTEM PECTORE CURAS ·
TRISTIOR· ET LACRIMIS OCULOS SUFFUSA NITENTIS·
ADLOQUITUR UENUS· O QUI RES HOMINUMQ· DEUMQ·
AETERNIS REGIS IMPERIIS· ET FULMINE TERRES·
QUID MEUS AENEAS· IN TE COMMITTERE TANTUM
QUID TROES POTUERE QUIB· TOT FUNERA PASSIS·
CUNCTUS OB ITALIAM· TERRARUM CLAUDITUR ORBIS·

CERTE
...... HUIC ROMANOS OLIM UOLUENTIB· ANNIS
HINC FORE DUCTORES· REUOCATO A SANGUINE TEUCRI·
QUI MARE QUI TERRAS, OMNI DICIONE TENERENT
POLLICITUS· QUAE TE GENITOR SENTENTIA UERTIT·
HOC EQUIDEM OCCASUM TROIAE TRISTISQ· RUINAS
SOLABAR· FATIS CONTRARIA FATA REPENDENS
NUNC EADEM FORTUNA UIROS· TOT CASIB· ACTOS
INSEQUITUR QUEM DAS FINEM REX MAGNE LABORŨ
ANTENOR POTUIT MEDIIS ELAPSUS ACHIUIS·
ILLYRICOS PENETRARE SINUS· ATQ· INTIMA TUTUS
REGNA LIBURNORUM· ET F..ONTEM SUPERARE TIMAUI·
UNDE PER ORA NOUEM· UASTO CUM MURMURE MOÑIS·
IT MARE PRORUPTUM ET PELAGO PREMIT ARUA SONANI·
HIC TAMEN ILLE URBEM PATAUI· SEDESQ· LOCAUIT
TEUCRO[RUM] ET GENTI NOMEN DEDIT· ARMAQ· FIXIT
TROIA NUNC PLACIDA COMPOSTUS PACE QUIESCIT
NOS TUA PROGENIES, CAELI QUIB· ADNUIS ARCEM·
NAUIB· INFANDUM AMISSIS UNIUS OB IRAM
PRODIMUR· ATQ· ITALIS LONGE DISIUNGIMUR ORIS·
HIC PIETATIS HONOS· SIC NOS IN SCEPTRA REPONIS
OLLI SUBRIDENS HOMINUM SATOR· ATQ· DEORUM·
UULTU QUO CAELUM· TEMPESTATESQ· SERENAT·
OSCULA LIBAUIT NATAE· DEHINC TALIA FATUR
PARCE METU CYTHEREA· MANENT INMOTA TUORUM
FATA TIBI· CERNES URBEM· ET PROMISSA LAUINI
MOENIA· SUBLIMEMQ· FERES AD SIDERA CAELI
MAGNANIMUM AENEAN· NEQ· ME SENTENTIA UERTIT
HIC TIBI FAUOR ENIM, QUANDO HAEC TE CURA REMORDET
LONGIUS ET UOLUENS FATORUM ARCANA MOUEBO

BELLUM INGENS GERET ITALIA POPULOSQ; FEROCES
CONTENDUXT· MORESQ; UIRIS ET MOENIA PONET
TERTIA DUM LATIO REGNANTEM UIDERIT AESTAS·
TERNAQ; TRANSIERINT RUTULIS HIBERNA SUBACTIS·
AT PUER ASCANIUS CUI NUNC COGNOMEN IULO
ADDITUR· ILUS ERAT DUM RESTETIT ILIA REGNO·
TRIGINTA MAGNOS UOLUENDIS MENSIB· ORBES·
IMPERIO EXPLEBIT· REGNUMQ; AB SEDE LAUINI
TRANSFERET· ET LONGAM MULTA UI MUNIET ALBA
HIC IAM TERCENTUM TOTOS REGNABITUR ANNOS
GENTE SUB HECTOREA DONEC REGINA SACERDOS
MARTE GRAUIS GEMINAM PARTU DABIT ILIA PROLE
INDE LUPAE FULUO NUTRICES TEGMINE LAETUS
ROMULUS EXCIPIET GENTEM· ET MAUORTIA CONDET
MOENIA· ROMANOSQ; SUO DE NOMINE DICET
HIS EGO NEC METAS RERUM· NEC TEMPORA PONO
IMPERIUM SINE FINE DEDI QUIN ASPERA IUNO
QUAE MARE NUNC TERRASQ; METU CAELUMQ; FATIGAT
CONSILIA IN MELIUS REFERET· MECUMQ· FOUEBIT
ROMANOS· RERUM DOMINOS GENTEMQ; TOGATAM
SIC PLACITUM UENIET LUSTRIS LABENTIB· AETAS
CUM DOMUS ASSARACI PTHIAM CLARASQ; MYCENAS
SERUITIO PREMET· AC UICTIS DOMINABITUR ARGIS
NASCETUR PULCHRA TROIANUS ORIGINE CAESAR·
IMPERIUM OCEANO FAMAM Q; TERMINET ASTRIS·
IULIUS· A MAGNO DEMISSUM NOMEN IULO·
HUNC TU OLIM CAELO SPOLIIS ORIENTIS ONUSTU
ACCIPIES SECURA· UOCABITUR HIC QUOQ; UOTIS·
ASPERA TUM POSITIS MITESCENT SAECULA BELLIS·

CANA FIDES ET UESTA· REMO CUM FRATRE QUIRINUS
IURA DABUNT· DIRAE FERRO ET COMPAGIB· ARTIS·
CLAUDENTUR BELLI PORTAE· FUROR IMPIUS INTUS·
SAEUA SEDENS SUPER ARMA ET CENTUM UINCTUS AENIS·
POST TERGUM NODIS FREMET HORRIDUS ORE CRUEÑO
HAEC AIT· ET MAIA GENITUM DEMITTIT AB ALTO
UT TERRAE UTQ NOUAE PATEANT CARTHAGINIS ARCES
HOSPITIO TEUCRIS NE FATI NESCIA DIDO
FINIB· ARCERET UOLAT ILLE PER AERA MAGNUM
REMIGIO ALARUM· AC LIBYAE CITUS ADSTITIT ORIS
ET IAM IUSSA FACIT PONUNTQ· FEROCIA POENI
CORDA UOLENTE DEO IN PRIMIS REGINA QUIETUM
ACCIPIT IN TTEUCROS ANIMUM MENTEMQ· BENIGNA·
AT PIUS AENEAS PER NOCTEM PLURIMA UOLUENS
UT PRIMUM LUX ALMA DATA EST EXIRE LOCOSQ·
EXPLORARE NOUOS QUAS UENTO ACCESSERIT ORAS
QUI TENEANT NAM INCULTA UIDENT HOMINESNE FERE NE
QUAERERE CONSTITUIT· SOCIISQ· EXACTA REFERRE
CLASSEM IN CONUEXO NEMORUM· SUB RUPE CAUATA
ARBORIB· CLAUSAM CIRCUM· ATQ· HORRENTIB· UMBRIS
OCCULIT· IPSE UNO GRADITUR COMITATUS ACHATAE
BINA MANU LATO CRISPANS HASTILIA FERRO
CUI MATER MEDIA SESE TULIT OBUIA SILUA
UIRGINIS OS HABITUMQ· GERENS ET UIRGINIS ARMA
SPARTANAE UEL QUALIS AEQUOS THREISSA FATIGAT
HARPALYCE UOLUCREMQ· FUGA PRAEUERTITUR HEBRU̅·
NAMQ· UMERIS DE MORE HABILEM SUSPENDERAT ARCU̅
UENATRIX DEDERATQ· COMAM DIFFUNDERE UEÑIS
NUDA GENU NUDOQ· SINUS COLLECTA FLUENTIS

AC PRIO HEUS INQUIT IUUENES· MONSTRATE MEARŪ·
UIDISTIS SI QUAM HIC ERRANTEM FORTE SORORŪ·
SUCCINCTAM PHARETRA· ET MACULOSAE TEGMINE LYNCIS
AUT SPUMANTIS APRI CURSUM CLAMORE PREMENTĒ·
SIC UENUS. ET UENERIS CONTRA SIC FILIUS ORSUS·
NULLA TUARUM AUDITA MIHI· NEQ· UISA SORORŪ
5 O QUAM TE MEMOREM UIRGO· NAMQ· HAUT TIBI UULTŪ
MORTALIS· NEC UOX HOMINEM SONAT O DEA CERTE·
AN PHOEBI SOROR· AN NYMPHARUM SANGUINIS UNA
SIS FELIX· NOSTRUMQ· LEUES QUAECUMQ· LABOREM·
ET QUO SUB CAELO TANDEM. QUIB· ORBIS IN ORIS
IACTEMUR· DOCEAS· IGNARI HOMINUMQ· LOCORUMQ·
ERRAMUS UENTO HUC· ET UASTIS ET FLUCTIB· ACTI·
MULTA TIBI ANTE ARAS NOSTRA CADET HOSTIA DEXTRA·
TUM UENUS· HAUD EQUIDEM TALI ME DIGNOR HONORE·
UIRGINIB· TYRIIS· MOS EST GESTARE PHARETRAM·
PURPUREOQ· ALTE SURAS UINCIRE COTURNO·
PUNICA REGNA UIDES· TYRIOS· ET AGENORIS URBEM·
SET FINES LIBYCI· GENUS INTRACTABILE BELLO·
IMPERIUM DIDO· TYRIA REGIT URBE PROFECTA·
GERMANUM FUGIENS· LONGA EST INIURIA· LONGAE
AMBAGES· SET SUMMA SEQUAR FASTIGIA RERUM·
HUIC CONIUNX SYCHAEUS ERAT· DITISSIMUS AGRI
PHOENICUM· ET MAGNO MISERAE DILECTUS AMORE·
CUI PATER INTACTAM DEDERAT· PRIMISQ· IUGARAT
OMNIB· SED REGNA TYRI GERMANUS HABEBAT
PYGMALION SCELERE ANTE ALIOS IMMANIOR OMNIS
QUOS INTER MEDIOS UENIT FUROR ILLE SYCHEUM
IMPIUS ANTE ARAS ATQ· AURI CAECUS AMORE

CLAM FERRO INCAUTUM SUPERAT· SECURUS AMORE
GERMANAE· FACTUMQ· DIU CELAUIT· ET AEGRAM
MULTA MALUS SIMULANS. UANA SPE LUSIT AMAÑE
IPSA SET IN SOMNIS· INHUMATI UENIT IMAGO
CONIUGIS· ORA MODIS ATTOLLENS PALLIDA MIRIS·
CRUDELIS ARAS TRAIECTAQ· PECTORA FERRO
NUDAUIT· CAECUMQ· DOMUS ET SCELUS OMNE RETEXIT·
TUM CELERARE FUGAM· PATRIAEQ· EXCEDERE SUADET·
AUXILIUMQ· UIAE. UETERIS TELLURE RECLUDIT
THENSAUROS· IGNOTUM ARGENTI PONDUS· ET AURI·
HI[S] COMMOTA FUGAM DIDO· SOCIOSQ· PARABAT·
CONUENIUNT· QUIB AUT ODIUM CRUDELE TYRANNI·
AUT METUS ACER ERAT NAUES QUAE FORTE PARATAE.
CORRIPIUNT· ONERANTQ· AURO· PORTANTUR AUARI
PYGMALIONIS OPES PELAGO· DUX FEMINA FACTI
DEUENERE LOCOS· UBI NUNC INGENTIA CERNIS
MOENIA· SURGENTEMQ· NOUAE KARTHAGINIS ARCE
MERCATIQ· SOLUM· FACTI DE NOMINE BYRSAM·
TAURINO QUANTUM POSSENT CIRCUMDARE TERGO·
SED UOS QUI TANDEM QUIB· AUD[T] UENISTIS AB ORIS·
QUOUE TENETIS ITER· QUAERENTI TALIBUS· ILLE
SUSPIRANS· IMOQ· TRAHENS A PECTORE UOCEM·
O DEA· SI PRIMA REPETENS AB ORIGINE PERGAM·
ET UACET ANNALIS NOSTRORUM AUDIRE LABOREM
ANTE DIEM CLAUSO COMPONET UESPER OLYMPO·
NOS TRO[I]A [A]NTIQUA· SI UESTRAS FORTE PER AUSTRES
TROIAE NOMEN IIT· DIUERSA PER AEQUORA UECTOS·
FORTE SUA· LIBYCIS TEMPESTAS ADPULIT ORIS·
SUM PIUS AENEAS· RAPTOS QUI EX HOSTE PENATES·

CLASSE UEHO MECUM· FAMA SUPER AETHERA NOTUS·
ITALIAM QUAERO PATRIAM· ET GENUS AB IOUE SUMMO·
BIS DENIS PHRYGIUM CONSCENDI NAUIB· AEQUOR·
MATRE DEA MONSTRANTE UIAM· DATA FATA SECUTUS·
UIX SEPTEM CONUOLSAE UNDIS· EUROQ: SUPERSUNT·
IPSE IGNOTUS, EGENS, LIBYAE DESERTA PERAGRO·
EUROPA ATQ: ASIA PULSUS NEC PLURA QUAERENTEM
PASSA UENUS MEDIO SIC INTERFATA DOLORE EST·
QUISQUIS ES/ [H]AUD CREDO INUISUS CAELESTIB·, AURAS
UITALIS CARPIS· TYRIAM QUI ADUENERIS URBEM·
PERGE HINC MODO ATQ: [HINC] TE REGINAE AD LIMINA PERFER·
NAMQ: TIBI REDUCES SOCIOS· CLASSEMQ: RELATAM
NUNTIO· ET IN TUTUM UERSIS AQUILONIB· ACTAM·
NI FRUSTRA AUGURIUM· UANI DOCUERE PARENTES·
ASPICE BIS SENOS· LAETANTIS AGMINE CYGNOS·
AETHERIAS QUO[S] LAPSA PLAGA IOUIS ALES· APERTO
TURBABAT CAELO· NUNC TERRAS ORDINE LONGO·
AUT CAPERE· AUT CAPTAS IAM DESPECTARE UIDENTUR·
UT REDUCES ILLI LUDUNT STRIDENTIB· ALIS·
ET COETUM CINXERE POLUM· CANTUSQ· DEDERE·
HAUD ALITER PUPPESQ: TUAE· PUBESQ: TUORUM·
AUT PORTUM TENET· AUT PLENO SUBIT OSTIA UELO
PERGE MODO· ET QUA TE DUCIT UIA. DIRIGE GRESSUM
DIXIT· ET AUERTENS ROSEA CERUICE REFULSIT·
AMBROSIAEQ: COMAE· DIUINUM UERTICE ODOREM
SIPIRAUERE· PEDES UESTIS DEFLUXIT AD IMOS·
ET UERA INCESSU PATUIT DEA· ILLE UBI MATREM
ADGNOUIT· TALI FUGIENTEM EST UOCE SECUTUS·
QUID NATUM TOTIENS CRUDELIS· TU QUOQ: FALSIS

LUDIS IMAGINIB· CUR DEXTRAE IUNGERE DEXTRĀ
NON DATUR· AC UERAS AUDIRE· ET REDDERE UOCES·
TALIBUS INCUSAT· GRESSUMQ· AD MOENIA TENDIT·
AT UENUS. OBSCURO GRADIENTES AERE SAEPSIT·
ET MULTO NEBULAE CIRCUM DEA FUDIT AMICTU·
CERNERE NE QUIS EOS· NEU QUIS CONTINGERE POSSET·
MOLIRIUE MORAM· AUT UENIENDI POSCERE CAUSAS:
IPSA PAPHUM SUBLIMIS ABIT· SEDESQ· REUISIT
LAETA SUAS UBI TEMPLUM ILLI· CENTUMQ· SABAEO
TURE CALENT ARAE· SERTISQ. RECENTIB· HALANT·
CORRIPUERE UIAM INTEREA· QUA SEMITA MONSTRAT:
IAMQ· ASCENDEBANT COLLEM. QUI PLURIMUS URBI
IMMINET· ADUERSASQ· ASPECTAT DESUPER ARCES·
MIRATUR MOLEM AENEAS· MAGALIA QUONDĀ
MIRATUR PORTAS· STREPITUMQ. ET STRATA UIARŪ
INSTANT ARDENTES TYRII· PARS DUCERE MUROS·
MOLIRIQ· ARCEM· ET MANIB· SUBUOLUERE SAXA·
PARS OPTARE LOCUM TECTO· ET CONCLUDERE SULCO·
IURA· MAGISTRATUSQ· LEGUNT· SANCTUMQ· SENATŪ·
HIC PORTUS ALII EFFODIUNT. HIC ALTA THEATRI
FUNDAMENTA LOCANT ALII· IMMANISQ· COLUMNAS
RUPIB· EXCIDUNT SCAENIS DECORA ALTA FUTURIS·
QUALIS APES AESTATE NOUA· PER FLOREA RURA·
EXERCET SUB SOLE LABOR· CUM GENTIS ADULTOS
EDUCUNT FETUS· AUT CUM LIQUENTIA MELLA
STIPANT· ET DULCI DISTENDUNT NECTARE CELLAS·
AUT ONERA ACCIPIUNT UENIENTUM· AUT AGMINE FACTO
IGNAUUM FUCOS PECUS A PRAESEPIB· ARCENT·
FERUET OPUS· REDOLENTQ· THYMO FRAGRANTIA MELLA

O FORTUNATI. QUORUM IAM MOENIA SURGUNT.
AENEAS AIT. ET FASTIGIA SUSPICIT URBIS.
INFERT SE SAEPTUS NEBULA: MIRABILE DICTU.
PER MEDIOS. MISCETQ: UIRIS. NEQ: CERNITUR ULLI.
LUCUS IN URBE FUIT MEDIA. LAETISSIMUS UMBRA
QUO PRIMUM IACTATI UNDIS. ET TURBINE POENI.
EFFODERE LOCO SIGNUM QUOD REGIA IUNO
MONSTRARAT CAPUT ACRIS EQUI. SIØ NAM FORE BELLO
EGREGIAM ET FACILEM UICTU PER SAECULA GENTEM.
HIC TEMPLUM IUNONI INGENS SIDONIA DIDO
CONDEBAT. DONIS OPULENTUM. ET NUMINE DIUAE
AEREA CUI GRADIB: SURGEBANT LIMINA. NEXAEQ:
AERE TRABES. FORIB: CARDO STRIDEBAT AENIS.
HOC PRIMUM IN LUCO. NOUA RES OBLATA. TIMORE
LENIIT. HIC PRIMUM AENEAS SPERARE SALUTEM
AUSUS. ET ADFLICTIS MELIUS CONFIDERE REBUS.
NAMQ: SUB INGENTI LUSTRAT DUM SINGULA TEMPLO.
REGINAM OPPERIENS: DUM QUAE FORTUNA SIT URBI.
ARTIFICUMQ: MANUS INTER SE. OPERUMQ: LABORE
MIRATUR. UIDET ILIACAS EX ORDINE PUGNAS.
BELLAQ: IAM FAMA TOTUM UOLGATA PER ORBEM.
ATRIDAS. PRIAMUMQ: ET SAEUUM AMBOB: ACHILLE
CONSTITIT ET LACRIMANS: QUIS IAM LOCUS INQUIT ACHATE
QUAE REGIO IN TERRIS NOSTRI NON PLENA LABORIS.
EN PRIAMUS SUNT HIC ETIAM SUA PRAEMIA LAUDI.
SUNT LACRIMAE RERUM. ET MENTEM MORTALIA TANGUNT
SOLUE METUS. FERET HAE ALIQUAM TIBI FAMA SALUTEM
SIC AIT. ATQ: ANIMUM PICTURA PASCIT INANI.
MULTA GEMENS. LARGOQ: UMECTAT FLUMINE UULTUM.

NAMQ· UIDEBAT· UTI BELLANTES PERGAMA CIRCUM·
HAC FUGERENT GRAI· PREMERET TROIANA IUUENTUS·
HAC PRYGES· INSTARET CURRU CRISTATUS ACHILLES
NEC PROCUL HINC RHESI· NIUEIS TENTORIA UELIS
ADGNOSCIT LACRIMANS PRIMO QUAE PRODITA SOMNO·
TYDIDES UASTABAT MULTA CAEDE CRUENTUS·
ARDENTESQ· AUERTIT EQUOS IN CASTRA· PRIUS QUA̅
PABULA GUSTASSENT TROIAE· XANTHUMQ· BIBISSEN̅T·
PARTE ALIA· FUGIENS AMISSIS TROILUS ARMIS·
INFELIX PUER· ATQ· IMPAR CONGRESSUS ACHILLI·
FERTUR EQUIS· CURRUQ· HAERET RESUPINUS INANI·
LORA TENENS TAMEN· HUIC CERUIXQ· COMAEQ· TRAHUNTUR
PER TERRAM· ET UERSA PULSIS INSCRIBITUR HASTA·
INTEREA AD TEMPLUM NON AEQ· PALLADIS IBANT·
CRINIBUS ILIADES PASSIS· PEPLUMQ· FEREBANT·
SUPPLICITER TRISTES· ET TUNSA PECTORA PALMIS·
DIUA SOLO FIXOS OCULOS AUERSA TENEBAT·
TER CIRCUM ILIACOS· RAPTAUERAT HECTORA MAUROS·
EXANIMUMQ· AURO CORPUS UENDEBAT ACHILLES·
TUM UERO INGENTEM GEMITUM· DAT PECTORE AB IMO·
UT SPOLIA· UT CURRUS· UTQ· IPSUM CORPUS AMICI·
TENDENTEMQ· MANUS· PRIAMUM CONSPEXIT INERMES·
SE QUOQ· PRINCIPIB· PERMIX ADGNOUIT ACHIUIS·
EASQ· ACIES· ET NIGRI MEMNONIS ARMA·
DUCIT AMAZONIDUM LUNATIS AGMINA PELTIS
PENTHESILEA FURENS· MEDIISQ· IN MILIB· ARDET·
AUREA SUBNECTENS· EXERTAE CINGULA MAMMAE
BELLATIX· AUDETQ· UIRIS CONCURRERE UIRGO·
HAEC DUM DARDANIO AENEAE MIRANDA UIDENTUR·

DUM STUPET· OPTUTUQ· HAERET DEFIXUS IN UNO·
REGINA AD TEMPLUM· FORMA PULCHERRIMA DIDO
INCESSIT· MAGNA IUUENUM STIPANTE CATERUA·
QUALIS IN EUROTAE RIPIS· AUT PER IUGA CYNTHI
EXERCET DIANA CHOROS· QUAM MILLE SECUTAE·
HINC ATQ· HINC GLOMERANTUR OREADES· ILLA PHARETRĀ
FERT UMERO· GRADIENSQ· DEAS UPEREMINET OMNIS·
LATONAE TACITUM PERTEMPTANT GAUDIA PECTUS·
TALIS ERAT DIDO· TALEM SE LAETA FEREBAT·
PER MEDIOS INSTNS OPERI REGNISQ· FUTURIS·
TUM FORIB· DIUAE MEDIA TESTUDINE TEMPLI·
SAEPTA ARMIS SOLIOQ· ALTE SUBNIXA RESEDIT
IURA DABAT LEGESQ· LEGESQ· UIRIS OPERUMQ· LABORE
PARTIBUS AEQUABAT IUSTIS AUT SORTE TRAHEBAT·
CUM SUBITO AENEAS CONCURSU ACCEDERE MAGNO·
ANTHEA SERGESTUMQ· UIDET· FORTEMQ· CLOANTHŪ
TEUCRORUMQ· ALIOS· ATER QUOS AEQUORE TURBO
DISPULERAT· PENITUSQ· ALIAS AUEXERAT ORAS·
OBSTIPUIT SIMUL IPSE· SIMUL PERCULSUS ACHATES·
LAETITIAQ· METUQ· AUIDI CONIUNGERE DEXTRAS
ARDEBANT· SED RES ANIMOS INCOGNITA TURBAT·
DISSIMULANT· ET NUBE CAUA SPECULANTUR AMICTI·
QUAE FORTUNA UIRIS· CLASSEM QUO LITORE LINQUAN·
QUIT UENIANT· CUNCTI· NAM LECTI NAUIB· IBANT
ORANTES UENIAM· ET TEMPLUM CLAMORE PETEBAN·
POSTQUAM INTROGRESSI· ET CORAM DATA COPIA FANDI·
MAXIMUS ILIONEUS PLACIDO SIC PECTORE COEPIT
O REGINA NOUAM CUI CONDERE IUPPITER URBEM·
IUSTITIAQ· DEDIT GENTIS FRENARE SUPERBAS·

TROES TE MISERI UENTIS MARIA OMNIA UECTI·
ORAMUS· PROHIBE INFANDOS A NAUIB· IGNES·
PARCE PIO GENERI· ET PROPIUS RES ASPICE NOSTRAS·
NON NOS AUT FERRO LIBYCOS PEPULARE PENATES
UENIMUS· AUT RAPTAS AD LITORA UERTERE PRAEDAS·
NON EA UIS ANIMO· NEC TANTA SUPERUIA UICTIS·
EST LOCUS. HESPERIAM GRAI COGNOMINE DICUNT·
TERRA ANTIQUA· POTENS ARMIS ATQ· UBERE GLEBAE·
OENOTRII COLUERE UIRI· NUNC FAMA MINORES
ITALIAM DIXISSE· DUCIS DE NOMINE GENTEM·
HIC CURSUS FUIT·
CUM SUBITO ADSURGENS FLUCTU NIMBOSUS ORIO̅
IN UADA CAECA TULIT· PENITUSQ· PROCACIB· AUSTRIS
PERQ· UNDAS SUPERANTE SALO· PERQ· INUIA SAXA
DISPULIT. HUC PAUCI UESTRIS ADNAUIMUS ORIS·
QUOT GENUS HOC HOMINUM·QUAEUE HUNC TAM BARBARA MORE̅
PERMITTIT PATRIA· HOSPITIO PROHIBEMUR HARENAE·
BELLA CIENT· PRIMAQ· UETANT CONSISTERE TERRA·
SI GENUS HUMANUM· ET MORTALIA TEMNITIS ARMA
ADSPERATE DEOS. MEMORES FANDI ATQ· NEFANDI·
REX ERAT AENEAS NOBIS· QUO IUSTIOR ALTER
NEC PIETATE FUIT NEC BELLO MAIOR ET ARMIS·
QUEM SI FATA UIRUM SERUANT· SI UESCITUR AURA
AETHERIA NEQ· ADHUC CRUDELIB· OCCUBAT UMBRIS
NON METUS· OFFICIO NEC TE CERTASSE PRIOREM
PAENITEANT· SUNT ET SICULIS REGIONIBUS URBES
ARUAQ·. TROIANOQ· A SANGUINE CLARUS ACESTES·
QUASSATAM UENTIS LICEAT SUBDUCERE CLASSEM
ET SILUIS APTARE TRABES· ET STRINGERE REMOS·

SI DATUR ITALIAM SOCIIS ET REGE RECEPTO
TENDERE UT ITALIAM LAETI LATIUMQ· PETAMUS
SIN ABSUMPTA SALUS· ET TE PATER OPTIME TEUCRUM
PONTUS HABET LIBYAE· NEC SPES IAM RESTAT IULI·
AT FRETA SICANIAE SALTEM· SEDESQ· PARATAS
UNDE HUC ADUECTI REGEMQ· PETAMUS ACESTEN
TALIB· ILIONEUS, CUNCTISSIMUL ORE FREMEBANT
DARDANIDAE·
TUM BREUITER DIDO UULTUM DEMISSA PROFATUR
SOLUITE CORDE METUM TEUCRI· &SECLUDITE CURAS
RES DURA ET REGNI NOUITAS· ME TALIA COGUNT
MOLIRI ET LATE FINIS CUSTODE TUERI·
QUIS GENUS AENEADUM, QUIS TROIAE NESCIAT URBE̅
UIRTUTESQ·. UIROSQ·. AUT TANTI INCENDIA BELLI·
NON OBTUNSA ADEO, GESTAMUS PECTORA POENI·
NEC TAM AUERSUS EQUOS· TYRIA [SOL] IUNGIT AB URBE·
SEU UOS HESPERIAM MAGNAM· SATURNIAQ· ARUA
SIUE ERYCIS FINES· REGEMQ· OPTATIS ACESTEN·
AUXILIO TUTOS DIMITTAM· OPIBUSQ· IUUABO·
UULTIS ET HIS MECUM PARITER CONSIDERE REGNIS
URBEM QUAM STATUO UESTRA EST· SUBDUCITE NAUES
TROS TYRIOSQ· MIHI· NULLO DISCRIMINE AGETUR·
ATQ· UTINAM REX IPSE NOTO COMPULSUS EODEM
ADFORET AENEAS· [E]QUIDEM PER LITORA CERTOS
DIMITTAM ET LIBYAE LUSTRARE EXTREMA IU[B]UEBO
SI QUIBUS ELECTUS SILUIS· AUT URBIB· ERRAT·
HIS ANIMUM ARRECTI DICTIS ET FORTIS ACHATES
ET PATER AENEAS· IANDUDUM ERUMPERE NUBEM
ARDEBANT PRIOR AENEAN COMPELLAT ACHATES

NATE DEA. QUAE. NUNC. ANIMO SENTENTIA. SURGIT ·
OMNIA TUTA UIDES: CLASSEM, SOCIOSQ: RECEPTOS ·
UNUS ABEST: MEDIO, IN. FLUCTU, QUEM UIDIMUS IPSI
SUBMERSUM: DICTIS, RESPONDENT: CETERA. MATRIS ·
UIX EA. FATUS ERAT: CUM. CIRCUMFUSA. REPENTE
SCINDIT SE NUBES: ET IN AETHERA. PURGAT. APERTUM·
RESTITIT AENEAS: CLARAQ: IN. LUCE REFULSIT ·
RESTITIT AENEAS: CLARAQ: IN LUCE REFULSIT
OS UMEROSQ: DEO. SIMILIS: NAMQ: IPSA. DECORAM
CAESARIEM: NATO GENETRIX: LUMENQ: IUUENTAE
PURPUREUM· ET LAETOS. OCULIS. ADFLARAT HONORES ·
QUALE MANUS ADDUNT. EBORI DECUS· AUT UBI FLAUO
ARGENTUM· PARIUSUE LAPIS, CIRCUMDATUR AURO ·
TUM SIC REGINAM. ADLOQUITUR: CUNCTISQ: REPENTE
INPROUISUS AIT CORAM: QUEM QUAERITIS. ADSUM
TROIUS AENEAS LIBYCIS EREPTUS AB. UNDIS ·
O. SOLA· INFANDOS TROIAE. MISERATA LABORES ·
QUAE NOS RELIQUIAS. DANAUM TERRAEQ: MARISQ: ·
OMNIB· EXHAUSTOS IAM CASIBUS: OMNIUM. EGENOS ·
UREE. DOMO, SOCIAS · GRATES. PERSOLUERE. DIGNAS.
NON OPIS. EST NOSTRAE DIDO· NEC QUIQUID UBIQ: EST
GENTIS DARDANIAE· MAGNUM. QUAE SPARSA PER. ORBEM·
DI TIBI. SI. QUA. PIOS RESPECTANT. NUMINA· SIQUID
USQUAM. IUSTITIAE EST· ET MENS SIBI. CONSCIA. RECTI·
PRAEMIA DIGNA FERANT· QUAE TE TAM LAETA. TULERUNT
SAECULA· QUI TANTI TALEM. GENUERE. PARENTES ·
IN: FRETA DUM. FLUUII. CURRENT: DUM: MONTIB: UMBRAE
LUSTRABUNT: CONUEXA. POLUS, DUM: SIDERA. PASCIT
SEMPER: HONOS NOMENQ: TUUM: LAUDESQ: MANEBUNT

QUAE ME CUMQ· UOCANT TERRAE· SIC FATUS AMICUM
ILIONEA PETIT DEXTRA· LEUAQ· SERESTUM·
POST ALIOS· FORTEMQ· GYAN· FORTEMQ· CLOANTHUM·
OPSTIPUIT· PRIMO ASPECTU SIDONIA DIDO·
CASU DEINDE UIRI TANTO· ET SIC ORE LOCUTA EST
QUIS TE NATE DEA, PER TANTA PERICULA CASUS
INSEQUITUR· QUAE UIS INMANIB· ADPLICAT ORIS·
TU NE ILLE AENEAS· QUEM DARDANIO ANCHISAE·
ALMA UENUS· PHRYGII GENUIT SIMOENTIS AD UNDA~
ATQ· EQUIDEM TEUCRUM MEMINI SIDONIA UENTRE·
FINIB· EXPULSUM PATRIIS· NOUA REGNA PETENTEM·
AUXILIO BELI· GENITOR TUM BELUS· OPIMAM
UASTABAT CYPRUM ET UICTOR DECIONE TENEBAT·
TEMPORE IAM EX ILLO· CASUS MIHI COGNITUS URBIS
TROIANAE· NOMENQ· TUUM· REGESQ· PELASGI·
IPSE HOSTIS TEUCROS· INSIGNI LAUDE FEREBAT·
SEQ· ORTUM ANTIQUA· TEUCRORUM AB STIRPE UOLEBAT·
QUARE AGITE· O TECTIS IUUENES SUCCEDITE NOSTRIS·
ME QUOQ· PER MULTOS, SIMILIS· FORTUNA LABORES
IACTATAM· AC DEMUM UOLUIT CONSISTERE TERRA·
NON IGNARA MALI· MISERIS SUCCURRERE DISCO·
SIC MEMORAT· SIMUL AENEASN IN REGIA DUCIT
TECTA· SIMUL DIUUM TEMPLIS INDICIT HONOREM·
NEC MINUS INTEREA· SOCIIS AD LITORA MITTIT
UIGINTIM TAUROS· MAGNORUM HORRENTIA CENTUM
TERGA SUUM PINGUIS CENTUM CUM MATRIB· AGNOS·
MUNERA· LAETITIAMQ· DEI·
AT DOMUS INTERIOR· REGALI SPLENDIDA LUXU
INSTRUITUR· MEDIISQ· PARANT CONUIUIA TECTIS

ARTE LABORATAE UESTES· OSTROQ: SUPERBO·
INGENS ARGENTUM MENSIS· CELATAQ: IN AURO
FORTIA FACTA PATRUM· SERIES LONGISSIMA RERUM
PER TOT DUCTA UIROS· ANTIQUAE AB ORIGINE GENTIS·
AENEAS· NEQ: ENIM PATRIUS CONSISTERE MENTEM
PASSUS AMOR· RAPIDUM AD NAUIS PRAEMITTIT ACHATE
ASCANIO FERAT HAEC IPSUMQ· AD MOENIA DUCAT
OMNIS IN ASCANIO CARI STAT CURA PARENTIS·
MUNERA PRAETEREA· ILIACIS EREPTA RUINIS
FERRE IUBET· PALLAM SIGNIS AUROQ: RIGENTEM·
ET CIRCUMTEXTUM CROCEO UELAMEN ACANTHO·
ORNATUS ARGIUAE HELENAE QUOS ILLA MYCENIS
PERGAMA CUM PETERET· INCONCESSOSQ: HYMENAEOS.
EXTULERAT· MATRIS LEDAE MIRABILE DONUM·
PRAETEREA SCEPTRUM ILIONE· QUOD GESSERAT OLIM
MAXIMA NATARUM PRIAMI· COLLOQ· MONILE
BACATUM· ET DUPLICEM GEMMIS AUROQ: CORONAM·
HAEC CELERANS· ITER AD NAUIS TENDEBAT ACHATES·
AT CYTHEREA. NOUAS ARTES· NOUA PECTORE UERSAT
CONSILIA· UT FACIEM MULTATUS· ET ORA CUPIDO·
PRO DULCI ASCANIO UENIAT· DONISQ: FURENTEM
INCENDAT REGINAM· ATQ: OSSIB· IMPLICET IGNEM·
QUIPPE DOMUM TIMET AMBIGUAM· TYRIOSQ: BILINGUIS
URIT ATROX IUNO· ET SUB NOCTEM CURA RECURSAT·
ERGO HIS ALIGERUM DICTIS ADFATUR AMOREM·
NATE MEAE UIRES· MEA MAGNA POTENTIA· SOLUS
NATE· PATRIS SUMMI QUI TELA TYPHOEA TEMNIS
AD TE CONFUGIO· ET SUPPLEX TUA NUMINA POSCO·
FRATER UT AENEAS PELAGO TUUS· OMNIA CIRCUM

LITORA· IACTETURQ: ODIIS IUNONIS INIQUAE·
NOTA TIBI· ET NOSTRO DOLUISTI SAEPE DOLORE·
HUNC PHOENISSA TENET DIDO, BLANDISQ: MORATUR
UOCIB·. ET UEREOR QUO SE IUNONIA UERTANT
HOSPITIA· HAUD TANTO CESSABIT CARDINE RERUM
QUO CIRCA CAPERE ANTE DOLIS· ET CINGERE FLAMMA
REGINAM MEDITOR· NE QUO SE NUMINE MUTET·
SET MAGNO AENEAN MECUM TENEATUR AMORE·
QUA FACERE ID POSSIS· NOSTRAM NUNC ACCIPE MENTEM·
REGIUS ACCITU CARI GENITORIS: AD URBEM
SIDONIAM PUER IRE PARAT· MEA MAXIMA CURA
DONA FERENS, PELAGO ET FLAMMIS RESTANTIA TROIAE·
HUNC EGO· SOPITUM SOMNO SUPER ALTA CYTHERA·
AUT SUPER IDALIUM· SACRATA SEDE RECONDAM·
NE QUA SCIRE DOLOS, MEDIUSUE OCCURRERE POSSIT·
TU FACIEM ILLIUS [illegible] NOCTEM NON AMPLIUS UNAM·
FALLE DOLO· ET NOTOS· PUERI PUER INDUE UULTUS·
UT CUM TE GREMIO ACCIPIET· LAETISSIMA DIDO·
REGALIS INTER MENSAS· LATICEMQ: LYAEUM·
CUM DABIT AMPLEXUS· ATQ: OSCULA DULCIA FIGET·
OCCULTUM INSPIRES IGNEM FALLASQ: UENENO·
PARET AMOR DICTIS CARAE GENETRICIS· ET ALAS
EXUIT· ET GRESSU GAUDENS INCEDIT IULI·
AT UENUS ASCANIO· PLACIDAM PER MEMBRA QUIETEM.
INRIGAT· ET FOTUM GREMIO DEA· TOLLIT IN ALTOS
IDALIAE LUCOS· UBI MOLLIS AMARACUS ILLUM
FLORIBUS ET DULCI ADSPIRANS COMPLECTITUR UMBRA·
IAMQ: IBAT DICTO PARENS· ET DONA CUPIDO
REGIA PORTABAT TYRIIS· DUCE LAETUS ACHATE·

CUM UENIT· AULAEIS IAM SE REGINA SUPERBIS
AUREA COMPOSUIT SPONDA· MEDIAMQ· LOCAUIT·
IAM PATER AENEAS· ET IAM TROIANA IUUENTUS
CONUENIUNT· STRATOQ· SUPER DISCUMBITUR OSTRO
MIRANTUR DONA AENEAE· MIRANTUR IULUM·
FLAGRANTISQ· DEI UULTUS· SIMULATAQ· UERBA
PALLAMQ· ET PICTUM CROCEO UELAMEN ACHANTHO·
PRAECIPUAE INFELIX· PESTI DEUOTA FUTURAE·
EXPLERI MENTEM NEQUIT· ARDESCITQ· TUENDO
PHOENISSA· ET PARITER PUERO· DONISQ· MOUETUR·
ILLE UBI COMPLEXU AENEAE· COLLOQ· PEPENDIT·
ET MAGNUM FALSI INPLEUIT GENITORIS AMOREM
DANT MANIB· FAMULAE LYMPHAS· CEREREMQ· CANISTRIS
EXPEDIUNT· TUNSISQ· FERUNT MANTILIA UILLIS·
QUINQUAGINTA INTUS FAMULAE· QUIB· ORDINE LONGO·
CURA PENUM STRUERE· ET FLAMMIS ADOLERE PENATES
CENTUM ALIAE TOTIDEM QUAE PAPARES AETATE MINISTRI·
QUI DAPIB· MENSAS ONERENT· ET POCULA PONANT·
NECNON ET TYRII· PER LIMINA LAETA FREQUENTES
CONUENERE· TORIS IUSSI DISCUMBERE PICTIS·
REGINAM PETIT. HAEC OCULIS· HAEC PECTORE TOTO
HAERET· ET INTERDUM GREMIO FOUET· INSCIA DIDO·
INSIDAT QUANTUS MISERAE DEUS· AT MEMOR ILLE
MATRIS ACIDALIAE· PAULATIM ABOLERE SYCHAEUM
INCIPIT· ET UIUO TEMPTARE UERTERE AMORE·
IAMPRIDEM RESIDES ANIMOS DESUETAQ· CORDA·
POSTQUAM PRIMA QUIES EPULIS· MENSAEQ· REMOTAE
CRATERAS MAGNOS STATUUNT· ET UINA CORONANT·
FIT STREPITUS TECTIS, UOCEMQ· PER AMPLA UOLUTANT

ATRIA· DEPENDENT LYCHNI LAQVEARIB· AVREIS
INCENSI· ET NOCTEM FLAMMIS FVNALIA VINCVNT·
HIC REGINA, GRAVEM GEMMIS· AVROQ· POPOSCIT·
IMPLEVITQ· MERO PATERAM· QVAM BELVS, ET OMNES
A BELO SOLITI· TVM FACTA SILENTIA TECTIS·
IVPPITER· HOSPITIB· NAM TE DARE IVRA LOQVNTVR·
HVNC LAETVM TYRIISQ· DIEM· TROIAQ· PROFECTIS
ESSE VELIS· NOSTROSQ· HVIVS MEMINISSE MINORES·
ATSIT LAETITIAE BACCHVS DATOR· ET BONA IVNO·
ET VOS O COETVM TYRII· CELEBRATE FAVENTES·
DIXIT· ET IN MENSAM LATICVM LIBAVIT HONOREM·
PRIMAQ· LIBATO SVMMO TENVS ATTIGIT ORE·
TVM BITIAE DEDIT INCREPITANS· ILLE INPIGER· HAVSIT
SPVMANTEM PATERAM· ET PLENO SE PROLVIT AVRO·
POST ALII PROCERES· CITHARA CRINITVS IOPAS
PERSONAT AVRATA· DOCVIT QVEM MAXIMVS ATLANS·
HIC CANIT ERRANTEM LVNAM· SOLISQ· LABORES·
VNDE HOMINVM GENVS, ET PECVDES· VNDE IMBER, ET IGNES·
ARCTVRVM· PLVVIASQ· HYADAS GEMINOSQ· TRIONES·
QVID TANTVM OCEANO PROPERENT SE TINGVERE SOLES
HIBERNI· VEL QVAE TARDIS MORA NOCTIB· OBSTET·
INGEMINANT PLAVSV TYRII· TROESQ· SECVNTVR·
NECNON ET VARIO NOCTEM SERMONE TRAHEBAT
INFELIX DIDO· LONGVMQ· BIBEBAT AMOREM·
MVLTA SVPER PRIAMO ROGITANS· SVPER HECTORE MVLTA·
NVNC· QVIBVS AVRORE VENISSET FILIVS ARMIS·
NVNC QVALIS DIOMEDIS EQVI· NVNC QVANTVS ACHILLES·
IMMO AGE· ET A PRIMA DIC HOSPES ORIGINE NOBIS·
INSIDIAS INQVIT DANAVM· CASVSQ· TVORVM·

ERRORESQ: TUOS' NAM TE IAM SEPTIMA PORTAT·
OMNIBUS ERRANTEM TERRIS· ET FLUCTIB: AESTAS'

P VERGILI MARONIS

AENEIDOS LIB· I EXPL·

INCIPIT· LIB· II· FELICITER

CONTICUERE OMNES INTENTIQ· ORA TENEBANT
INDE TORO PATER AENEAS SIC ORSUS AB ALTO
INFANDUM REGINA IUBES RENOUARE DOLOREM
TROIANAS UT OPES, ET LAMENTABILE REGNUM
ERUERINT DANAI· QUAEQ· IPSE MISERRIMA UIDI·
ET QUORUM PARS MAGNA FUI' QUIS TALIA FANDO
MYRMIDONUM DOLOPUMUE· AUT DURI MILES ULIXI'
TEMPERET A LACRIMIS' ET IAM NOX UMIDA CAELO
PRAECIPITAT· SUADENTQ· CADENTIA SIDERA SOMNOS·
SET SI TANTUS AMOR· CASUS COGNOSCERE NOSTROS'
ET BREUITER TROIAE SUPREMUM AUDIRE LABOREM'
QUAMQUAM ANIMUS MEMINISSE HORRET· LUCTUQ· REFUGIT:
INCIPIAM· FRACTI BELLO· FATISQ· REPULSI
DUCTORES DANAUM· TOT IAM LABENTIB· ANNIS'
SIMILIS
INSTAR MONTIS S. E a CUM DIUINA PALLADIS ARTE
AEDIFICANT· SECTAQ· INTEXUNT ABIETE COSTAS'
UOTUM PRO REDITU SIMULANT· EA FAMA UAGATUR·
HUC DELECTA UIRUM SORTITI CORPORA· FURTIM
INCLUDUNT CAECO LATERI· PENITUSQ· CAUERNAS
INGENTIS· UTERUMQ· ARMATO MILITE COMPLE N T·
EST IN CONSPECTU TENEDOS· NOTISSIMA FAMA
INSULA· DIUES OPUM· PRIAMI DUM REGNA MANEBANT'
NUNC TANTUM SINUS· ET STATIO MALE FIDA CARINIS'
HUC SE PROUECTI, DESERTO IN LITORE CONDUNT'
NOS ABISSE RATI· ET UENTO PETISSE MYCENAS'
ERGO OMNIS LONGO SOLUIT SE TEUCRIA LUCTU·
PANDUNTUR PORTAE· IUUAT IRE· ET DORICA CASTRA·
DESERTOSQ· UIDERE LOCOS' LITUSQ· RELICTUM'
HIC DOLOPUM MANUS· HIC SAEUUS TENDEBAT ACHILLES'
CLASSIB· HIC LOCUS, HIC ACIE CERTARE SOLEBANT:

PARS STUPET INNUPTAE DONUM EXITIALE MINERUAE·
ET MOLEM MIRANTUR EQUI· PRIMUSQ· THYMETES·
DUCI INTRA MUROS HORTATUR· ET ARCE LOCARI·
SIUE DOLO, SEU IAM TROIAE SIC FATA FEREBANT·
AT CAPYS, ET QUORUM MELIOR SENTENTIA MENTI·
AUT PELAGO DANAUM INSIDIAS SUSPECTAQ· DONA
PRAECIPITARE IUBENT· SUBIECTISQ· URERE FLAMMIS·
AUT TEREBRARE CAUAS UTERI ET TEMPTARE LATEBRAS·
SCINDITUR INCERTUM STUDIA IN CONTRARIA UØLGUS·
PRIMUS IBI ANTE OMNIS· MAGNA COMITANTE CATERUA
LAUCOON ARDENS· SUMMA DECURRIT AB ARCE
ET PROCUL· O MISERI QUAE TANTA INSANIA CIUES·
CREDITIS AUECTOS HOSTIS· AUT ULLA PUTATIS
DONA· CARERE DOLIS DANAUM· SIC NOTUS ULIXES·
AUT HOC INCLUSI LIGNO OCCULTANTUR ACHIUI·
AUT HAEC IN NOSTROS FABRICAT^{a} EST MACHINA MUROS·
INSPECTURA DOMOS· UENTURAQ· DESUPER URBI·
AUT ALIQUIS LATET ERROR EQUO· NE CREDITE TEUCRI
QUIDQUID ID EST· TIMEO DANAOS ET DONA FERENTES·
SIC FATUS. UALIDIS INGENTEM UIRIB· HASTAM
IN LATUS· INQ· FERIT CURUAM CONPAGIB· ALUUM
CONTORSIT· STETIT ILLA TREMENS UTEROQ· RECUSSO
INSONUERE CAUAE. GEMITUMQ· DEDERE CAUERNAE·
ET SI FATA DEUM· SI MENS NON LAEUA FUISSET·
IMPULERAT FERRO ARGOLICAS FOEDARE LATEBRAS·
TROIAQ· NUNC STARET· PRIAMIQ· ARX ALTA MANERES·
ECCE MANUS IUUENEM INTEREA POST TERGA REUINCTU·
PASTORES MAGNO AD REGEM CLAMORE TRAHEBANT
DARDANIDAE· QUI SE IGNOTUM UENIENTIB· ULTRO

HOC IPSUM UT STRUERET TROIAMQ· PERIRET ACHIUIS
OPTULERAT FIDENS ANIMI· ATQ· IN UTRUMQ· PARATUS·
SEU UERSARE DOLOS· SEU CERTE OCCUMBERE MORTI·
UNDIQ· UISENDI STUDIO TROIANA IUUENTUS
CIRCUMFUSA RUIT· CERTANTQ· INLUDERE CAPTO·
ACCIPE & NUNC DANAUM INSIDIAS, ET CRIMINE AB UNO
DISCE OMNES·
NAMQ· UT CONSPECTU IN MEDIO TURBATUS· INERMIS
CONSTITIT· ATQ· OCULIS PHRYGIA AGMINA CIRCUMSPEXIT·
HEU QUAE NUNC TELLUS INQUIT, QUAE ME AEQUORA POSSUNT
ACCIPERE· AUT QUID IAM MISERO MIHI DENIQ· RESTAT·
CUI NEQ· APUT DANAOS· USQUAM LOCUS· ET SUPER IPSI
DARDANIDAE INFENSI· POENAS CUM SANGUINE POSCUNT·
QUO GEMITU CONUERSI ANIMI, COMPRESSUS ET OMNIS
IMPETUS, HORTAMUR FARI· QUO SANGUINE CRETUS·
QUIDUE FERAT MEMORET· QUAE SIT FIDUCIA CAPTO·
CUNCTA EQUIDEM TIBI REX· FUERIT QUODCUMQ· FATEBOR
UERA· INQUIT· NEQ· ME ARGOLICA DE GENTE NEGABO·
HOC PRIMUM, NEC SI MISERUM FORTUNA SINONE̅
FINXIT· UANUM ETIAM MENDACEMQ· INPROBA FINGET·
FANDO ALIQUOD SI FORTE TUAS PERUENIT AD AURIS
BELIDAE NOMEN· PALAMEDIS. ET INCLYTA FAMA
GLORIA· QUEM FALSA SUB PRODITIONE PELASGI·
INSONTEM· INFANDO INDICIO· QUIA BELLA UETABAT·
DEMISERE NECI· NUNC CASSUM LUMINE LUGENT
ILLI ME COMITEM, ET CONSANGUINITATE PROPINCU̅
PAUPER IN ARMA PATER, PRIMIS HUC MISIT AB ANNIS·
DUM STABAT REGNO INCOLUMIS REGUMQ· UIGEBAT
CONCILIIS· ET NOS ALIQUOD NOMENQ·. DECUSQ·

ILLE HAEC DEPOSITA TANDEM FORMIDINE FATUR·

GESSIMUS· INUIDIA POSTQUAM PELLACIS ULIXI·
HAUT IGNOTA LOQUOR. SUPERIS CONCESSIT AB ORIS·
ADFLICTUS UITAM IN TENEBRIS. LUCTUQ. TRAHEBĀ
ET CASUM INSONTIS· MECUM INDIGNABAR AMICI
NEC TACUI DEMENS ET ME FORS SIQUA TULISSET·
SI PATRIOS UMQUAM REMEASSEM UICTOR AD ARGOS·
PROMISI ULTOREM. ET UERBIS ODIA ASPERA MOUI·
HI^N^C MIHI PRIMA MALI LABES. HINC SEMPER ULIXES·
CRIMINIB· TERRERE NOUIS. HINC SPARGERE UOCES
IN UULGUM AMBIGUAS· ET QUAERERE CONSCIUS ARMA·
NEC REQUIEUIT ENIM· DONEC CALCHANTE MINISTRO·
SED QUID EGO HAEC AUTEM NEQUIEQUAM INGRATA REUOLUO·
QUIDUE MOROR· S·.·I·.·OMNIS UNO ORDINE HABETIS ACHIUOS
IDQ. AUDIRE SAT EST· IANDUDUM SUMITE POENAS·
HOC ITACHUS UELIT. ET MAGNO MERCENTUR ATRIDAE·
TUM UERO ARDEMUS SCITHARI· ET QUAERERE CAUSAS·
IGNARI SCELERUM TANTORUM· ARTISQ. PELASGE
PROSEQUITUR PAUITANS· ET FICTO PECTORE FATUR·
SAEPE FUGAM DANAI. TROIA CUPIERE RELICTA·
MOLIRI· ET LONGO FESSI DISCEDERE BELLO
FECISSENTQ. UTINAM. SAEPE ILLOS ASPERA PONTI
INTERCLUSIT HIEMPS· ET TERRUIT AUSTER EUNTIS·
PRAECIPUAE IĀM CŪM HIC TRABIB· CONTEXTUS ACERNIS
STARET ECUS. TOTO SONUERUNT AETHERE NIMBI·
SUSPENSI EURYPILUM SCITANTUM ORACULA PHOEBI
MITTIMUS· ISQ. ADYTIS HAEC TRISTIA DICTA REPORTAT·
SANGUINE PLACASTIS UENTOS. ET UIRGINE CAESA
CUM PRIMUM ILIACAS DANAI UENISTIS AD ORAS·
SANGUINE QUAERENDI REDITUS. ANIMAQ. LITANDŪ

ARGOLICA· UULGI QUAE UOX UT UENIT AD AURES·
OBSTIPUERE ANIMI. GELIDUSQ· PER IMA CUCURRIT
OSSA TREMOR· CUI FATA PARENT· QUEM POSCAT APOLLO·
HIC ITHACUS UATEM MAGNO CALCHANTA TUMULTU
PROTRAHIT IN MEDIOS· QUA·.· SINT EA NUMINA DIUU̅
FLAGITAT· ET MIHI IAM MULTI CRUDELE CANEBANT
ARTIFICIS SCELUS· ET TACITI UENTURA UIDEBANT·
BIS QUINOS SILET ILLE DIES· TECTUSQ· RECUSAT
PRODERE UOCE SUA QUEMQUAM AUT OPPONERE MORTI·
UIX TANDEM. MAGNIS ITHACI CLAMORIB· ACTUS·
COMPOSITO RUPIT UOCEM· ET ME DESTINAT ARAE·
ADSENSØRE OMNES· ET QUAE SIBI QUISQ· TIMEBAT·
UNIUS IN MISERI EXITIUM CONUERA TULERE·
IAMQ· DIES INFANDA ADERAT. MIHI SACRA PARARI·
ET SALSAE FRUGES. ET CIRCUM TEMPORA UITTAE·
ERIPUI FATEOR LETO ME ET UINCULA RUPI
LIMOSOQ· LACU PER NOCTEM OBSCURUS· IN ULUA
DELITUI· DUM UELA DARENT· SI FORTE DEDISSENT·
NEC MIHI IAM PATRIAM ANTIQUAM SPES ULLA UIDENDI·
NEC DULCIS NATOS. EXOPTATUMQ· PARENTEM·
QUOS ILLI FORS ET POENAS OB NOSTRA REPOSCENT
EFFUGIA· ET CULPAM HANC MISERORUM MORTE PIABU̅T·
QUOD TE PER SUPEROS. ET CONSCIA NUMINA UERI·
PER SIQUA EST QUAE RESTAT ADHUC MORTALIB· UMQUA̅
INTEMERATA FIDES· ORO MISERERE LABORUM
TANTORUM· MISERERE ANIMI NON DIGNA FERENTIS·
HIS LACRIMIS UITAM DAMUS ET MISERESCIMUS ULTRO·
IPSE UERO PRIMUS· MANICAS ATQ· ARCTA LEUARI
UINCLA IUBET PRIMUS· DICTISQ· ITA FATUR AMICIS·

QUISQUIS ES. AMISSOS HINC IAM OBLIUISCERE GRAIOS·
NOSTER ERIS· MIHIQ: HAEC EDISSERE UERA ROGANTI·
QUO MOLEM HANC IMMANIS EQUI STATUERE· QUIS AUCTOR?
QUIDUE PETUNT· QUAE RELIGIO· AUT QUAE MACHINA BELLI·
DIXERAT· ILLE DOLIS INSTRU[CTUS]& ET ARTE PELASGA
SUSTULIT· EXUTAS UINCLIS AD SIDERA PALMAS·
UOS AETERNI INGENS[E]· ET NON UIOLABILE UESTRUM
TESTOR NUMEN AIT· UOS ARAE UOS ARAE ENSESQ: NEFANDI·
QUOS FUGI, UITTAEQ: DEUM· QUAS HOSTIA GESSI·
FAS MIHI GRAIORUM SACRATA RESOLUERE IURA·
FAS ODISSE UIROS, ATQ: OMNIA FERRE SUB AURAS
SIQUA TEGUNT· TENEOR PATRIAE NEC LEGIB· ULLIS·
TU MODO PROMISSIS MANEAS· SERUATAQ: SERUES
TROIA FIDEM· SI UERA FERAM· SI MAGNA REPENDAM·
OMNIS SPES DANAUM· ET COEPTI FIDUCIA BELLI·
PALLADIS AUXILIIS SEMPER STETIT· IMPIUS EX QUO
TYDIDES, SED ENIM SCELERUMQ: INUENTOR ULIXES·
FATALEM ADGRESSI SACRATO AUELLERE TEMPLO
PALLADIUM· CAESIS SUMMAE CUSTODIB· ARCIS
CORRIPUERE SACRAM EFFIGIEM· MANIBUSQ: CRUENTIS
UIRGINEAS, AUSI DIUAE CONTINGERE UITTAS·
EX ILLO FLUERE· AC RETRO SUBLAPSA REFERRI
SPES DANAUM· FRACTAE UIRES· AUERSA DEAE MENS·
NEC DUBIIS EA SIGNA DEDIT TRITONIA MONSTRIS·
UIX POSITUM CASTRIS SIMULACRUM, ARSERE CORUSCAE
LUMINIBUS FLAMMAE ARRECTIS· SALSUSQ: PER ARTUS
SUDOR IIT· TERQ: IPSA SOLO MIRABILE DICTU·
EMICUIT· PARMAMQ: FERENS HASTAMQ: TREMENTEM·
EXTEMPLO TEMPTANDA FUGA· CANIT AEQUORA CALCHAS·

NEC POSSE ARGOLICIS EXCINDI PERGAMA TELIS·
OMINA NI REPETANT ARGIS, NUMENQ: REDUCANT·
QUOD PELAGO, ET CURUIS SECUM AUEXERE CARINIS·
ET NUNC QUOD PATRIAS UENTO PETIERE MYCENAS·
ARMA, DEOSQ: PARANT COMITES· PELAGOQ: REMENSO
INPROUISI ADERUNT· ITA DIGERIT OMINA CALCHAS·
HANC PRO PALLADIO MONITI, PRO NUMINE LAESO·
EFFIGIEM STATUERE· NEFAS QUAE TRISTE PIARET·
HANC TAMEN INMENSAM CALCHAS ATTOLLERE MOLE͞·
ROBORIB· TEXTIS· CAELOQ: EDUCERE IUSSIT·
NE RECIPI PORTIS, AUT DUCI INTRA MOENIA POSSIT·
NEU POPULUM ANTIQUA SUB REGIONE TUERI
NAM SI UESTRA MANUS, UIOLASSET DONA MINERUAE·
TUM MAGNUM EXITIUM· QUOD DII PRIUS OMEN IN IPSUM
CONUERTANT· PRIAMI IMPERIO PHRYGIBUSQ: FUTURUM·
SIN MANIBUS UESTRIS, UESTRAM ASCENDISSET IN URBE͞·
ULTRO ASIAM· MAGNO PELOPEA AD MOENIA BELLO
UENTURAM· ET NOSTROS EA FATA MANERE NEPOTES
TALIBUS INSIDIIS· PEIURIQ: ARTE SINONIS·
CREDITA RES· CAPTIQ: DOLIS· LACRIMISQ: COACTIS·
QUOS NEQ: TYDIDES, NEC CLARISSAEUS ACHILLES·
NON ANNI DOMUERE DECEM· NON MILLAE CARINAE·
HIC ALIUD MAIUS MISERIS· MULTOQ: TREMENDUM
OBICITUR MAGIS· ATQ: INPROUIDA PECTORA TURBAT·
LAUCOON DUCTUS, NEPTUNO SORTE SACERDOS·
SOLLEMNIS TAURUM INGENTEM MACTABAT AD ARA͞·
ECCE AUTEM GEMINI A TENEDO TRANQUILLA PER ALTA·
HORRESCO REFERENS, INMENSI ORBIB· ANGUES·
INCUMBUNT PELAGO, PARITERQ: AD LITORA TENDUNT·

PECTORA QUORUM INTER FLUCTUS ARRECTA· TUBAEQ·
SANGUINEAE· SUPERANT UNDAS· PARS CETERA PONTŪ
PONE LEGIT· SINUATQ· IMMENSA UOLUMINE TERGA·
FIT SONITUS SPUMANTE SALO· IAMQ· ARUA TENEBANT·
ARDENTISQ· OCULOS· SUFFECTI SANGUINE ET IGNI·
SIBILA LAMBEBANT LINGUIS UIBRANTIB· ORA·
DIFFUGIMUS UISU EXANGUES· ILLI AGMINE CERTO
LAUCOONTA PETUNT· ET PRIMUM PARUA DUORUM
CORPORA NATORUM· SERPENS AMPLEXUS UTERQ·
IMPLICAT· ET MISEROS MORSU DEPASCITUR ARTUS·
POST IPSUM· AUXILIO SUBEUNTEM· AC TELA FERENTEM
CORRIPIUNT· SPIRISQ· LIGANT INGENTIB· ET IAM
BIS MEDIUM AMPLEXI· BIS COLLO SQUAMEA CIRCUM
TERGA DATI· SUPERANT CAPITE ET CERUICIB· ALTIS·
ILLE SIMUL· MANIBUS TENDIT DIUELLERE NODOS·
PERFUSUS SANIE UITTAS· ATROQ· UENENO·
CLAMORES SIMUL HORRENDOS AD SIDERA TOLLIT·
QUALIS MUGITUS. FUGIT CUM SAUCIUS ARAM
TAURUS· ET INCERTAM EXCUSSIT CERUICE SECURIM·
AT GEMINI LAPSU DELUBRA AD SUMMA DRACONES
DIFFUGIUNT· SAEUAEQ· PETUNT TRITONIDIS ARCEM·
SUP PEDIBUSQ· DEAE, CLIPEIQ· SUB ORBE TEGUNTUR·
TUM UERO. TREMEFACTA NOUUS PER PECTORA CUNCTIS
INSINUAT PAUOR· ET SCELUS EXPENDISSE MERENTEM
LAOCOONTA FERUNT· SACRUM QUI CUSPIDE ROBUR
LAESERIT· ET TERGO SCELERATAM INTORSERIT HASTAM·
DUCENDUM AD SEDES SIMULACRUM, ORANDAQ· DIUAE
NUMINA CONCLAMANT·
DIUI[DI]MUS MUROS, ET MOENIA PANDIMUS URBIS

ACCINGUNT OMNES OPERI· PEDIBUSQ· ROTARUM
SUBICIUNT LAPSUS· ET STUPPEA UINCULA COLLO
INTENDUNT· SCANDIT FATALIS MACHINA MUROS·
FETA ARMIS· PUERI CIRCUM INNUPTAEQ· PUELLAE
SACRA CANUNT FUNEMQ· MANU COÑINGERE GAUDENT·
ILLA SUBIT· MEDIAEQ· MINANS INLABITUR URBI·
O PATRIA· O DIUUM DOMUS ILIUM· ET INCLUTA BELLO
MOENIA DARDANIDUM· QUATER IPSO IN LIMINE PORTAE
SUBSTITIT· ATQ· UTERO SONITUM QUATER ARMA DEDERE·
INSTAMUS TAMEN INMEMORES. CAECIQ· FURORE·
ET MONSTRUM INFELIX SACRATA SISTIMUS ARCE·
TUNC ETIAM FATIS APERIT CASSANDRA FUTURIS
ORA· DEI IUSSU NON UMQUAM CREDITA TEUCRIS·
NOS DELUBRA DEUM MISERI, QUIB· ULTIMUS ESSET
ILLE DIES· FESTA UELAMUS FRONDE PER URBEM·
UERTITUR INTEREA CAELUM. ET RUIT OCEANO NOX·
INUOLUENS UMBRA MAGNA TERRAMQ· POLUMQ·
MYRMIDONUMQ· DOLOS· FUSI PER MOENIA TEUCRI·
CONTICUERE, SOPOR FESSOS COMPLECTITUR ARTUS·
ET IAM ARGIUA PHALANX, INSTRUCTIS NAUIB· IBAT
A TENEDO· TACITAE PER AMICA SILENTIA LUNAE·
LITORA NOTA PETENS· FLAMMAS CUM REGIA PUPPIS
EXTULERAT· FATISQ· DEUM DEFENSUS INIQUIS·
INCLUSOS UTERO DANAOS· ET PINEA FURTIM
LAXAT CLAUSTRA SINON· ILLOS PATEFACTUS AD AURAS
REDDIT EQUUS· LAETIQ· CAUO SE ROBORE PROMUNT·
THESSANDRUS. STHENELUSQ· DUCES· ET DIRUS ULIXES·
DEMISSUM LAPSI PER FUNEM· ACHAMASQ· THOASQ·
PELIDESQ· NEOPTOLEMUS· PRIMUSQ· MACHAON·

ET MENELAUS· ET IPSE DOLI FABRICATOR EPAEOS·
INUADUNT URBEM, SOMNO UINOQ SEPULTAM·
CAEDUNTUR UIGILES· PORTISQ· PATENTIB· OMNES
ACCIPIUNT SOCIOS· ATQ· AGMINA CONSCIA IUNGUNT
TEMPUS ERAT QUO PRIMA QUIES MORTALIB· AEGRIS
INCIPIT· ET DONO DIUUM GRATISSIMA SERPIT·
IN SOMNIS ECCE ANTE OCULOS, MAESTISSIMUS HECTOR·
UISUS ADESSE MIHI· LARGOSQ· EFFUNDERE FLETUS·
RAPTATUS BIGIS UT QUONDAM· ATERQ· CRUENTO
PULUERE· PERQ· PEDES TRAIECTUS LORA TUMENTIS·
EI MIHI QUALIS ERAT· QUANTUM MUTATUS AB ILLO
HECTORE· QUI REDIT EXUUIAS INDUTUS ACHILLI·
UEL DANAUM PHRYGIOS IACULATUS PUPPIB· IGNIS·
SQUALENTEM BARBAM. ET CONCRETOS SANGUIME CRINIS·
UULNERAQ· ILLA GERENS, QUAE CIRCUM PLURIMA MUROS
ACCEPIT PATRIOS· ULTRO FLENS IPSE UIDEBAR
COMPELLARE UIRUM· ET MAESTAS EXPROMERE UOCES·
O LUX DARDANIAE SPES·:·O FI[di]SSIMA TEUCRUM·
QUAE TANTAE TENUERE MORAE· QUIB· HECTOR AB ORIS
EXPECTATE UENIS· UT TE POST MULTA TUORUM
FUNERA· POST UARIOS HOMINUMQ· URBISQ· LABORES.
DEFESSI ASPICIMUS· QUAE CAUSA INDIGNA SERENOS
FOEDAUIT UULTUS· AUT CUR NHAEC UOLNERA CERNO·
ILLE [N]MIHIL, NEC ME QUAERENTEM UANA MORATUR·
SED GRAUITER GEMITUS· IMO DE PECTORE DUCENS·
HEU FUGE NATE DEA· TEQ· HIS AIT ERIPE FLAMMIS·
HOSTIS HABET MUROS· RUIT ALTO A CULMINE TROIA·
SAT PATRIAE PRIAMOQ· DATUM· SI PERGAMA DEXTRA
DEFENDI POSSENT· ETIAM HAC DEFENSA FUISSENT·

SACRA· SUOSQ· TIBI COMMENDAT TROIA PENATES·
HOS CAPE FATORUM COMITES. HIS MOENIA QUAERE
MAGNA· PERERRATO STATUES QUAE DENIQ· PONTO·
SIC AIT. ET MANIB· UITTAS. UESTAMQ· POTENTEM·
AETERNUMQ· ADYTIS EFFERT PENETRALIB· IGNEM·
DIUERSO INTEREA MISCENTUR MOENIA LUCTU·
ET MAGIS ATQ· MAGIS. QUAMQUAM SECRETA PARENTIS
ANCHISAE DOMUS· ARBORIBUSQ· OBTECTA RECESSIT·
CLARESCUNT SONITUS· ARMORUMQ· INGRUIT HORROR·
EXCUTIOR SOMNO. ET SUMMI FASTIGIA TECTI·
ASCENSU SUPERO· ATQ· ARRECTIS AURIB· ADSTO.
IN SEGETEM UELUTI CUM FLAMMA FURENTIB· AUSTRIS
INCIDIT· AUT RAPIDUS MONTANO FLUMINE TORRENS·
STERNIT AGROS. STERNIT SATA LAETA· BOUMQ· LABORES·
PRAECIPITESQ· TRAHET SILUAS· STUPET INSCIUS ALTO
ACCIPIENS SONITUM· SAXI DE UERTICE PASTOR·
TUM UERO MANIFESTA FIDES· DANAUMQ· PATESCUÑ
INSIDIAE· IAM DEIPHOBI DEDIT AMPLA RUINAM·
UULCANO SUPERANTE DOMUS· IAM PROXIMUS ARDET
UCALEGON· SIGEA IGNI FRETA LATA RELUCENT·
EXORITUR· CLAMORQ· UIRUM· CLANGORQ· TUBARŪ
ARMA AMENS CAPIO. NEC SAT RATIONIS IN ARMIS·
SED GLOMERARE MANUM BELLO. ET CONCURRERE IN ARCEM
CUM SOCIIS ARDENT ANIMI· FUROR IRAQ· MENTĒ
PRAECIPITANT· PULCHRUMQ· MORI SUCCURRIT IN ARMIS·
ECCE AUTEM TELIS· PANTHUS ELAPSUS ACHIUOM·
PANTHUS OTHRYADES· ARCHIS PHOEBIQ· SACERDOS·
SACRA MANU. UICTOSQ· DEOS· PARUUMQ· NEPOTEM
IPSE TRAHIT· CURSUQ· AMENS AD LIMINA TENDIT·

QUO RES SUMMA LOCO PANTHU, QUAM PRENDIMUS ARCE·
UIX EA FATUS ERAM' GEMITU CUM TALIA REDDIT·
UENIT SUMMA DIES. ET INELUCTABILE TEMPUS
DARDANIAE· FUIMUS TROES· FUIT ILIUM· ET INGENS
GLORIA TEUCRORUM· FERUS OMNIA IUPPITER ARGOS
TRANSTULIT· INCENSA DANAI DOMINANTUR IN URBE·
ARDUUS ARMATOS MEDIIS IN MOENIB· ADSTANS
FUNDIT EQUUS· UICTORQ· SINON INCENDIA MISCET
INSULTANS· PORTIS ALII BIPATENTIB· ADSUNT·
MILIA QUOT MAGNIS UMQUAM UENERE MYCENIS·
OBSEDERE ALII, TELIS ANGUSTA UIARUM
OPPOSITIS. STAT FERRI ACIES MUCRONE CORUSCO
STRICTA· PARATA NECI· UIX PRIMI PROELIA TEMPTANT
PORTARUM UIGILES· ET CAECO MARTE RESISTUNT·
TALIBUS OTHRYADE DICTIS· ET NUMINE DIUUM·
IN FLAMMAS, ET IN ARMA FEROR· QUO TRISTIS ERYNIS·
QUO FREMITUS UOCAT· ET SUBLATUS AD AETHERA CLAMOR·
ADDUNT SE SOCIOS RIPHEUS. ET MAXIMUS ARMIS
AEPYTUS· OBLATI PER LUNAM· HYPANISQ· DYMASQ·
ET LATERI ADGLOMERANT NOSTRO· IUUENISQ· COROEB·
MYGDONIDES, ILLIS AD TROIAM FORTE DIEB·
UENERAT· INSANO CASSANDRAE INCENSUS AMORE·
ET GENER· AUXILIUM PRIAMO. PHRYGIBUSQ· FEREBAT·
INFELIX· QUI NON SPONSAE PRAECEPTA FURENTIS
AUDIERIT·
QUOS UBI CONFERTOS, AUDERE IN PROELIA UIDI·
INCIPIO SUPER HIS· IUUENES FORTISSIMA FRUSTRA
PECTORA· SI UOBIS AUDENDI EXTREMA CUPIDO
CERTA SEQUI· QUAE SIT REB· FORTUNA UIDETIS·

EXCESSERE OMNES ADYTIS· ARISQ· RELICTIS
DII QUIB· IMPERIUM HOC STETERAT SUCCURRITIS URBI
INCENSA[E] MORIAMUR· ET IN MEDIA ARMA RUAMUS·
UNA SALUS UICTIS. NULLAM SPERARE SALUTEM·
SIC ANIMIS IUUENUM FUROR ADDITUS· INDE LUPI CEU
RAPTORES, ATRA IN NEBULA· QUOS IMPROBA UEÑRIS
EXEGIT CAECOS RABIES· CATULIQ· RELICTI
FAUCIB· EXPECTANT SICCIS· PER TELA PER HOSTES
UADIMUS, HAUD DUBIAM IN MORTEM· MEDIAEQ· TENEMUS
URBIS ITER· NOX ATRA CAUA CIRCUMUOLAT UMBRA·
QUIS CLADEM ILLIUS NOCTIS QUIS FUNERA FANDO
EXPLICET· AUT POSSIT LACRIMIS AEQUARE LABORES·
URB∴S ANTIQUA RUIT· MULTOS DOMINATA PER ANNOS·
PLURIMA PERQ· UIAS; STERNUNTUR INERTIA PASSIM
CORPORA· PERQ· DOMOS· ET RELIGIOSA DEORUM
LIMINA· NEC SOLI POENAS DANT SANGUINE TEUCRI·
QUONDAM ETIAM UICTIS REDIT IN PRECORDIA UIRTU·
UICTORESQ· CADUNT DANAI· CRUDELIS UBIQ·
LUCTUS, UBIQ· PAUOR· ET PLURIMA MORTIS IMAGO·
PRIMUS. SE DANAUM MAGNA COMITANTE CATERUA·
ANDROGEUS OFFERT NOBIS· SOCIA AGMINA CREDENS
INSCIUS· ATQ· ULTRO UERBIS COMPELLAT AMICIS·
FESTINATE UIRI· NAM QUAE TAM SERA MORATUR
SEGNITIES· ALII RAPIUNT INCENSA FERUNTQ·
PERGAMA· UOS CELSIS NUNC PRIMUM Á NAUIB ITIS·
DIXIT. ET EXTEMPLO NEQ· ENIM RESPONSA DABANTUR
FIDA SATIS· SENSIT MEDIOS DELAPSUS IN HOSTIS·
OBSTIPUIT RETROQ· PEDEM CUM UOCE REPRESSIT·
∴PROUISUM ASPRIS UELUTI QUI SENTIB· ANGUEM

PRESSIT. HUMI NITENS· TREPIDUSQ· REPENTE REFUGIT·
ATTOLLENTEM IRAS· ET CAERULA COLLA TUMENTEM·
HAUT SECUS ANDROGEUS· UISU TREMEFACTUS ABIBAT·
INRUIMUS. DENSIS ET CIRCUMFUNDIMUR ARMIS·
IGNAROSQ· LOCI PASSIM· ET FORMIDINE CAPTOS
STERNIMUS· ADSPIRAT PRIMO FORTUNA LABORI·
ATQ· HIC SUCCESSU EXULTANS. ANIMISQ· COROEBUS·
O SOCII QUAE PRIMA INQUIT FORTUNA SALUTIS
MONSTRAT ITER· QUAQ· OSTENDIT SE DEXTRA SEQUAMUR·
MUTEMUS CLIPEOS· DANAUMQ· INSIGNIA NOBIS
APTEMUS· DOLUS, AN UIRTUS· QUIS IN HOSTE REQUIRAT·
ARMA DABUNT IPSI· SIC FATUS. DEINDE COMANTEM
ANDROGEI GALEAM· CLIPEIQ· INSIGNE DECORUM
INDUI[TUR] LATERIQ· ARGIUUM ACCOMMODAT ENSEM·
HOC RIPHAEUS. HOC IPSE· DYMAS· OMNISQ· IUUENTUS
LAETA FACIT· SPOLIIS SE QUISQ· RECENTIB· ARMAT·
UADIMUS IMMIXTIS DANAIS. HAUD NUMINE NOSTRO·
MULTAQ· PER CAECAM CONGRESSI PROELIA NOCTEM
CONSERIMUS· MULTOS DANAUM DIMITTIMUS ORCO·
DIFFUGIUNT ALII AD NAUIS· ET LITORA CURSU
FIDA PETUNT· PARS INGENTEM. FORMIDINE TURPI
SCANDUNT RURSUS EQUUM· ET NOTA CONDUNTUR IN ALUO·
HEU NIHIL INUITIS FAS QUEMQUAM FIDERE DIUIS·
ECCE TRAHEBATUR· PASSIS PRIAMEIA UIRGO
CRINIB· A TEMPLO CASSANDRA· ADYTISQ· MINERUAE
AD CAELUM TENDENS· ARDENTIA LUMINA FRUSTRA·
LUMINA· NAM TENERAS ARCEBANT UINCULA PALMAS·
NON TULIT HANC SPECIEM FURIATA MENTE COERIB·[O E]
ET SESE MEDIUM INIECIT, PERITURUS. IN AGMEN.

134

CONSEQUIMUR CUNCTI· ET DENSIS INCURRIMUS ARMIS·
HIC PRIMUM· EX ALTO DELUBRI CULMINE· TELIS
NOSTRORUM OBRUIMUR· ORITURQ· MISERRIMA CAEDES·
ARMORUM FACIE· ET GRAIARUM ERRORE IUBARUM·
TUM DANAI GEMITU· ATQ· EREPTE VIRGINIS IRA·
UNDIQ· COLLECTI INUADUNT· ACERRIMUS AIAX·
ET GEMINI ATRIDAE· DOLOPUMQ· EXERCITUS OMNIS·
ADUERSI RUPTO CEU QUONDAM TURBINE UENTI
CONFLIGUNT· ZEPHYRUSQ·. NOTUSQ·. ET LAETUS EOIS
SPUMEUS· ATQ· IMO NEREUS CIET AEQUORA FUNDO·
ILLI ETIAM· SI QUOS OBSCURA NOCTE, PER UMBRAM
FUDIMUS INSIDIIS· TOTAQ AGITAUIMUS URBE·
APPARENT· PRIMI CLIPEOS· MENTITAQ· TELA
ADGNOSCUNT· ATQ· ORA SONO DISCORDIA SIGNAN·
ILLICET OBRUIMUR NUMERO· PRIMUSQ· COROEB·
PENELEI DEXTRA· DIUAE ARMIPOTENTIS AD ARAM
PROCUMBIT· CADIT ET RIPHEUS. IUSTISSIMUS UNUS
QUI FUIT IN TEUCRIS· ET SERUANTISSIMUS AEQUI·
DIS ALITER UISUM' PEREUNT· HYPANISQ·. DYMASQ·
CONFIXI A SOCIIS· NEC TE TUA PLURIMA PANTHU
LABENTEM PIETAS· NEC APOLLINIS INFULA TEXIT·
ILLACI· CINERES ET FLAMMA EXTREMA MEORUM·
TESTOR· IN OCCASU UESTRO· NEC TELA· NEC ULLAS
UITAUISSE UICES DANAUM· ET SI FATA FUISSENT
UT CADEREM· MERUISSE MANU· DIUELLIMUR INDE·
IPHITUS ET PELIAS MECUM· QUORUM IPHITUS· AEUO
IAM GRAUIOR· PELIAS ET UULNERE TARDUS ULIXI·
PROTINUS AD SEDES PRIAMI, CLAMORE UOCATI·
HIC UERO INGENTEM PUGNAM CEU CETERA NUSQUAM

·······EQUIS STRIDEN······

EVRVS EQVIS STRIDVNT SILVE SAEVITQ· TRIDENTI

BELLA FORENT· NULLI TOTA MORERENTUR IN URBE·
SIC MARTEM INDOMITUM· DANAOSQ· AD TECTA RUEÑIS
CERNIMUS· OBSESSUMQ· ACTA TESTUDINE LIMEN·
HAERENT PARIETIB· SCALAE· POSTISQ· SUB IPSOS
NITUNTUR GRADIB·. CLIPEOSQ· AC TELA SINISTRIS
PROTECTI OBICIUNT· PRENSANT FASTIGIA DEXTRIS·
DARDANIDAE CONTRA· TURRIS AC TECTA DOMORUM
CULMINA CONUELLUNT. HIS SE, QUANDO ULTIMA CERNUÑ.
EXTREMA IAM IN MORTE PARANT DEFENDERE TELIS·
AURATASQ· TRABES. UETERUM DECORA ALTA PAREÑŪ
DEUOLUUNT· ALII STRICTIS MUCRONIB·. IMAS
OBSEDERE FORES. HAS SERUANT AGMINE DENSO.
INSTAURATI ANIMI· REGIS SUCCURRERE TECTIS·
AUXILIOQ· LEUARE UIRO UIMQ· ADDERE UICTIMS·
LIMEN ERAT CAECEQ· FORES. ET PERUIUS USUS·
TECTORUM INTER SE PRIAMI· POSTESQ· RELICTI
A TERGO. INFELIX QUA SE DUM REGNA MANEBAÑ
SAEPIUS ANDROMACHE· FERRE INCOMITATA SOLEBAT
AD SOCEROS· ET AUO PUERUM STYANACTA TRAHEBAT·
EUADO AD SUMMI FASTIGIA CULMINIS UNDE
& TELA MANU MISERI· IACTABANT INRITA TEUCRI·
TURRIM IN PRAECIPITI STANTEM SUMMISQ· SUB ASTRA
EDUCTAM TECTIS UNDE OMNIS TROIA UIDERI·
ET DANAUM SOLITAE NAUES· ET ACHAICA CASTRA·
ADGRESSI FERRO. CIRCUM QUA SUMMA LABENTIS
IUNCTURAS TABULATA DABANT· CONUELLIMUS ALTIS
SEDIB·. INPULIMUSQ·' EA LAPSA· REPENTE RUINAM
CUM SONITU TRAHIT· ET DANAUM SUPER AGMINA LATE
INCIDIT· AST ALII SUBEUNT· NEC SAXA· NEC ULLUM

TELORUM INTEREA CESSAT GENUS ·
UESTIBULUM ANTE IPSUM· PRIMOQ· IN LIMINE PYRRHU
EXULTAT TELIS· ET LUCE CORUSCUS AENA·
QUALIS UBI IN LUCEM COLUBER· MALA GRAMINA PASTUS·
FRIGIDA SUB TERRA· TUMIDUM QUEM BRUMA TEGEBAT·
NUNC POSITIS NOUUS EXUUIIS. NITIDUSQ· IUUENTA·
LUBRICA CONUOLUIT· SUBLATO PECTORE TERGA·
ARDUUS AD SOLEM· ET LINGUIS MICAT ORE TRISULCIS·
UNA INGENS PERIPHAS· ET EQUORUM AGITATOR ACHILLIS·
ARMIGER AUTOMEDON. UNA OMNES SCYRIA PUBES·
SUCCEDUNT TECTO· ET FLAMMAS AD CULMINA IACTAN̄·
IPSE INTER PRIMOS· CORREPTA DURA BIPENNI·
LIMINA PERRUMPIT· POSTESQ· A CARDINE UELLIT
AERATOS· IAMQ· EXCISA TRABE FIRMA CAUAUIT
ROBORA· ET INGENTEM LATO DEDIT ORE FENESTRAM·
APPARET DOMUS INTUS ET ATRIA LONGA PATESCUNT·
APPARENT PRIAMI· ET UETERUM ·:·NETRALIA REGUM·
ARMATOSQ· UIDENT STANTES· IN LIMINE PRIMO·
AT DOMUS INTERIOR GEMITU· MISEROQ· TUMULTU
MISCETUR PENITUSQ· CAUAE PLANGORIB· AEDES
FEMINEIS UIULANT· FERIT AUREA SIDERA CLAMOR·
TUM PAUIDAE· TECTIS MATRES INGENTIB· ERRANT·
AMPLEXAEQ· TENENT POSTES ATQ· OSCULA FIGUNT·
INSTAT UI PATRIA PYRRUS· NEC CLAUSTRA· NEC IPSI
CUSTODES SUFFERRE UALENT· LABAT ARIETE CREBRO
IANUA· ET EMOTI PROCUMBUNT CARDI·:·NE PESTES·
FIT UIA UI· RUMPUNT ADITUS· PRIMOSQ· TRUCIDAN̄
IMMISSI DANAI· ET LATE LOCA MILITE COMPLET·
NON SIC AGGERIBUS RUPTIS, CUM SPUMEUS AMNIS

EXIIT· OPPOSITASQ· EUICIT GURGITE MOLES·
FERTUR IN ARUA FURENS CUMULO. CAMPOSQ· PER OMNIS.
CUM STABULIS ARMENTA TRAHIT· UIDI IPSE FURENTE̅
CAEDE NEOPTOLEMUM· GEMINOSQ· IN LIMINE ATRIDAS·
UIDI HECUBAM CENTUMQ· NURUS· PRIAMUMQ· PER ARAS
SANGUINE FOEDANTEM· QUOS IPSE SACRAUERAT IGNIS:
QUINQUAGINTA ILLI THALAMI· SPES TANTA NEPOTU̅·
BARBARICO POSTES AURO. SPOLIISQ· SUPERBI
PROCUBUERE· TENENT DANAI· QUA DEFICIT IGNIS·
FORSITAN ET PRIAMI FUERINT QUAE FATA REQUIRAS·
URBIS UTI CAPTAE CASUM· CONUOLSAQ· UIDIT
LIMINA TECTORUM· ET MEDIUM IN PENETRALIB· HOSTE̅·
ARMA DIU SENIOR DESUETA· TREMENTIB· AEUO
CIRCUMDAT NEQUIQUAM UMERIS· ET INUTILE FERRU̅
CINGITUR· AC DENSOS FERTUR MORITURUS IN HOSTES·
AEDIB· IN MEDIIS· NUDOQ· SUB AETHERIS AXE·
INGENS ARA FUIT· IUXTAQ· UETERRIMA LAURUS·
INCUMBENS ARAE· ATQ· UMBRA COMPLEXA PENATES·
HIC HAECUBA· ET NATAE· NEQUICQUAM ALTARIA CIRCU̅·
PRAECIPITES ATRA CEU TEMPESTATE COLUMBAE
CONDENSAE ET DIUUM AMPLEXAE SIMULACRA TENEBAN̅·
IPSUM AUTEM· SUMPTIS PRIAMUM IUUENALIB· ARMIS
UT UIDIT· QUAE MENS TAM DIRA MISERRIME CONIUNX
IMPULIT. HIS CINGI TELIS· AUT QUO RUIS INQUIT·
NON TALI AUXILIO· NEC DEFENSORIB· ISTIS
TEMPUS EGET· NON SI IPSE MEUS NUNC ADFORET HECTOR·
HUC TANDEM CONCEDE. HAEC ARA TUEBITUR OMNIS·
AUT MORIERE SIMUL· SIC ORE EFFATA RECEPIT
AD SESE· ET SACRA LONGAEUUM IN SEDE LOCAUIT·

ECCE AUTEM ELAPSUS PYRRHI DE CAEDE POLITES·
UNUS NATORUM PRIAMI· PER TELA PER HOSTIS·
PORTICIB· LONGIS FUGIT· ET UACUA ATRIA LUSTRAT·
SAUCIUS· ILLUM ARDENS· INFESTO UULNERE PYRRHUS
INSEQUITUR· IAM IAMQ· MANU TENET· ET PREMIT HASTA·
UT TANDEM ANTE OCULOS EUASIT· ET ORA PARENTŨ
CONCIDIT· AC MULTO UITAM CUM SANGUINE FUDIT·
HIC PRIAMUS. QUAMQUAM IN MEDIA IAM MORTE TENETUR
NON TAMEN ASTINUIT· NEC UOCI· IRAEQ· PEPERCIT·
AT TIBI PRO SCELERE EXCLAMAT · PRO TALIB· AUSIS
DI· SIQUA EST CAELO PIETAS· QUAE TALIA CURENT·
PERSOLUANT GRATES DIGNAS· ET PRAEMIA REDDAÑT
DEBITA· QUI NATI CORAM ME. CERNERE LETUM
FECISTI· ET PATRIOS FOEDASTI FUNERE UULTOS·
AT NON ILLE· SATUM QUO TE MENTIRIS ACHILLES·
TALIS IN HOSTE FUIT PRIAMO· SED IURA· FIDEMQ·
SUPPLICIS ERUBUIT· CORPUSQ· EXANGUE SEPULCHRO
REDDIDIT HECTOREUM· MEQ· IN MEA REGNA REMISIT·
SIC FATUS SENIOR· TELUMQ INBELLE I SINE ICTU
CONIECIT· RAUCO QUOD PROTINUS AERE REPULSUM·
ET SUMMO CLIPEI· NEQUIEQUAM UMBONE PEPENDIT·
CUI PYRRHUS· REFERES ERGO HAEC· ET NUNTIUS IBIS
PAELIDE GENITORI· ILLI MEA TRISTIA FACTA·
DEGENEREMQ· NEOPTOLEMUM NARRARE MEMEÑO·
NUNC MORERE HOC DICENS· ALTARIA AD IPSA· TREMEÑE
TRAXIT· ET IN MULTO LAPSANTEM SANUINE NATI·
INPLICUITQ· COMAM LAEUA· DEXTRAQ· CORUSCUM
EXTULIT· AC LATERI CAPULO TENUS ABDIDIT ENSEM·
HAEC FINIS PRIAMI FATORUM· HIC EXITUS. ILLUM

SORTE TULIT· TROIAM INCENSAM· ET PROLAPSA UIDEÑTE
PERGAMA· TOT QUONDAM POPULIS TERRISQ· SUPERBU̅
REGNATOREM ASIAE· IACET INGENS LITORE TRUNCUS·
AUOLSUMQ· UMERIS CAPUT· ET SINE NOMINE CORPUS·
AT ME, TUM PRIMUM SAEUUS CIRCUMSTETIT HORROR·
OPSTIPUI· SUBIIT CARI GENITORIS IMAGO·
UT REGEM AEQUAEUUM· CRUDELI UULNERE UIDI·
UITAM EXHALENTEM· SUBIIT DESERTA CREUSA·
ET KIREPTA DOMUS· ET PARUI CASUS IULI·
RESPICIO, ET QUAE SIT ME CIRCUM COPIA LUSTRO·
DESERUERE OMNES DEFESSI· ET CORPORA SALTU
AT TERRAM MISERE· AUT IGNIB· AEGRA DEDERE·
CUM MIHI SE· NON ANTE OCULOS TAM CLARA UIDENDA
OBTULIT· ET PURA PER NOCTEM IN LUCE REFULSIT·
ALMA PARENS CONFESSA DEAM· QUALISQ· UIDERI
CAELICOLIS· ET QUANTA SOLET· DEXTRAMQ· PREHENSU̅
CONTINUIT· ROSEOQ· HAEC INSUPER ADDIDIT ORE·
NATE· QUIS INDOMITAS TANTUS DOLOR EXCITAT IRAS·
QUID FURIS· AUT QUONAM NOSTRI TIBI CURA RECESSIT·
NON PRIUS ASPICIES· UBI FESSUM AETATE PARENTE̅
LIQUERIS ANCHISEN· SUPERET CONIUNXNE CREUSA·
ASCANIUSQ· PUER· QUOS OMNES UNDIQ· GRAIAE
CIRCUM ERRANT ACIES· ET NI MEA CURA RESISTAT·
IAM FLAMMAE TULERINT· INIMICUMS ET HAUSERIT ENSIS·
NON TIBI TYNDARIDIS FACIES INUISA LACENAE·
CULPATUSUE PARIS· DIUUM· INCLEMENTIA DIUUM·
HAS EUERTIT OPES· STERNITQ· A CULMINE TROIAM·
ASPICE NAMQ· OMNEM, QUAE NUNC OBDUCTA TUEÑI
MORTALIS EUETAT UISUS TIBI· ET UMIDA CIRCUM·

CALIGA[T] NUBEM ERIPIAM· TU NEQUA PARENTIS
IUSSA TIME· NEU PRAECEPTIS PARERE RECUSA·
HIC UBI DISIECTAS MOLES· AUOLSAQ· SAXIS
SAXA UIDES· MIXTOQ· UNDANTEM PULUERE FUMUM·
NEPTUNUS MUROS· MAGNOQ· EMOTA TRIDENTI
FUNDAMENTA QUATIT· TOTAMQ· A SEDIB· URBEM
ERUIT· HIC IUNO, [S]CAEA[S] SEUISSIMA PORTAS
PRIMA TENET· SOCIUMQ· FURENS A NAUIB· AGMEN
FERRO ACCINCTA UOCAT·
IAM SUMMAS ARCES. TRITONIA RESPICE PALLAS
INSEDIT· NIMBO ETFULGENS· ET GORGONE SAEUA·
IPSE PATER DANAIS ANIMOS. UIRESQ· SECUNDAS
SUFFICIT· IPSE DEOS IN DARDANA SU[S]CITAT ARMA·
ERIPE NATE FUGAM· FINEMQ· IMPONE LABORI·
NUMQUAM ABERO ET TUTUM PATRIO TE LIMINE SISTA̅·
DIXERAT· ET SPISSIS NOCTIS SE CONDIDIT UMBRIS·
APPARENT DIRAE FACIES· INIMICAQ· TROIAE
NUMINA MAGNA DEUM·
TUM UERO· OMNE MIHI UISUM CONSIDERE IN IGNES
ILIUM ET EX IMO UERTI NEPTUNIA TROIA·
AC UELUTI SUMMIS· ANTIQUAM IN MONTIB· ORNU̅·
CUM FERRO ACCISAM· CREBRISQ· BIPINNIB· INSTAN̅
ERUERE AGRICOLAE CERTATIM· ILLA USQ· MINATUR·
ET TREMEFACTA [COMAM·] CONCUSSO UERTICE NUTAT·
UOLNERIBUS DONEC PAULATIM EUICTA· SUPREMUM
[C]ONGEMUIT· TRAXITQ· IUGIS AUOLSA RUINAM·
DESCENDO AC DUCENTE DE[O]· FLAMMAM INTER· ET HOSTIS
EXPEDIOR· DANT TELA LOCUM FLAMMAEQ· RECEDUN̅·
ATQ· UBI IAM PATRIAE PERUENTUM AD LIMINA SEDIS·

ANTIQUASQ· DOMOS· GENITOR QUEM TOLLERE IN ALTOS
OPTABAM PRIMUM MONTIS· PRIMUMQ· PETEBAM·
ABNEGAT· EXCISA UITAM PRODUCERE TROIA·M
EXILIUMQ· PATI' UOS QUIB· INTEGER AEUI
SANGUIS AIT· SOLIDAEQ· SUO STANT ROBORE UIRES·
UOS AGITATE FUGAM·
ME SI CAELICOLAE UOLUISSENT DUCERE UITAM·
HAS MIHI SERUASSENT SEDES· SATIS UNA SUPERQ·
A UIDIMUS EXCIDIA· ET CAPTAE SUPERAUIMUS URBI'
C IPSE MANU MORTEM INUENIAM· MISEREBITUR HOSTIS·
EXUUIASQ· PETET· FACILIS IACTURA SEPULCHRI'
IAMPRIDEM INUISUS DIUIS· ET INUTILIS ANNOS
DEMOROR· EX QUO ME DIUOM PATER· ATQ· HOMINUM REX·
FULMINIS ADFLAUIT UENTIS· ET CONTIGIT IGNI·
TALIA PERSTABAT MEMORANS· FIXUSQ· MANEBAT·
NOS CONTRA EFFUSI LACRIMIS, CONIUNXQ· CREUSA·
ASCANIUSQ·. OMNISQ· DOMUS· NE UERTERE SECUM
CUNCTA PATER· FATOQ· URGUENTI INCUMBERE UELLET·
ABNEGAT· INCEPTOQ·. ET SEDIBUS HAERET IN ISDEM'
RUR-US IN ARMA FEROR· MORTEMQ· MISERRIMUS OPTO·
NAM QUOD CONSILIUM· AUT QUAE IAM FORTUNA DABATUR·
MENE ETFERRE PEDEM GENITOR· TE POSSE RELICTO
SPERASTI TANTUMQ NEFAS PATRIO EXCIDIT ORE·
SI NIHIL EX TANTA SUPERIS PLACET URBE RELINQUI·
ET SEDET HOC ANIMO· PERITURAEQ· ADDERE TROIAE·
TEQ· TUOSQ· IUUAT· PATET ISTI IANUA LETO·
IAMQ· ADERIT· MULTO PRIAMI DE SANGUINE PYRRHUS·
GNATUM ANTE ORA PATRIS, PATREMQ· OBTRUNCAT AD ARAS·
HOC ERAT ALMA PARENS, QUOD ME PER TELA PER IGNIS

B SIC ·P· O· SIC POSITUM ADFATI DISCEDITE CORPUS

ERIPIT· UT MEDIIS HOSTEM IN PENETRALIB·. UTQ·
ASCANIUM· PATREMQ· MEUM. IUXTAQ· CREUSAM·
ALTERUM IN ALTERIUS MACTATO SANGUINE CERNÃ
ARMA UIRI· FERTE ARMA· UOCAT LUX ULTIMA UICTOS·
REDDITE ME DANAIS, SINITE. INSTAURATA REUISÃ
PROELIA· NUMQUAM OMNES HODIE MORIEMUR INULTI·
HINC FERRO ACCINCOR RURSUS· CLIPEOQ· SINISTRÃ
INSERTEBAM APTANS· MEQ· EXTRA TECTA FEREBAM·
ECCE AUTEM· COMPLEXA PEDES IN LIMINE CONIUNX
HAEREBAT· PARUUMQ· PATRI TENDEBAT IULUM·
SI PERITURUS ABIS. ET NOS RAPE IN OMNIA TECUM·
SIN ALIQUAM EXPERTUS· SUMTIS SPEM PONIS IN ARMIS·
HANC PRIMUM TUTARE DOMUM· CUI PARUUS IULUS·
CUI PATER· ET CONIUNX· QUONDAM TUA DICTA RELINQUAR·
TALIA UOCIFERANS GEMITU TECTUM· +& OMNE REPLEBAT·
CUM SUBITO DICTUQ· ORITUR MIRABILE MONSTRŨ·
NAMQ· MANUS INTER· MAESTORUMQ· ORA PARENTŨ·
ECCE LEUIS SUMMO DE UERTICE UISUS IULI
FUNDERE LUMEN APEX· TACTUQ· INNOXIA MOLLIS
LAMBERE FLAMMA COMAS· ET CIRCUM TEMPORA PASCI·
NOS PAUIDI TREPIDARE METU· CRINEMQ FLAGRANTẼ
EXCUTERE· ET SANCTOS RESTINGUERE FONTIB· IGNES·
AT PATER ANCHISES, OCULOS AT SIDERA LAETUS
EXTULIT ET CAELO PALMAS CUM UOCE TETENDIT·
IUPPITER OMNIPOTENS· PRAECIB· SI FLECTERIS ULLIS·
ASPICE NOS HOS TANTUM· ET SI PIETATE MEREMUR
DA DEINDE AUXILIUM PATER· ATQ· HAE OMINA FIRMA·
UIX EA FATUS ERAT SENIOR· SUBITOQ· FRAGORE ·
INTONUIT LAEUUM· ET DE CAELO LAPSA PER UMBRAS

STELLAM FACEM DUCENS· MULTA CUM LUCE CUCURRIT·
ILLAM SUMMA SUPER LABENTEM CULMINA TECTI
CERNIMUS· IDAEA CLARAM SE CONDERE SILUA·M
SIGNANTEMQ· UIAS· TUM LONGO LIMITE SULCUS
DAT LUCEM· ET LATE CIRCUM LOCA SULPURE FUMANT·
HIC UERO UICTUS GENITOR SE TOLLIT AD AURAS·
ADFATURQ· DEOS· ET SANCTUM SIDUS ADORAT·
IAM IAM NULLA MX+OR[A] EST· [S]EQUOR ET QUA DUCITIS ADSUM
DII PATRII· SERUATE DOMUM· SERUATE NEPOTEM
UESTRUM HOC AUGURIUM UESTROQ· IN NUMINE TROIA EST·
CAEDO EQUIDEM· NEC NATE TIBI COMES IRE RECUSO·
DIXERAT ILLE· ET IAM PER MOENIA CLARIOR IGNIS
AUDITUR· PROPIUSQ· AESTUS INCENDIA UOLUUNT·
ERGO AGE CARE PATER· CERUICI INPONERE NOSTRAE
IPSE SUBIBO UMERIS· NEC ME LABOR ISTE GRAUABIT·
QUO RES CUMQ· CADENT· UNUM ET COMMUNE PERICLU̅
UNA SALUS AMBOBUS ERIT· MIHI PARUUS IULUS
SIT COMES· ET LONGE SERUET UESTIGIA CONIUNX·
UOS FAMULI QUAE DICAM· ANIMIS ADUERTITE UESTRIS·
EST URBE ETGRESSIS TUMULUS· TEMPLUMQ· UETUSTU̅
DESERTAE CAERERIS· IUXTAQ· ANTIQUA CUPRESSUS
RELIGIONE PATRUM, MULTOS SERUATA PER ANNOS·
HANC EX DIUERSO SEDEM UENIEMUS IN UNAM·
TU GENITOR· CAPE SACRA MANU PATRIOSQ· PENATES·
ME BELLO E TANTO DIGRESSUM· ET CAEDE RECENTI·
ATTRECTARE NEFAS DONEC ME FLUMINE UIUO
ABLUERO·
HAEC FATUS LATOS UMEROS· SUBIECTAQ· COLLA
UESTE SUPER FULUIQ· INSTERNOR PELLE LEONIS·

SUCCEDOQ· ONERI· DEXTRAE SE PARUUS IULUS
INPLICUIT· SEQUITURQ· PATREM NON PASSIB· AEQUIS ·
PONE SUBIT CONIUNX· FERIMUR PER OPACA LOCORUM ·
ET ME QUEM DUDUM· NON ULLA INIECTA MOUEBANT
TELA· NEQ· ADUERSO GLOMERATI EX AGMINE GRAI ·
NUNC OMNES TERRENT AURAE· SONUS EXCITAT OMNIS
SUSPENSUM· ET PARITER COMITIQ· ONERIQ· TIMEÑE
IAMQ· PROPINQUABAM PORTIS· OMNEMQ· UIDEBAR
EUASISSE UIAM· SUBITO CUM CREBER AD AURES
UISUS ADESSE PEDUM SONITUS· GENITORQ· PER UMBRĀ
PROSPICIENS· NATE EXCLAMAT· FUGE NATE· PROPINQUAÑ
ARDENTIS CLIPEOS· ATQ· AERA MICANTIA CERNO ·
HIC MIHI NESCIO QUOD TREPIDO MALE NUMEN AMICŪ
CONFUSAM ERIPUIT MENTEM· NAMQ· AUIA CURSU
DUM SEQUOR· ET NOTA EXCEDO REGIONE UIARUM ·
HEU MISERO CONIUNX· FATO NE EREPTA CREUSA ·
SUBSTITIT· ERRAUITNE UIA· SEU LAPSA RESEDIT
INCERTUM· NEC POST OCULIS EST REDDITA NOSTRIS ·
NEC PRIMUS AMMISSAM RESPEXI· ANIMUMQ· REFLEXI
QUAM TUMULUM ANTIQUAE CERERIS· SEDEMQ· SACRATĀ
UENIMUS· HIC DEMUM COLLECTIS OMNIB· UNA
DEFUIT· ET COMITES NATUMQ· UIRUMQ· FEFELLIT ·
QUEM NON INCUSAUI AMENS HOMINUMQ· DEORUMQ·
AUT QUID IN EUERSA UIDI CRUDELIUS URBE
ASCANIUM ANCHISEMQ· PATREM· TEUCROSQ· PENATES
COMMENDO SOCIIS· ET CURUA UALLE RECONDO ·
IPSE URBEM REPETO· ET CINGOR FULGENTIB· ARMIS·
STAT CASUS RENOUARE OMNES· OMNEMQ· REUERTI
PER TROIAM· ET RURSUS CAPUT OBIECTARE PERICLIS·

PRINCIPIO MUROS· OBSCURAQ· LIMINA PORTAE·
QUA GRESSUM EXTULERAM REPETO· ET UESTIGIA RETRO
OBSERUATA SEQUOR PER NOCTEM· ET LUMINE LUSTRO·
HORROR UBIQ· ANIMOSIMUL IPSA SILENTIA TERRENT·
INDE DOMUM· SI FORTE PEDEM· SI FORTE TULISSET
ME REFERRO· INRUERANT DANAI ET TECTUM OMNE TENEBANT·
ILICET IGNIS EDAX· SUMMA AD FASTIGIA TECTI [U N O]
UOLUITUR· EXUPERANT FLAMMAE FURIT AESTUS AD AURAS·
PROCEDO· ET PRIAMI SEDES ARCEMQ· REUISO·
ET IAM PORTICIBUS UACUIS· IUNONIS ASYLO·
CUSTODES LECTI· PHOENIX· ET DIRUS ULIXES·
PRAEDAM ADSERUABANT HUNC UNDIQ· TROIA ZAZZA [C]
INCENSIS EREPTA ADYTIS· MENSAEQ· DEORUM·
CRATERASQ· [E] AURO SOLIDI· CAPTIUAQ· UESTIS
CONGERITUR· PUERI ET PAUIDAE LONGO ORDINE MATRES
STANT CIRCUM
AUSUS QUIN ETIAM UOCES IACTARE PER UMBRAM
IMPLEUI CLAMORE UIAS· MAESTUSQ· CREUSAM·
NEQUIQUAM INGEMINANS ITERUMQ ITERUMQ· UOCAUI
QUAERENTI· ET TECTIS URBIS SINE FINE FURENTI·
INFELIX SIMULACRUM· ATQ· IPSIUS UMBRA CREUSAE
UISA MIHI ANTE OCULOS ET NOTA MAIOR IMAGO
OBSTIPUI· STETERUNTQ· COMAE· ET UOX FAUCIB· HAESIT
TUM SIC ADFARI ET CURAS HIS DEMERE DICTIS
QUID TANTUM INSANO IUUAT INDULGERE DOLORI·
O DULCIS CONIUNX· NON HAEC SINE NUMINE DIUUM
EUENIUNT· NEC TE COMITEM HINC PR∴TARE CREUSĀ
FAS· AUT ILLE SINIT· SUPERI REGNATOR OLYMPI·
LONGA TIBI EXILIA· ET UASTUM MARIS AEQUOR ARANDŪ·

ET TERRAM HESPERIAM UENIES. UBI LYDIUS ARUA.
INTER OPIMA UIRUM· LENI FLUIT AGMINE THYBRIS·
ILLIC RES ITALAE· REGNUMQ:. ET REGIA CONIUNX
PARTA TIBI· LACRIMAS DILECTAE PELLIXE CREUSAE·
NON EGO MYRMIDONUM SEDES, DOLOPUMUE SUPERUAS
ASPICIAM· AUT GRAIS SERUITUM MATRIB· IBO·
DARDANIDES ET IOUAE UENERIS NURUS·
SED ME MAGNA DEUM GENETRIX HIS DETINET ORIS·
IAMQ UALE· ET NATI SERUA COMMUNIS AMOREM·
HAEC UBI DICTA DEDIT· LACRIMANTEM·ET MULTA UOLENTE
DICERE, DESERUIT· TENUISQ: RECESSIT IN AURAS·
TER CONATUS IBI COLLO DARE BRACCHIA CIRCUM·
TER FRUSTRA COMPRENSA MANUS EFFUGIT IMAGO
PAR& LEUIB· UENTIS, UOLUCRIQ: SIMILLIMA SOMNO·
SIC DEMUM SOCIOS· CONSUMPTA NOCTE REUISO·
ATQ: HIC INGENTEM COMITUM· ADFLUXISSE NOUORUM·
INUENIO ADMIRANS NUMERUM· MATRESQ: UIROSQ:
COLLECTAM EXILIO PUBEM· MISERABILE UULGUS·
UNDIQ: CONUENERE. ANIMIS OPIBUSQ: PARATI
IN QUASCUMQ: UELIM PELAGO DEDUCERE TERRAS·
IAMQ: IUGIS SUMMAE SURGEBAT LUCIFER IDAE·
DUCEBATQ: DIEM· DANAIQ: OBSESSA TENEBANT
LIMINA PORTARUM NEC SPES OPIS ULLA DABATUR·
CESSI. ET SUBLATO MONTES GENITORE PETIUI·

P UERGILI MARONIS AEN· LIB· II EXPL·
INC· LIB· III FELICITER

POSTQUAM REX ASIAE · PRIAMIQ· UERTERE GENTEM
INMERITAM, UISUM SUPERIS · CECIDITQ· SUPERBUM
ILIUM · ET OMNIS HUMO FUMAT NEPTUNIA TROIA ·
DIUERSA EXILIA · ET DESERTAS QUAERERE TERRAS ·
AUGURIIS AGIMUR DIUUM · CLASSEMQ· SUB IPSA
ANTANDRO · ET PHRYGIAE MOLIMUR MONTIB· IDAE ·
INCERTI, QUO FATA FERANT · UBI SISTERE DETUR ·
CONTRAHIMUSQ· UIROS UIX PRIMA INCEPERAT AESTAS ·
ET PATER ANCHISES DARE FATIS UELA IUUEBAT ·
LITORA CUM PATRIAE LACRIMANS · PORTUSQ· RELINQUO ·
ET CAMPOS UBI TROIA FUIT · FEROR EXUL IN ALTUM ·
CUM SOCIIS. NATOQ· PENATIB· ET MAGNIS DIS ·
TERRA PROCUL · UASTIS COLITUR MAUORTIA CAMPIS
THRACES ARANT · ACRI QUONDAM REGNATA LYCURGO ·
HOSPITIUM ANTIQUUM TROIAE · SOCIIQ· PENATES
DUM FORTUNA FUIT · FEROR HUC, ET LITORE CURUO
MOENIA PRIMA LOCO · FATIS INGRESSUS INIQUIS ·
AENEADESQ· MEO. NOMEN DE NOMINE FINGO ·
SACRA DIONEAE MATRI · DIUISQ· FEREBAM
AUSPICIB: COEPTORUM OPERUM · SUPEROQ NITENTE~
CAELICOLUM REGI · MACTABAM IN LITORE TAURUM ·
FORTE FUIT IUXTA TUMULUS · QUO CORNEA SUMMO
UIRGULTA · ET DENSIS HASTILIBUS HORRIDA MYRTUS ·
ACCESSI, UIRIDEMQ· AB HUMO CONUELLERE SILUAM
CONATUS · RAMIS TEGEREM UT FRONDENTIB· ARAS ·
HORRENDUM, ET DICTU UIDEO MIRABILE MONSTRUM ·
NAM QUAE PRIMA SOLO RUPTIS RADICIB· ARBOS
UELLITUR · HUIC ATRO LIQUUNTUR SANGUINE GUTTAE ·
ET TERRAM TABO MACULANT · MIHI FRIGIDUS HORROR

MEMBRA QUATIT· GELIDUSQ: COIT FORMIDINE SANGUIS·
RURSUS ET ALTERIUS LENTUM CONUELLERE UIMEN
INSEQUOR· ET CAUSAS PENITUS TEMPTARE LATENTIS·
ATER ET ALTERIUS SEQUITUR DE CORTICE SANGUIS·
MULTA MOUENS ANIMO NYMPHAS UENERABAR AGRESTIS·
GRADIUUMQ· PATREM GETICIS QUI PRAESIDET ARUIS·
RITE SECUNDARENT UISUS· OMENQ: LEUARENT·
TERTIA SET POSTQUAM· MAIORE HASTILIA NISU
ADGREDIOR· GENIBUSQ: ADUERSAE OBLUCTOR HARENAE·
ELOQUAR· AN SILEAM. GEMITUS LACRIMABILIS IMO
AUDITUR TUMULO· ET UOX REDDITA FERTUR AD AURES·
QUID MISERUM AENEA LACERAS· IAM PARCE SEPULTO·
PARCE PIAS SCELERARE MANUS· NON ME TIBI TROIA·
EXTERNUM TULIT· AUT CRUOR HIC DE STIPITE MANAT·
HEU FUGE CRUDELIS TERRAS· FUGE LITUS AUARUM·
NAM POLYDORUS EGO. HIC CONFIXUM FERREA TEXIT
TELORUM SEGES· ET IACULIS INCREUIT ACUTIS·
TUM UERO· ANCIPITI MENTEM FORMIDINE PRESSUS·
OPSTIPUI· STETERUNTQ: COMAE. ET UOX FAUCIB· HAESIT·
HUNC POLYDORUM· AURI QUONDAM CUM PONDERE MAGNO
INFELIX PRIAMUS· FURTIM MANDARAT ALENDUM
THREICTO RE[G]I& CUM [IAM] DIFFIDERET ARMIS
DARDANIAE· CINGIQ· UREEM OBSIDIONE UIDERET·
ILLE. UT OPES FRACTAE TEUCRUM· ET FORTUNA RECESSIT.
RES AGAMEMNONIAS· UICTRICIAQ: ARMA SECUTUS·
FAS OMNE ABRUMPIT· POLYDORUM OBTRUNCAT· ET AURO
UI POTITUR· QUID NON MORTALIA PECTORA COGIS·
AURI SACRA FAMES· POSTQUAM PAUOR OSSA RELIQUI[T]D·
DELECTOS POPULI& AD PROCERES· PRIMUMQ: PARENTE·

MONSTRA DEUM REFERO· ET QUAE SIT SENTENTIA POSCO·
OMNIBUS& IDEM ANIMUS. SCELERATA EXCEDERE TERRA·
LINQUI POLLUTUM HOSPITIUM· ET DARE CLASSIB· AUSTROS·
ERGO INSTAURAMUS POLYDORO FUNUS· ET INGENS.
AGGERITUR TUMULO TELLUS· STANT MANIB· ARAE·
CAERULES MAESTAE UITTIS ATRAQ· CUPRYSSO·
ET CIRCUM ILIADES, CRINEM DE MORE SOLUTAE·
INFERIMUS TEPIDO SPUMANTIA CYMBIA LACTE·
SANGUINIS ET SACRI PATERAS· ANIMAMQ· SEPULCHRO
CONDIMUS· ET MAGNA SUPREMUM UOCE CIEMUS·
INDE UBI PRIMA FIDES PELAGO· PLACATAQ· UENTI.
DANT MARIA· ET LENIS CREPITANS UOCAT AUSTER IN ALTU̅
DEDUCUNT SOCII NAUES· ET LITORA COMPLENT·
PROUEHIMUR PORTU· TERRAEQ· URBESQ· RECEDUNT·
SACRA MARI COLITUR MEDIO· GRATISSIMA TELLUS·
NEREIDUM MATRI· ET NEPTUNO AEGAEO·
QUAM PIUS ARQUITENENS ORAS· ET LITORA CIRCUM
ERRANTEM MYCONOE CELSA· GYAROQ· REUINXIT·
IMMOTAMQ· COLI DEDIT· ET CONTEMNERE UENTOS·
HUC FEROR· HAEC FESSOS· TUTO PLACIDISSIMA PORTU
ACCIPIT· EGRESSI UENERAMUR APOLLINIS URBEM·
REX ANIUS· REX IDEM HOMINUM PHOEBIQ· SACERDOS·
UITTIS· ET SACRA REDIMITUS TEMPORA LAURO·
OCCURRIT· UETEREM ANCHISEN AGNOSCIT AMICUM·
IUNGIMUS HOSPITIO DEXTRAS· ET TECTA SUBIMUS·
TEMPLA DEI SAXO UENERABAR STRUCTA UETUSTO·
DA PROPRIAM THYMBREME DOMUM· DA MOENIA FESSIS·
ET GENUS· ET MENSURAM URBEM· SERUA ALTERA TROIAE
PERGAMA· RELIQUIAS DANAUM· ATQ· IMMITIS ACHILLI·

QUEM SEQUIMUR· QUOUE IRE IUBES, UBI PONERE SEDES·
DA PATER AUGURIUM· ATQ· ANIMIS INLABERE NOSTRIS·
UIX EA FATUS ERAM. TREMERE OMNIA UISA REPENTE·
LIMINAQ·, LAURUSQ· DEI· TOTUSQ· MOUERI
MONS CIRCUM· ET MUGIRE ADYTIS CORTINA RECLUSIS·
SUMMISSI PETIMUS TERRAM· ET UOX FERTUR AD AURIS·
DARDANIDAE DURI· QUAE UOX A STIRPE PARENTUM
PRIMA TULIT TELLUS· EADEM UOS UBERE LAETO
ACCIPIET REDUCES· ANTIQUAM EXQUIRITE MATREM·
HIC DOMUS AENEAE, CUNCTIS DOMINABITUR ORIS·
ET NATI NATORUM· ET QUI NASCENTUR AB ILLIS·
HAEC PHOEB·' MIXTOQ· INGENS EXORTA TUMULTU
LAETITIA· ET CUNCTI QUAE SINT EA MOENIA QUAERUÑ·
QUO PHOEB· UOCET ERRANTIS· IUBEATQ· REUERTI·
TUM GENITOR· UETERUM UOLUENS MONUMEÑA UIRORŪ·
AUDITE O PROCERES AIT· ET SPES DISCITE UESTRAS·
CRETA IOUIS MAGNI· MEDIO IACET INSULA PONTO·
MONS IDEUS UBI. ET GENTIS CUNABULA NOSTRAE·
CENTUM URBES HABITANT MAGNAS· UBERRIMA REGNA·
MAXIMUS UNDE PATER, SI RITE AUDITA RECORDOR·
TEUCRUS. RHOETEAS PRIMUS [M] EST ADUECTUS AD ORAS·
OPTAUITQ· LOCUM REGNO· NONDUM ILIUM· ET ARCES
PERGAMEAE STETERANT· HABITABANT UALLIB· IMIS·
HINC MATER CULTRIX CYBELE. CORYBANTIAQ· AERA
IDAEUMQ· NEMUS. HINC FIDA SILENTIA SACRIS
ET IUNCTI CURRUM DOMINAE SUBIERE LEONES·
ERGO AGITE. ET DIUUM DUCUNT QUA IUSSA SEQUAMUR·
PLACEMUS UENTOS· ET GNOSIA REGNA PETAMUS·
NEC LONGO DISTANT CURSU, MODO IUPPITER ADSIT·

TERTIA LUX· CLASSEM CRETEIS SISTET IN ORIS·
SIC FATUS, MERITOS ARIS MACTAUIT HONORES·
TAURUM NEPTUNO. TAURUM TIBI PULCHER APOLLO·
NIGRAM HIEMI PECUDEM· ZEPHYRIS FELICIB· ALBAM·
FAMA UOLAT· PULSUM REGNIS CESSISSE PATERNIS
IDOMENEA DUCEM· DESERTA&Q· LITORA CRETAE·
HOSTE UACARE DOMOS· SEDESQ· ADSTARE RELICTAS·
LINQUIMUS ORTYGIAE PORTUS· PELAGOQ· UOLAMUS·
BACCHATAMQ· IUGIS NAXO UIRIDEMQ· DONYSAM·
OLEARON· NIUEAMQ PHARON· SPARSASQ· PER AEQUOR
CYCLADAS· ET CREBRIS LEGIMUS FRETA CONCITA TERRIS·
NAUTICUS EXORITUR UARIO CERTAMINE CLAMOR·
HORTANTUR SOCII· CRETAM PROAUOSQ· PETAMUS·
PROSEQUITUR SURGENS· A PUPPI UENTUS EUNTIS·
SET ANDEM ANTIQUIS CURETUM ADLABITUR ORIS·
ERGO AUIDUS MUROS· OPTATAE MOLIOR URBIS·
PERGAMEAMQ· UOCO· ET LAETAM COGNOMINE GENTE·
HORTOR AMARE FOCOS· ARCEMQ· ATTOLLERE TECTIS·
IAMQ· FERE SICCO & SUBDUCTAE LITORE PUPPES·
CONUBIIS· ARUISQ· NOUIS OPERATA IUUENTUS·
IURA DOMOSQ· DABAM. SUBITO CUM TABIDA MEMBRIS·
CORRUPTO CAELI TRACTU· MISERANDAQ· UENIT·
ARBORIBUSQ· SATISQ· LUES· ET LETIFER ANNUS·
LINQUEBANT DULCES ANIMAS· AUT AEGRA TRAHEBANT
CORPORA· TUM STERILES EXURERE SIRIUS AGROS·
AREBANT HERBAE. ET UICTUM SEDES AEGRA NEGABAT·
RURSUS AD ORACLUM ORTYGIAE· PHOEBUMQ· REMENSO
HORTATUR PATER IRE MARI· UENIAMQ· PRECARI·
QUAM FESSIS FINEM REBUS FERAT· UNDE LABORUM

TEMPTARE AUXILIUM IUBEAT· QUO UERTERE CURSUS·
NOX ERAT· ET TERRIS ANIMALIA SOMNUS HABEBAT·
EFFIGIES SACRAE DIUUM· PHRYGIIQ· PENATES
QUOS MECUM A TROIA· MEDIISQ· EX IGNIB· URBIS
EXTULERAM· UISI ANTE OCULOS ADSTARE IACENTIS·
IN SOMNIS· MULTO MANIFESTI· LUMINE QUA SE
PLENA PER INSERTAS FUNDEBANT LUNA FENESTRAS·
TUM SIC ADFARI. ET CURAS HIS DEMERE DICTIS
QUOD TIBI DELATO ORTYGIAM. DICTURUS APOLLO EST·
HIC CANIT· ET TUA NOS EN ULTRO AD LIMINA MITTIT·
NOS TE DARDANIA INCENSA· TUAQ· ARMA SECUTI·
NOS TUMIDUM SUB TE· PERMESI CLASSIB· AEQUOR·
IDEM·UENTUROS TOLLEMUS IN ASRTA NEPOTES·
IMPERIUMQ· URBI DABIMUS. TU MOENIA MAGNIS
MAGNA PARA· LONGUMQ· FUGAE NE LINQ· LABOREM·
MUTANDAE SEDES· NON HAEC TIBI LITORA SUASIT
DELIUS· AUT CRETAE IUSSIT CONSIDERE APOLLO·
EST LOCUS. HESPERIAM GRAI COGNOMINE DICUNT·
TERRA· ANTIQUA· POTENS ARMIS· ATQ· UBERE GLEBAE·
OENOTRI COLUERE UIRI NUNC FAMA MINORES
ITALIAM DIXISSE· DUCIS DE NOMINE GENTEM·
HAE NOBIS PROPRIAE SEDES. HINC DARDANUS ORTUS·
IASIUSQ· PATER· GENUS A QUO PRINCIPE NOSTRUM·
SURGE AGE· ET HAEC LAETUS LONGAEUO DICTA PARENTI
HAUD DUBITANDA REFER· CORYTHUM· TERRASQ· REQUIRAT
AUSONIAS· DICTAEA NEGAT TIBI IUPPITER ARUA·
TALIBUS ATTONITUS UISIS. ET UOCE DEORUM·
NEC SOPOR ILLUT ERAT· SET CORAM AGNOSCERE UULTUS·
UELATASQ· COMAS, PRAESENTIAQ· ORA UIDEBAM·

TUM GELIDUS TOTO MANABAT CORPORE SUDOR·
CORRIPIO' E· STRATIS CORPUS· TENDOQ· SUPINAS
AD CAELUM CUM UOCE MANUS· ET MUNERA LIBO.
INTEMERATA FOCIS· PERFECTO LAETUS HONORE·
ANCHISEN FACIO CERTUM· REMQ· ORDINE PANDO·
ADGNOUIT PROLEM AMBIGUAM· GEMINOSQ· PARENTES·
SEQ· NOUO UETERUM DECEPTUM ERRORE LOCORUM·
TUM MEMORAT· NATE ILIACIS EXERCITE FATIS·
SOLA MIHI TALIS CASUS CASSANDRA CANEBAT·
NUNC REPETO HAEC GENERI PORTENDERE DEBITA NOSTRO·
ET SAEPE HESPERIAM· SAEPE ITALA REGNA UOCARE·
SET QUIS AT HESPERIAE UENTUROS LITORA TEUCROS
CREDERET· AUT QUEM TUM UATES CASSANDRA MOUERET·
CEDAMUS PHOEBO ET MONITI MELIORA SEQUAMUR·
SIC AIT· ET CUNCTI DICTO PAREMUS OUANTES·
HANC QUOQ· DESERIMUS SEDEM· PAUCISQ· RELICTIS
UELA DAMUS UASTUMQ· CAUA TRABE CURRIMUS AEQUOR·
POSTQUAM ALTUM TENUERE RATES· NEC IAM AMPLIUS ULLAE
APPARENT TERRAE· CAELUM UNDIQ· ET UNDIQ· PONTUS·
TUM MIHI CAERULEUS· SUPRA CAPUT ASTITIT IMBER·
NOCTEM HIEMEMQ· FERENS· ET INHORRUIT UNDA TENEBRIS·
CONTINUO UENTI UOLUUNT MARE· MAGNAQ· SURGUNT
AEQUORA· DISPERSI IACTAMUR GURGITE UASTO·
INUOLUERE DIEM NIMBI· ET NOX UMIDA CAELUM
ABSTULIT· INGEMINANT ABRUPTIS NUBIB· IGNES·
EXCUTIMUR CURSU· ET CAECIS ERRAMUS IN UNDIS·
IPSE DIEM NOCTEMQ·. NEGAT DISCERNERE CAELO·
NEC MEMINISSE UIAM MEDIA PALINURUS IN UNDA·
TRIS ADEO INCERTOS CAECA CALIGINE SOLES

ERRAMUS. PELAGO· TOTIDEM SINE SIDERE NOCTES'
QUARTO TERRA DIE· PRI[X]MUM SE ATTOLLERE TANDE~
UISA· ·APERIRE PROCUL MONTIS· AC UOLUERE FUMUM·
UELA CADUNT· REMIS INSURGIMUS. HAUT MORA NAU[T]AE·
ADNIXI TORQUENT SPUMAS· ET CAERULA UERRUNT·
SERUATUM EX UNDIS· STROPHADUM ME LITORA PRIMA
ACCIPIUNT. STROPHADES GRAIO STANT NOMINE DICTAE
INSULAE· IONIO [IN MAGNO] QUAS DIRA CAELENO·
HARPYIAEQ· COLUNT ALIAE· PHINEIA POSTQUAM
CLAUSA DOMUS· MENSASQ· METU LIQUERE PRIORES.
TRISTIUS [H]AUT ILLIS MONSTRUM· NEC SAEUIOR ULLA
PESTIS· ET IRA DEUM· STYGIIS SESE EXTULIT UNDIS·
UIRGINEI UOLUCRUM UULTUS· FOEDISSIMA UENTRIS
PROLUUIES, UNCAEQ· MANUS ET PALLIDA SEMPER
ORA FAME
HUC UBI DELATI PORTUS INTRAUIMUS· ECCE
LAETA BOUM· PASSIM CAMPIS ARMENTA UIDEMUS'
CAPRIGENUMQ· PECUS. NULLO CUSTODE PER HERBAS
INRUIMUS FERRO. ET DIUOS. IPSUMQ· UOCAMUS
IN PARTEM PRAEDAMQ· IOUEM· TUM LITORE CURUO·
EXTRUIMUSQ· TOROS. DAPIBUSQ· EPULAMUR OPI[M]NIS'
AT SUBITAE HORRIFICO LAPSU· DE MONTIB· ADSUNT
HARPYIAE· ET MAGNIS QUATIUNT CL..ANGORIB· ALAS·
DIRIPIUNTQ· DAPES, CONTACTUQ· OMNIA FOEDAN̄
IMMUNDO· TUM UOX TAETRUM DIRA INTER ODORẼ
RURSUM IN SECESSU LONGO· SUB RUPE CAUATA·
ARBORIB· CLAUSAM CIRCUM·. ATQ· HORRENTIB· UMBRIS·
INSTRUIMUS MENSAS· ARISQ·. REPONIMUS IGNEM·
RURSUM EX DIUERSO CAELI. CAECISQ· LATEBRIS·

TURBA SONANS PRAEDAM PEDIBUS CIRCUMUOLAT UNCIS:
POLLUIT ORE DAPES· SOCIIS TUNC ARMA CAPESSANT
EDICO· ET DIRA BELLUM CUM GENTE GERENDUM ·
HAUT SECUS AC IUSSI FACIUNT· TECTOSQ; PER HERBAM
DISPONUNT ENSES· ET SCUTA LATENTIA CONDUNT ·
ERGO UBI DELAPSAE, & SONITUM PER CURUA DEDERE
LITORA· DAT SIGNUM SPECULA MISENUS AB ALTA·
AERAE CAUO. INUADUNT SOCII· ET NOUA PROELIA TEMPTAÑ·
OBSCENAS PELAGI FERRO FOEDARE UOLUCRES·
SED NEQ; UIM PLUMIS ULLAM· NEC UOLNERA TERGO
ACCIPIUNT· CELERIQ; FUGA· SUB SIDERA LAPSAE·
SEMESAM PRAEDAM· ET UESTIGIA FOEDA RELINQUUNT·
UNA IN PRAECELSA· CONSEDIT RUPE CELAENO·
INFELIX UATES· RUMPITQ; HANC PECTORE UOCEM·
BELLUM ETIAM PRO CAEDE BOUM, STRATISQ; IUUENCIS
LAOMEDONTIADAE· BELLUMNE INFERRE PARATIS·
ET PATRIO ARPYIAS INSONTIS PELLERE REGNO·
ACCIPITE ERGO ANIMIS· ATQ; HAEC MEA FIGITE DEXTRA
QUAE PHOEBO PATER OMNIPOTENS· MIHI PHOEB· APOLLO
PRAEDIXIT· UOBIS FURIARUM EGO MAXIMA PANDO·
ITALIAM CURSU PETITIS. UENTISQ; UOCATIS
IBITIS ITALIAM· PORTUSQ; INTRARE LICEBIT·
SET NON ANTE DATAM· CINGETIS MOENIB· URBEM·
QUAM UOS DIRA FAMES· NOSTRAEQ; INIURIA CAEDIS·
AMBESAS SUBIGAT MALIS ABSUMERE MENSAS·
DIXIT· ET IN SILUAM PINNIS ABLATA REFUGIT·
AT SOCIIS. SUBITA GELIDUS FORMIDINE SANGUIS
DERIGUIT· CECIDERE ANIMI· NEC IAM AMPLIUS ARMIS·
SET UOTIS· PRAECIBUSQ; IUBENT· EXPOSCERE PACEM·

SIUE DEAE· SEU SINT DIRAE· OBSCENAEQ· UOLUCRES·
ET PATER ANCHISES· PASSIS DE LITORE PALMIS·
NUMINA MAGNA UOCAT· MERITOSQ· INDICIT HONORES·
DI PROHIBETE MINAS· DI TALEM AUERTITE CASUM·
ET PLACIDI SERUATE PIOS· TUM LITORE FUNEM
DIRIPERE· EXCUSSOSQ· IUBET LAXARE RUDENTES·
TENDUNT UELA NOTI· FUGIMUS SPUMANTIB· UNDIS·
QUA CURSUM, UENTUSQ· GUBERNATORQ· UOCABAT·
IAM MEDIO APPARET FLUCTU· NEMOROSA ZACYNTOS·
DULICIUMQ· SAMAEQ· ET NERYTOS ARDUA SAXIS·
EFFUGIMUS SCOPULOS. ITHACAE LERTIA REGNA·
ET TERRAM ALTRICEM SAEUI EXECRAMUR ULIXI·
MOX ET LEUCATAE. NIMBOSA CACUMINA MONTIS·
ET FORMIDATUS NAUTIS APERITUR APOLLO·
HUNC PETIMUS FESSI· ET PARUAE SUCCEDIMUS URBI·
ANCHORA DE PRORA IACITUR· STANT LITORE PUPPES·
ERGO INSPERATA TANDEM TELLURE POTITI·
LUSTRAMURQ· IOUI· UOTISQ· INCEDIMUS ARAS·
ACTIAQ· ILIACIS CELEBRAMUS LITORA LUDIS·
EXERCENT PATRIAS. OLEO LABENTE PALAESTRAS
NUDATI SOCII· IUUAT EUASISSE TOT URBES
ARGOLICAS· MEDIOSQ FUGAM TENUISSE PER HOSTIS·
INTEREA· MAGNUM SOL CIRCUMUOLUITUR ANNUM·
ET GLACIALIS HIEMPS· AQUILONIBUS ASPERAT UNDAS·
AERE CAUO CLIPEUM MAGNI GESTAMEN ABANTIS·
POSTIB· ADUERSIS FIGO· ET REM CARMINE SIGNO·
AENEAS HAEC DE DANAIS UICTORIBUS ARMA·
LINQUERE TUM PORTUS IUBEO. ET CONSIDERE TRANSTRIS·
CERTATIM SOCII FERIUNT MARE· ET AEQUORA UERRUNT·

PROTINUS AERIAS PHEACUM ABSCONDIMUS ARCES·
LITORAQ· EPIRI LEGIMUS· PORTUSQ· SUBIMUS
CHAONIO· ET CELSAM BRUTOTI ACCEDIMUS URBEM·
HIC INCREDIBILIS RERUM FAMA OCCUPAT AURIS·
PRIAMIDEN HELENUM· GRAIAS REGNARE PER URBES·
CONIUGIO AEACIDAE PYRRI· SCEPTRISQ· POTITUM·
ET PATRIO ANDROMACHEN ITERUM CESSISSE MARITO·
OPSTIPUI· MIROQ· INCENSUM PECTUS AMORE·
COMPELLARE UIRUM· ET CASUS COGNOSCERE TANTOS·
PROGREDIOR PORTU. CLASSES ET LITORA LINQUENS·
SOLLEMNIS CUM FORTE DAPES· ET TRISTIA DONA·
ANTE URBEM IN LUCO· FALSI SIMOENTIS AD UNDA·
LIBABAT CINERI ANDROMACHE· MANESQ· UOCABAT
HECTOREUM AT TUMULUM· UIRIDI QUEM CESPITE INANEM·
ET GEMINAS CAUSAM LACRIMIS SACRAUERAT ARAS·
UT ME CONSPEXIT UENIENTEM· ET TROIA CIRCUM
ARMA AMENS UIDIT· MAGNIS EXTERTITA MONSTRIS·
DERIGUIT· UISUM IN MEDIO· CALOR OSSA RELIQUIT·
LABITUR· ET LONGO UIX TANDEM TEMPORE FATUR·
UERANE TE FACIES· UERUM MIHI NUNTIUS ADFERS
NATE DEA· UIUISNE· AUT SI LUX ALMA RECESSIT·
HECTOR UBI EST· DIXIT· LACRIMASQ· EFFUDIT· ET OMNE
IMPLEUIT CLAMORE LOCUM· UIX PAUCA FURENTI
SUBICIO· ET RARIS TURBATUS UOCIB· HISCO·
UIUO EQUIDEM· UITAMQ· EXTREMA PER OMNIA DUCO·
NE DUBITA· NAM UERA UIDES·
HEU QUIS TE CASUS. DEIECTAM CONIUGE TANTO
EXCIPIT· AUT QUAE DIGNA SATIS FORTUNA REUISIT·
HECTORIS ANDROMACHE· PYRRHIN CONUBIA SERUAS·

DEIECIT UULTUM· ET DEMISSA UOCE LOCUTA EST ·
O FELIX· UNA ANTE ALIAS· PRIAMEIA UIRGO ·
HOSTILEM AD TUMULUM· TROIAE SUB MOENIB· ALTIS
IUSSA MORI· QUAE SORTITUS NON PERTULIT ULLOS·
NEC UICTORIS ERI· TETIGIT CAPTIUA CUBILE ·
NOS PATRIA INCENSA· DIUERSA PER AEQUORA UECTAE·
STIRPIS ACHILLEAE FASTUS· IUUENEMQ· SUPERBUM·
SERUITIO ENIXAE TULIMUS· QUI DEINDE SECUTUS·
LEDAEAM HERMIONEN· LACEDAEMONIOSQ· HYMENAEOS
ME FAMULO. FAMULAMQ· HELENO TRANSMISIT HABENDAM·
AST ILLUM EREPTAE MAGNO INFLAMMATUS AMORE
CONIUGIS· ET SCELERUM FURIIS AGITATUS ORESTES·
EXCIPIT INCAUTUM· PATRIASQ· OBTRUNCAT AD ARAS
MORTE NEOPTOLEMI· RE[G]NORUM REDDITA CESSIT
PARS HELENO. QUI CHAONIOS COGNOMINE CAMPOS
CHAONIAMQ· OMNEM· TROIANO A CHAONE DIXIT
PERGAMIAMQ· ILIACAMQ· IUGIS HANC ADDIDIT ARCE·
SET TIBI QUI CURSUM UENTI, QUAE FATA DEDERE·
AUT QUIS NAM IGNARUM NOSTRIS DEUS APPULIT ORIS·
QUIT PUER ASCANIUS SUPERATNE· ET UESCITUR AURA·
QUEM TIBI IAM TROIA·
ETQUA TAMEN PUERO EST [A] MISSA [E] CURA PARENTIS·
ECQUIT IN ANTIQUAM UIRTUTEM· ANIMOSQ· UIRILIS
ET PATER AENEAS· ET AUUNCULUS EXCITAT HECTOR·
TALIA FUNDEBAT LACRIMANS· LONGOSQ· CIEBAT·
INCASSUM FLETUS· CUM SESE A MOENIB· HEROS
PRIAMIDES· MULTIS HELENUS COMITANTIB· ADFERT·
ADGNOSCITQ· SUOS· LAETUSQ· AD LIMINA DUCIT·
ET MULTUM LACRIMAS UERBA INTER SINGULA FUNDIT·

λ M.
PROCEDO· ET PARUM TROIA SIMULATAQ· MAGNIS
PERGAMA· ET ARENTEM XANTHI COGNOMINE RIUU̅
AGNOSCO· SCAEAEQ· AMPLECTOR LIMINA PORTAE
NECNON ET TEUCRI· SOCIA SIMUL URBE FRUUNTUR·
ILLOS PORTICIB· REX ACCIPIEBAT IN AMPLIS
AULAI MEDIO LIBABANT POCULA BACCHI
IMPOSITIS AURO DAPIBUS· PATERASQ· TENEBANT·
IAMQ· DIES· ALTERQ· DIES PROCESSIT· ET AURAE
UELA UOCANT· TUMIDOQ· INFLATUR CARBASUS AUSTRO·
HIS UATEM ADGREDIOR DICTIS· AC TALIA QUAESO·
TROIUGENA INTERPRES DIUUM· QUI NUMINA PHOEBI·
QUI TRIPODAS CLARI LURUS· QUI SIDERA SENTIS·
ET UOLUCRUM LINGUAS· ET PRAEPITIS OMINA PINNAE·
FAEE AGE, NAMQ· OMNEM CURSUM MIHI PROSPERA DIXIT.
RELIGIO· ET CUNCTI SUASERUNT NUMINE DIUI·
ITALIAM PETERE· ET TERRAS TEMPTARE REPOSTAS.
SOLA NOUM. DICTUQ· NEFAS· HARPEIA CELAENO·
PRODIGIUM CANIT· ET TRISTIS DENUNTIAT IRAS
OBSCENAMQ· FAMEM· QUAE PRIMA PERICULA UITTO·
QUIDUE SEQUENS, TANTOS POSSIM SUPERARE LABORES·
HIC HELENUS· CAESIS PRIMUM DE MORE IUUENCIS
EXORAT PACEM DIUUM· UITTASQ· RESOLUIT
SACRATI CAPITIS· MEQ· AD TUA LIMINA PHOEBE·
IPSE MANU MULTO SUSPENSUM NUMINE DUCIT·
ATQ· HAEC DEINDE CANIT· DIUINO EX ORE SACERDOS·
NATE DEA, NAM TE· MAIORIB· IRE PER ALTUM
AUSPICIIS MANIFESTA FIDES· SIC FATA. DEUM REX
SORTITUR· UOLUITQ· UICES. IS UERTITUR ORDO·
PAUCA TIBI E MULTIS, QUO TUTIOR HOSPITA LUSTRES

AEQUORA· ET AUSONIO POSSIS CONSIDERE PORTU ·
EXPEDIAM DICTIS' PROHIBENT NAM CETERA PARCAE
SCIRE HELENUM FARIQ· UETAT SATURNIA IUNO ·
PRINCIPIO· ITALIAM· QUAM TU IAM RERE PROPINQUA·
UICINOSQ· IGNARE PARAS INUADERE PORTUS·
LONGA PROCUL . LONGIS UIA DIUIDIT INUIA TERRIS·
ANTE ET TRINACRIA. LENTANDUS REMUS IN UNDA·
ET SALIS AUSONII LUSTRANDUM NAUIB· AEQUOR'
INFERNIQ· LACUS AEAEQ· INSULA CIRCAE·
QUAM TUTA POSSIS URBEM COMPONERE TERRA·
SIGNA TIBI DICAM· TU CONDITA MENTE TENETO·
CUM TIBI SOLLICITO· SECRETI AD FLUMINIS UNDAM
LITOREIS INGENS INUENTA SUB ILICIBUS SUS·
TRIGINTA CAPITUM FETUS ENIXA· IACEBIT
ALBA· SOLO RECUBANS. ALBI CIRCUM UBERA NATI ·
IS LOCUS URBIS ERIT· REQUIES EA CERTA LABORUM
NEC TU MENSARUM MORSUS HORRESCE FUTUROS ·
FATA UIAM INUENIENT· ADERITQ· UOCATUS APOLLO ·
HAS AUTEM TERRAS· ITALIQ· HANC LITORIS ORAM ·
PROXIMA QUAE NOSTRI PERFUNDITUR AEQUORIS AESTU
EFFUGE CUNCTA MALIS HABITANTUR MOENIA GRAIS·
HIC ET NARYCII POSUERUNT MOENIA LOCRI·
ET SALENTINOS OBSEDIT MILITEM CAMPOS·
LYCTIUS IDOMENAEUS. HIC ILLA DUCIS MELIBOEI
PARUA PHILOCTETAE SUBNIXA PETELIA MURO ·
QUIN UBI TRANSMISSAE·STETERINT·TRANS AEQUORA CLASSES
ET POSITIS ARIS. IAM UOTA IN LITORE SOLUES·
PURPUREO UELARE COMAS ADOPERTUS AMICTU·
NEQUA INTER SANCTOS IGNIS. IN HONORE DEORUM

HOSTILIS FACIES OCCURRAT· ET OMINA TURBET·
HUNC SOCIOS MOREM SACRORUM· HUNC IPSE TENETO·
HAC CASTI MANEANT IN RELIGIONE NEPOTES·
AST UBI DIGRESSUM SICULAE TE ADMOUERIT ORAE
UENTUS· ET ANGUSTI RARESCENT CLAUSTRA PELORI·
LAEUA TIBI TELLUS· ET LONGO LAEUA PETANTUR
AEQUORA CIRCUITU DEXTRUM FUGE LITUS· ET UNDAS·
HAEC LOCA· UI· QUONDAM· ET UASTA CONUULSA RUINA
TANTUM AEUI LONGINQUA UALET MUTARE UETUSTAS·
DISSILUISSE FERUNT· CUM PROTINUS UTRAQ· TELLUS
UNA FORET· UENIT MEDIO UI PONTUS· ET UNDIS
HESPERIUM· SICULO LATUS ABSCIDIT· ARUAQ· ET URBES
LITORE DEDUCTAS· ANGUSTO INTERLUIT AESTU·
DEXTRUM SCYLLA LATUS· LAEUUM INPLACATA CHARYBDIS
OBSIDET· ·:·ATQ· IMO BARA[H]TRI TER GURGITE· UASTOS
SORBET IN ABRUPTUM FLUCTU ·:·RURSUSQ· SUB AURAS
ERIGIT ALTERNOS· ET SIDERA UERBERAT UNDA·
A[T] SCYLLAM· CAECIS COHIBET SPELUNCA LATEBRIS
ORA EXERTANTEM· ET NAUIS IN SAXA TRAHENTEM
PRIMA HOMINIS FACIES· ET PULCH[R]O PECTO[RE] UIRGO·
PUBE TENUS POSTREMA· IMMANI CORPORE PISTRIX·
DELPHINUM CAUDAS UTERO COMMISSA LUPORUM·
PRAESTAT· TRINACRII METAS LUSTRARE PACHYNI
CESSANTEM· LONGOS ET CIRCUMFLECTERE CURSUS·
QUAM SEMEL· INFORMEM UASTO UIDISSE SUB AÑRO
SCYLLAM· ET CAERULEIS CANIB· RESONANTIA SAXA·
PRAETEREA SI QUA EST HELENO PRUDENTIA UATI
SIQUA FIDES· ANIMUM SI UERIS IMPLET APOLLO
UNUM ILLUT TIBI NATE DEA· PROQ· OMNIB· UNUM

PRAEDICAM· ET REPETENS ITERUMQ· ITERUMQ· MONEBO·
IUNONIS MAGNAE PRIMUM PRECE NUMEN ADORA·
IUNONI CANE UOTA LIBENS· DOMINAMQ· POTENTEM·
SUPPLICIBUS SUPERA DONIS· SIC DENIQ· UICTOR·
TRINACRIA FINIS ITALOS MITTERE RELICTA·
HUC UBI DELATUS, CYMEAM ACCESSERIS URBEM·
DIUINOSQ· LACUS· ET AUERNA SONANTIA SILUIS·
INSANAM UATEM ASPICIES· QUAE RUPE SUB IMA
FATA CANIT· FOLIISQ· NOTAS· ET NOMINA MANDAT·
QUAECUMQ· IN FOLIIS, DESCRIBSIT CARMINA UIRGO·
DEGERIT IN NUMERUM· ATQ· ANTRO SECLUSA RELINQUIT·
ILLA MANENT IMMOTA LOCIS· NEQ· AB ORDINE CEDUNT·
UERUM EADEM UERSO TENUIS CUM CARDINE UENTUS
IMPULIT· ET TENERAS TURBAUIT IANUA FRONDES·
NUMQUAM DEINDE CAUO UOLITANTIA PREHENDERE SAXO·
NEC REUOCARE SITUS· AUT IUNGERE CARMINA CURAT·
INCONSULTI ABEUNT· SEDEMQ· ODERE SIBYLLAE·
HIC TIBI· NEQUA MORAE FUERINT DISPENDIA TANTI·
QUAMUIS INCREPITENT SOCII· ET UI CURSUS IN ALTUM
UELA UOCENT· POSSISQ· SINUS IMPLERE SECUNDOS·
QUIN ADEAS UATEM· PRECIBUSQ· ORACULA POSCAS·
IPSA CANAT· UOCEMQ· UOLENS ATQ· ORA RESOLUAT·
ILLA TIBI ITALIAE POPULOS. UENTURAQ· BELLA·
ET QUO QUEMQ· MODO. FUGIASQ· FERASQ· LABOREM·
EXPEDIET· CURSUSQ· DABIT UENERATA SECUNDOS·
HAEC SUNT· QUAE NOSTRA LICEAT TE UOCE MONERI
UADE AGE· ET INGENTEM FACTIS FER AD AETHERA TROIAM·
QUAE POSTQUAM UATES. SIC ORE EFFATUS AMICO EST·
DONA DHEINC AURO GRAUIA· SECTOQ· ELEPHANTO

IMPERAT AD NAUIS FERRI· STIPATQ· CARINIS
INGENS ARGENTUM· DODONEOSQ· LEBETAS ·
LORICAM CONSERTAM HAMIS· AUROQ· TRILICEM·
ET CONUM INSIGNIS GALEAE CRISTASQ· COMANTIS
ARMA NEOPTOLEMI· SUNT ET SUA DONA PARENTI·
ADDIT EQUOS ADDITQ· DUCES·
REMIGIUM SUPLET· SOCIOS SIMUL INSTRUET ARMIS·
INTEREA, CLASSEM UELIS APTARE IUBEBAT
ANCHISES· FIERET UENTO MORA NEQUA FERENTI·
QUEM PHOEBI INTERPRES· MULTO COMPELLAT HONORE
CONIUGIO ANCHISAE UENERIS DIGNATE SUPERBO·
CURA DEUM· BIS PERGAMEIS EREPTE RUINIS·
ECCE TIBI AUSONIAE TELLUS HANC ARRIPE UELIS·
ET TAMEN HANC PELAGO PRAETERLABERE NECESSEST·
AUSONIAE PARS ILLA PROCUL· QUAM PANDIT APOLLO·
UNDE AGE O FELIX NATI PIETATE· QUOD ULTRA
PROUEHOR· ET FANDO SURGENTIS DEMOROR AUSTROS·
NEC MINUS ANDROMACHE DIGRESSU MAESTA SUPREMO·
FERT PICTURATAS AURIS SUBTEGMINE UESTES
ET PHRYGIAM ASCANIO CLAMYDEM· NEC CEDIT HONORI·
TEXTILIBUSQ· ONERAT DONIS· AC TALIA FATUR·
ACCIPE. ET HAEC MANUUM TIBI QUAE MONUMENTA MEARU̅
SINT PUER· ET LONGUM ANDROMACHE TESTENTUR AMORE̅
CONIUGIIS HECTOREAE, CAPE DONA EXTREMA TUORU̅
O MIHI SOLA MEIS SUPER ASTYANACTIS IMAGO·
SIC OCULOS, SIC ILLE MANUS· SIC ORA FEREBAT·
ET NUNC AEQUALI TECUM PUBESCERET AEUO·
HOS EGO DIGREDIENS, LACRIMIS ADFABAR OBORTIS.
U UITE FELICES. QUIB· EST FORTUNA PERACTA

IAM SUA' NOS ALIA EX ALIIS IN FATA UOCAMUR·
UOBIS PARTA QUIES, NULLUM MARIS AEQUOR ARANDŪ
ARUA NEQ· AUSONIAE SEMPER CEDENTIA RETRO,
QUAERENDA· EFFIGIEM XANTHI· TROIAMQ· UIDETIS
QUAM UESTRAE FECERE MANUS· MELIORIB· OPTO
AUSPICIIS· ET QUAE FUERINT MINUS OBUIA GRAIS·
SI QUANDO THYBRIM· UICINAQ· THYBRIDIS ARUA
INTRARO· GENTIQUE MEAE DATA MOENIA CERNAM·
COGNATAS URBES OLIM· POPULOSQ· PROPINQUOS·
EPIRO HESPERIAM· QUIB· IDEM DARDANUS AUCTOR·
ATQ· IDEM CASUS· UNA[M] FACIEMUS UTRAMQ·
TROIAM ANIMIS· MANEAT NOSTROS EA CURA NEPOTES·
PROUEHIMUR PELAGO, UICINA CERAUNIA IUXTA·
UNDE ITER ITALIAM· CURSUSQ· BREUISSIMUS UNDIS'
SOL RUIT INTEREA· ET MONTES UMBRANTUR OPACI'
STERNIMUR OPTATAE GREMIO TELLURIS AD UNDAM·
SORTITI REMOS· PASSIMQ· IN LITORE SICCO
CORPORA CURAMUS· FESSUS SOPOR· INRIGAT ARTUS·
NEC DUM ORBEM MEDIUM· NOX HORIS ACTA SUBIBAT·
HAUT SEGNIS STRATO SURGIT PALINURUS· ET OMNIS
EXPLORAT UENTOS· ATQ· AURIB· AERA CAPTAT·
SIDÉRA CUNCTA NOTAT TACITO LABENTIA CAELO·
ARCTURUM· PLUUIASQ· HYADAS· GEMINOSQ· TRIONES·
ARMATUMQ· AURO CIRCUMSPICIT ORIONA'
POSTQUAM CUNCTA UIDET CAELO CONSTARE SERENO·
DAT CLARUM E PUPPI SIGNUM· NOS CASTRA MOUEMUS'
TEMPTAMUSQ UIAM· ET UELORUM PANDIMUS ALAS·
IAMQ· RUBESCEBAT STELLIS AURARA FUGATIS·
CUM PROCUL, OBSCUROS COLLIS HUMILEMQ· UIDEMUS

ITALIAM· ITALIAM PRIMUS CONCLAMAT ACHATES'
ITALIAM LAETO SOCII CLAMORE SALUTANT'
TUM PATER ANCHISES' MAGNUM CRATERA CORONA
INDUIT· INPLEUITQ· MERO, DIUOSQ UOCAUIT'
STANT CELSA IN PUPPI·
DI MARIS ET TERRAE· TEMPESTATUMQ POTENTES·
FERTE UIAM UENTO FACILEM' ET SPIRATE SECUNDI·
CREBRESCUNT OPTATAE AURAE' PORTUSQ PATESCIT
IAM PROPIOR· TEMPLUMQ APPARET IN ARCE· MINERUAE·
UELA LEGUNT SOCII· ET PRORAS AD LITORA TORQUENT·
PORTUS AB EUROO FLUCTU CURUATUS IN ARCUM
OBIECTAE SALSA SPUMANT ASPARGINE CAUTES·
IPSE LATET, GEMINO DEMITTUNT BRACCHIA MURO·
TURRITI SCOPULI· REFUGITQ A^B^ LITORE TEMPLUM·
QUATTUOR HIC PRIMUM OMEN EQUOS IN GRAMINE UIDI·
TONDENTES CAMPUM LATE· CANDORE NIUALI·
ET PATER ANCHISES· BELLUM Ó TERRA HOSPITA PORTAS·
BELLO ARMANTUR EQUI· BELLUM HAEC ARMENTA MINAÑUR'
SET TAMEN IDEM OLIM CURRU SUCCEDERE SUETI
QUADRUPEDES· ET FRENA IUGO CONCORDIA FERRE·
SPES ET PACIS AIT· TUM NUMINA SANCTA PRAECAMUR
PALLADIS ARMISONAE· QUAE PRIMA ACCEPIT OUAÑIS·
ET CAPITA ^A^NTE ARAS· PHRYGIO UELAMUR AMICTU·
PRAECEPTISQ HELENI· DEDERAT QUAE MAXIMA· RITE
IUNONI ARGIUAE· IUSSOS ADOLEMUS HONORES·
HAUT MORA CONTINUO· PERFECTIS ORDINE UOTIS·
CORNUA UELATARUM OBUERTIMUS ANTEMNARU~
GRAIUGENUMQ DOMOS SUSPECTAQ LINQUIMUS ARUA·
HINC SINUS· HERCULEI SI UERA EST FAMA TARENTI

CERNITUR· ATTOLLIT SE DIUA LACINIA CONTRA·
CAULONISQ· ARCES· ET NAUIFRAGUM SCYLLACAEUM·
TUM PROCUL E FLUCTU. TRINACRIA CERNITUR AETNA·
ET GEMITUM INGENTEM PELAGI· PULSATAQ· SAXA
AUDIMUS LONGE· FRAS[C]TASQ· AB[B] LITORX[F] UOCES·
EXULTANTQ· UADA· ATQ· AESTU MISCENTUR HARENAE·
ET PATER ANCHISES. NIMIRUM HIC ILLA CARYBDIS·
HOS HELENUS SCOPULOS, HAEC SAXA HORRENDA CANEBAT·
ERIPITE Ó SOCII· PARITERQ· INSURGITE REMIS·
HAUT MINUS AC IUSSI FACIUNT· PRIMUSQ· RUDENTEM
CONTORSIT. LAEUAS PRORAM PALINURUS AD UNDAS·
LAEUAM CUNCTA COHORS UEN[=]TIS REMISQ·[C] PETIUIT·
TOLLIMUR IN CAELUM CURUATO GURGITE· ET IDEM
SUBDUCTA AD MANIS IMOS DESEDIMUS UNDA·
TER SCOPULI CLAMOREM. INTER CAUSA SAXA DEDERE·
TER SPUMAM EL[I]SAM E[T] RORANTIA UIDIMUS ASTRA·
INTEREA· FESSOS UENTUS CUM SOLE RE[LI]QUIT·
IGNARIQ· UIAE, CYCLOPUM ADLABIMUR ORIS·
PORTUS AB ACCESSU UENTORUM IMMOTUS· ET INGENS
IPSE· SET HORRIFICIS IUXTA TONAT AETNA RUINIS·
INTERDUMQ· ATRAM PRORUMPIT AD AETHERA NUBĒ
TURBINE FUMANTEM PICEO· ET CANDENTE FAUILLA·
ATTOLLITQ· GLOBOS FLAMMARUM· ET SIDERA LAMBIT·
INTERDUM SCOPULOS· AUOLSAQ· UISCERA MONTIS
ERIGIT ERUCTANS· LIQUEFACTAQ· SAXA SUB AURAS
CUM GEMITU GLOMERAT· FUNDOQ· EXAESTUAT IMO·
FAMA EST. ENCELADI SEMUSTUM FULMINE CORPUS
URGERI MOLE HAC· INGENTEMQ· INSUPER AETNAM
INPOSITAM· RUPTIS FLAMMAM EXSPIRARE CAMINIS·

ET FESSUM QUOTIENS MUTÆT LATUS· INTREMERE OMNĒ
·MURMERE TRINACRIAM· ET CAELUM SUBTEXERE FUMO·
NOCTEM ILLAM, TECTIS SILUIS IMMANIA MOSTRA
PERFERIMUS· NEC QUAE SONITUM DET CAUSA UIDEMUS·
NAM NEQ· ERANT ASTRORUM IGNES· NEC LUCIDUS AETHRA·
SIDEREA POLUS· OBSCURO SET NUBILA CAELO·
ET LUNAM IN NIMBO NOX INTEMPESTA TENEBAT·
POSTERA IAMQ· DIES· PRIMO SURGEBAT EOO·
UMENTEMQ· AURORA POLO DIMOUERAT UMBRAM·
CUM SUBITO E SILUIS, MACIE CONFECTA SUPREMA·
IGNOTI NOUA FORMA UIRI· MISERANDAQ· CULTU
PROCEDIT· SUPPLEXQ· MANUS AD LITORA TENDIT·
RESPICIMUS· DIRA INLUUIES· INMISSASQ· BARBA·
CONSERTUM TEGUMEN SPINIS· AT CETERA GRAIUS·
ET QUONDAM PATRIS AT TROIAM MISSUS IN ARMIS·
ISQ· UBI DARDANIOS HABITUS· ET TROIA UIDIT
ARMA PROCUL· PAULUM ASPECTU CONTERRITUS HAESIT·
CONTINUITQ· GRADUM· MOX SE SE AD LITORA PRAECEPS·
CUM FLETU PRECIBUSQ· TULIT· PER SIDERA TESTOR
PER SUPEROS· ATQ· HOC CAELI SPERABILE NUMEN
TOLLITE ME TEUCRI· QUASCUMQ· ABDUCITE TERRIS·
HOC SAT ERIT· SCIO ME DANAIS E CLASSIB· UNUM·
ET BELLO ILIACOS FATEOR PETISSE PENATES·
PRO QUO SCELERI TANTA EST INIURIA NOSTRI·
SPARGITE ME IN FLUCTUS· UASTOQ· INMERGITE PONTO·
SI PEREO, HOMINUM MANIB· PERISSE IUBABIT·
DIXERAT· ET GENUA AMPLEXUS· GENIBUSQ· UOLUTANS
HAEREBAT· QUI SIT FARI, QUO SANGUINE CRETUS
HORTAMUR· QUAE DEINDE AGITET FORTUNA FATERI·

IPSE PATER DEXTRAM ANCHISES, HAUT MULTA MORATUS
DAT IUUENI· ATQ· ANIMUM PRAESENTI PIGNORE FIRMAT·
ILLE HAEC DEPOSITA TANDEM FORMIDINE FATUR·
SUM PATRIA EX ITHACA, COMES INFELICIS ULIXI·
NOMINE ACHEMENIDES· TROIAM GENITORE ADAMASTO
PAUPERE· MANSISSETQ· UTINAM FORTUNA· PROFECTUS·
HIC ME, DUM TREPIDI CRUDELIA LIMINA LINQUUNT·
INMEMORES SOCII· UASTOS CYCLOPIS IN ANTRO
DESERUERE· DOMUS SANIE· DAPIBUSQ· CRUENTIS·
INTUS OPACA INGENS· IPSE ARDUUS· ALTAQ· PULSAT
SIDERA· DI TALEM TERRIS AUERTITE PESTEM·
NEC UISU FACILIS. NEC DICTU AFFABILIS ULLI·
UISCERIB· MISERORUM, ET SANGUINE UESCITUR ATRO·
UIDI EGOMET· DUO DE NUMERO CUM CORPORA NOSTRO·
PRENSA MANU MAGNA· MEDIO RESUPINUS IN ANTRO
FRANGERET AD SAXUM' SANIEQ· ADSPERSA NATARENT
LIMINA· UIDI ATRO CUM MEMBRA FLUENTIA TABO
MANDARET· ET TREPIDI TREMERENT SUB DENTIBUS ARTU·
HAUT INPUNE QUIDEM· NEC TALIA PASSUS ULIXES·
OBLITUSUE SUI EST ITHACUS, DISCRIMINE TANTO·
NAM SIMUL EXPLETUS DAPIB·, UINOQ· SEPULTUS·
CERUICEM INFLEXAM POSUIT· IACUITQ· PER ANTRUM
INMEMSUS. SANIEM ERUCTANS ET FRUSTRA CRUENTO
PER SOMNUM COMMIXTA MERO· NOS MAGNA PRECATI
NOMINA· SORTITIQ· UICES· UNA UNDIQ· CIRCUM
FUNDIMUR· ET TELO LUMEN TEREBRAMUS ACUTO
INGENS, QUOD TORUA SOLUM SUB FRONTE LATEBAT·
ARGOLICI CLIPEI· AUT PHOEBEAE LAMPADIS INSTAR·
ET TANDEM LAETI·· SOCIORUM ULCISCIMUR UMBRAS·

SED FUGITE O MISERI· FUGITE· ATQ· AB LITORE FUNEM
RUMPITE·
NAM QUALIS, QUANTUSQ· CAUO POLYPHEMUS IN ANTRO·
LANIGERAS CLAUDIT PECUDES· ATQ· UBERA PRESSAT.
CENTUM ALII· CURUA HAEC HABITANT A[D]B LITORA UULGO·
INFANDI CYCLOPES E[&]T ALTIS MONTIB· ERRANT.
TERTIA IAM LUNAE SE CORNUA LUMINE COMPLENT·
CUM UITAM IN SILUIS· INTER DESERTA FERARUM
LUSTRA· DOMOSQ· TRAHO· UASTOSQ· AB RUPE CYCLOPAS
PROSPICIO· SONITUMQ· PEDUM· UOCEMQ· TREMESCO·
UICTUM INFELICEM· BACAS LAPIDOSAQ· CORNA
DANT RAMI· ET UULSIS PASCUNT RADICIB· HERBAE·
OMNIA CONLUSTRANS. HANC PRIMUM AD LITORA CLASSEM
PROSPEXI UENIENTEM HUIC ME. QUAECUMQ· FUISSET
ADDIXI· SATIS EST GENTEM EFFUGISSE NEFANDAM·
UOS ANIMAM HANC POTIUS· QUOCUMQ· ABSUMITE [L]ETO
UIX EA FATUS ERAT· SUMMO CUM MONTE UIDEMUS·
IPSUM INTER PECUDES· UASTA SE MOLE MOUENTEM·
PASTOREM POLYMPHEMUM· ET LITORA NOTA PETENTE~
MONSTRUM· HORRENDUM· INFORME· INGENS· CUI LUMĒ ADEMTU~
TRUNCA MANU [M] PINUS REGIT· ET UESTIGIA FIRMAT·
LANIGERAE COMITANTUR OUES· EA SOLA UOLUPTAS·
SOLAMENQ· MALI·
POSTQUAM ALTOS TETIGIT FLUCTUS· ET AD AEQUORA UENIT·
LUMINIS EFFUSOS FLUUIDUM LAUIT INDE CRUOREM·
DENTIB· INFRENDENS GEMITU· GRADI[T]URQ· PER AEQUOR
IAM MEDIUM· NEC DUM FLUCTUS LATERA ARDUA T[IN]EXIT·
NOS PROCUL INDE FUGAM· TREPIDI· CELERARE RECEPTO
SUPPLICE· SIC MERITO· TACITIQ· INCIDERE FUNEM·

UERTIMUS· ET PRONI CERTANTIB· AEQUORA REMIS·
SENSIT· ET AT SONITUM UOCIS UESTIGIA TORSIT·
UERUM UBI NULLA DATUR· DEXTRUM [A] AFFECTARE POTESTAS
NEC POTIS IONIOS FLUCTUS AEQUARE SEQUENDO'
CLAMOREM IMMENSUM TOLLIT· QUO PONTUS' ET OMNES
CONTREMUERE UNDAE· PENITUSQ· EXTERRITA TELLUS
A ITALIAS [E] CURUISQ· INMUGIIT AETHNA CAUERNIS·
C EXCITUM RUIT AT PORTUS ET LITORA COMPLENT·
CERNIMUS ADSTANTIS NEQUIQUAM LUMINE TORUO
AETNEOS FRATRES· CAELO CAPITA ALTA FERENTIS'
CONCILIUM HORRENDUM· QUALES CUM UERTICE CELSO
AERIAE QUAECUS [R] AUT CONIFERAE CYPARESSI
CONSTITERUNT· SILUA ALTA IOUIS· LUCUSUE DIANAE·
PRECIPITES METUS ACER AGIT. QUOCUMQ· RUDENTIS
EXCUTERE· ET UENTIS INTENDERE UELA SECUNDIS
CONTRA IUSSA MONENT HELENI· SCYLLAM ATQ· CHARYBDI
INTER UTRAMQ· UIAM LAETI DISCRIMINE PARUO
NI TENEANT CURSUS RDARE [CERTUM EST] LINTEA RETRO
ECCE AUTEM BOREAS ANGUSTA AB SEDE PELORI·
MISSUS ADEST' UIUO PRAETERUEHOR OSTIA SAXO
PANTAGIAE MEGAROSQ· SINUS THAPSUMQ· IACENTE-
TALIA MONSTRABAT RELEGENS· ERRATA RETRORSUS
LITORA ACHEMENIDES· COMES INFELICIS ULIXI·
SICANIO PRAETENTA SINU· IACET INSULA' CONTRA
PLEMYRIUM UNDOSUM· NOMEN DIXERE PRIORES
ORTYGIAM AMPHEUM FAMA EST HUC ELIDIS AMNEM
OCCULTAS EGISSE UIAS SUBTER MARE QUI DUNC [N]
ORE ARETHUSA' TUO SICULIS CONFUNDITUR UNDIS·
IUSSI NUMINA MAGNA LOCI UENERAMUR· ET INDE

B AT GENUS E SILUIS CYCLOPUM E MONTIB· ALTIS

EXUPERO. PRAEPINGUE SOLUM STAGNANTIS HELORI'
HINC ALTAS CAUTES. PROIECTAQ· SAXA PACHYNT·
RADIMUS' ET FATIS NUMQUAM CONCESSA MOUERI'
APPARET CAMERINA PROCUL· CAMPIQ· GELOI'
IMMANISQ· GELA· FLUUII COGNOMINE DICTA'
ARDUUS INDE AGRAGANS. OSTENTAT MAXIMA LONGE·
MOENIA·MAGNANIMUM QUONDAM GENERATOR EQUORU~
TEQ DATIS LINQUO UENTIS PALMOSA SELINYS'
ET·UADA DURA LEGO SAXIS LILYBEIA CAECIS'
HINC DREPANI ME PORTUS· ET INLAETABILIS ORA
ACCIPIT' HIC PELAGI TOT TEMPESTATIB' ACTUS'
HEU GENITOREM OMNIS CURAE CASUSQ· LEUAMEN'
AMITTO ANCHISEN' HIC ME PATER OPTIME FESSUM
DESERIS' HEU TANTIS NEQUIQUAM EREPTE PERICLIS·
NEC UATES HELENUS' CUM MULTA HORRENDA MONERET
HOS MIHI PRAEDIXIT LUCTUS· NON DIRA CELAENO·
HIC LABOR EXTREMUS. LONGARUM HAEC META UIARU~'
HINC ME DIGRESSUM· UESTRIS DEUS APPULIT ORIS·
SIC PATER AENEAS· INTENTIS OMNIB· UNUS
FATA RENARRABAT DIUUM· CURSUSQ' DOCEBAT'
CONTICUIT TANDEM· FACTOQ· HIC FINE QUIEUIT'

ꝑ ꝑ KA ꝑ ꝑ ꝑ ꝑ ꝑ ꝑ ꝑ

P· UERGILI· MARONIS AENEIDOS· LIB· III

ꝑ ꝑ ꝑ ꝑ ꝑ ꝑ ꝑ

EXPL· INCIPIT· LIB· IIII FELICITER·

ꝯ ꝑ ꝯ ꝑ ꝯ ꝑ ꝯ ꝑ ꝯ

AT REGINA GRAUI IANDUDUM SAUCIA CURA·
UULNUS ALIT UENIS ET CAECO CARPITUR IGNI·
MULTA UIRI UIRTUS ANIMO MULTUSQ· RECURSAT·
GENTIS HONOS. HAERENT INFIXI PECTORE UULTUS
UERBAQ; NEC PLACIDAM MEMBRIS DAT CURA QUIETEM·
POSTERA PHOEBEA LUSTRABAT LAMPADE TERRAS·
UMENTEMQ· AURORA POLO DIMOUERAT UMBRAM·
CUM SIC UNANIMEM ADLOQUITUR MALESANA SOROREM
ANNA SOROR· QUAE ME SUSPENSAM INSOMNIA TERRENT·
QUIS NOUUS HIC NOSTRIS SUCCESSIT SEDIB· HOSPES·
QUEM SESE ORE FERENS. QUAM FORTI PECTORE, ET ARMIS·
CREDO EQUIDEM· NEC UANA FIDES. GENUS ESSE DEORUM·
DEGENERES ANIMOS TIMOR ARGUIT· HEU, QUIBUS ILLE
IACTATUS FATIS· QUAE BELLA EXHAUSTA CANEBAT·
SI MIHI NON ANIMO FIXUM IMMOTUMQ· SEDERET·
NE CUI ME. UINCLO UELLEM SOCIARE IUGALI·
POSTQUAM PRIMUS AMOR· DECEPTAM MORTE FEFELLIT·
SI NON PERTAESUM THALAMI· TAEDAEQ· FUISSENT·
HUIC UNI FORSAN POTUI SUCCUMBERE CULPAE·
ANNA, FATEBOR ENIM· MISERI POST FATA SYCHAEI
CONIUGIS· ET SPARSOS FRATERNA CAEDE PENATES·
SOLUS HIC INFLEXIT SENSUS· ANIMUMQ· LABANTEM·
IMPULIT· ADGNOSCO UETERIS UESTIGIA FLAMMAE·
SET MIHI UEL TELLUS OPTEM PRIUS IMA DEHISCAT·
UEL PATER OMNIPOTENS ADIGAT ME FULMINE AD UMBRAS
PALLENTES· UMBRAS EREBI NOCTEMQ· PROFUNDAM·
ANTE PUDOR· QUAM TE UIOLO· AUT TUA IURA RESOLUO·
ILLE MEOS PRIMUS. QUI ME SIBI IUNXIT AMORES
ABSTULIT· ILLE HABEAT SECUM SERUETQ· SEPULCHRO·

SIC EFFATA· SINUM LACRIMIS IMPLEUIT OBORTIS
ANNA REFERT' O LUCE MAGIS DILECTA SORORI'
SOLANE PERPETUA MAERENS CARPERE IUUENTA'
NEC DULCIS NATOS. UENERIS NEC PRAEMIA NORIS·
ID CINEREM. AUT MANES CREDIS CURARE SEPULTOS·
ESTO· AEGRAM NULLI QUONDAM FLEXERE MARITI·
NON LIBYAE. NON ANTE TYRO DESPECTUS IARBAS·
DUCTORESQ. ALII· QUOS AFRICA TERRA· TRIUMPHIS
DIUES ALIT· PLACITONE ETIAM PUGNABIS AMORI'
NEC UENIT IN MENTEM, QUORUM CONSEDERIS ARUIS'
HINC GETULAE URBES. GENUS INSUPERABILE BELLO'
ET NUMIDAE INFRENI CINGUNT· ET INHOSPITA SYRTES·
HINC DESERTA SITI REGIO· LATEQ. FURENTES
BARCAEI· QUID BELLA TYRO SURGENTIA DICAM·
GERMANIQ. MINAS'
DIS EQUIDEM AUSPICIB· REOR· ET IUNONE SECUNDA'
HUNC CURSUM ILIACAS UENTO. TENUISSE CARINAS·
QUAM TU URBEM SOROR HANC CERNES· QUAE SURGERE REGNA
CONIUGIO TALI· TEUCRUM COMITANTIB· ARMIS
PUNICA SE QUANTIS ATTOLLET GLORIA REBUS'
TU MODO POSCE DEOS UENIAM· SACRISQ. LITATIS
INDULGE HOSPITIO· CAUSASQ. INNECTE MORANDI·
DUM PELAGO DESAEUIT HIEMPS· ET AQUOSUS ORI·RI
QUASSATAEQ. RATES. DUM NON TRACTABILE CAELUM·
HIS DICTIS· INCENSUM ANIMUM INFLAMMAUIT AMORE·
SPEMQ. DEDIT DUBIAE MENTI· SOLUITQ. PUDOREM
PRINCIPIO DELUBRA ADEUNT· PACEMQ. PER ARAS
EXQUIRUNT· MACTANT LECTAS DE MORE BIDENTIS·
LEGIFERAE CERERI· PHOEBOQ'. PATRIQ. LYAEO'

IUNONI ANTE OMNIS· CUI UINCLA IUGALIA CURAE·
IPSA TENENS DEXTRA PATER AM HANC PULCHERRIMA DIDO.
CANDENTIS UACCAE MEDIA INTER CORNUA FUNDIT·
AUT ANTE ORA DEUM. PINGUIS SPATIATUR AD ARAS·
INSTAURATQ· DIEM DONIS. PECUDUMQ· RECLUSIS
PECTORIB·. INHIANS· SPIRANTIA CONSULIT EXTA·
HEU UATUM IGNARAE MENTES. QUID UOTA FURENTE·
QUID DELUBRA IUUANT· EST MOLLIS FLAMMA MEDULLAS
INTEREA· ET TACITUM UIUIT SUB PECTORE UULNUS·
URITUR INFELIX DIDO. TOTAQ· UAGATUR
URBE FURENS· QUALIS CONIECTA CERUA SAGITTA
QUAM PROCUL INCAUTAM, NEMORA INTER CRESIA FIXIT·
PASTOR· AGENS TELIS· LIQUITQ· UOLATILE FERRUM
NESCIUS· ILLA FUGA SILUAS SALTUSQ· PERAGRAT
DICTAEOS. HAERET LATERI LETALIS HARUNDO·
NUNC MEDIA AENEAN SECUM PER MOENIA DUCIT·
SIDONIASQ· OSTENTAT OPES· URBEMQ· PARATAM·
INCIPIT EFFARI· MEDIAQ· IN UOCE RESISTIT·
NUNC EADEM LABENTE DIE, CONUIUIA QUAERIT·
ILIACOSQ· ITERUM DEMENS AUDIRE LABORES
EXPOSCIT· PENDETQ· ITERUM NARRANTIS AB ORE·
POST UBI DIGRESSI. LUMENQ· OBSCURA UICISSIM
LUNA PREMIT· SUADENTQ· CADENTIA SIDERA SOMNOS·
SOLA DOMO M AERET UACUA· STRATISQ· RELICTIS
INCUBAT· ILLUM ABSENS ABSENTEM AUDITQ· UIDETQ·
AUT GREMIO ASCANIUM· GENITORIS IMAGINE CAPTA
DETINET· INFANDUM SI FALLERE POSSIT AMOREM·
NON COEPTAE ADSURGUNT TURRES· NON ARMA IUUENTUS
EXERCET· PORTUSUE· AUT PROPUGNACULA BELLO

TUTA PARENT· PENDENT OPERA INTERRUPTA· MINAEQ·
MURORUM INGENTES· AEQUATAQ· MACHINA CAELO·
QUAM SIMUL AC TALI PERSENSIT PESTE TENERI
CARA IOUIS CONIUNX· NEC FAMAM OBSTARE FURORI·
TALIB· ADGREDITUR UENEREM SATURNIA DICTIS·
EGREGIAM UERO LAUDEM· ET SPOLIA AMPLA REFERTIS·
TUQ· PUERQ· TUUS· MAGNUM ET MEMORABILE NUMEN·
UNA· DOLO DIUUM· SI FEMINA UICTA DUORUM EST·
NEC ME ADEO FALLIT· UERITAM TE MOENIA NOSTRA·
SUSPECTAS HABUISSE DOMOS CARTHAGINIS ALTAE·
SED QUIS ERIT MODUS· AUT QUO NUNC CERTAMINE TANTO·
QUIN POTIUS PACEM AETERNAM, PACTOSQ· HYMENAEOS
EXERCEMUS. HABES TOTA QUOD MENTE PETISTI·
ARDET AMANS DIDO· TRAXITQ· PER OSSA FUROREM·
COMMUNEM HUNC ERGO POPULUM· PARIBUSQ· REGAMUS
AUSPICIIS· LICEAT PHRYGIO SERUIRE MARITO·
DOTALISQ· TUAE TYRIOS PERMITTERE DEXTRAE·
OLLI· SENSIT ENIM SIMULATA MENTE LOCUTAM·
QUO REGNUM ITALIAE LIBYCAS AUERTERET ORAS·
SIC CONTRA EST INGRESSA UENUS· QUIS TALIA DEMENS
ABNUAT· AUT TECUM MALIT CONTENDERE BELLO·
SI MODO QUOD MEMORAS FACTUM. FORTUNA SEQUATUR·
SET FATIS INCERTA FEROR· SI IUPPITER UNAM
ESSE UELIT· TYRIIS URBEM· TROIAQ· PROFECTIS
MISCERIUE PROBET POPULOS· AUT FOEDERA IUNGI·
TU CONIUNX· TIBI FAS ANIMUM TEMPTARE PRECANDO·
PERGE SEQUAR· TUM SIC EXCEPIT REGIA IUNO·
MECUM ERIT ISTE LABOR· NUNC, QUA· RATIONE QUOD INSTAT
QUOD FIERI POSSIT· PAUCIS ADUERTE DOCEBO·

UENATUM AENEAS· UNAQ· MISERIMA DIDO·
IN NEMUS IRE PARANT· UBI PRIMUS CRASTINUS ORTUS
EXTULERIT TITAN· RADIISQ· RETEXERIT ORBEM·
HIS EGO NIGRANTEM, COMMIXTA GRANDINE NIMBUM
DUM TREPIDANT ALAE· SALTUSQ· INDAGINE CINGUNT·
DESUPER INFUNDAM· ET TONITRU CAELUM OMNE CIEBO·
DIFFUGIENT COMITES· ET NOCTE TEGANTUR OPACA·
SPELUNCAM DIDO, DUX ET TROIANUS· EANDEM
DEUENIENT· ADERO ET TUA SI MIHI CERTA UOLUNTAS·
CONUBIO· IUNGAM STABILI· PROPRIAMQ· DICABO·
HIC HYMAENAEUS ERIT· NON ADUERSATA PETENTI·
ADNUIT· ATQ· DOLIS RISIT CYTHEREA REPERTIS·
OCEANUM INTEREA SURGENS AURORA RELINQUIT·
IT PORTIS, IUBARE EXORTO. DELECTA IUUENTUS·
RETIA RARA PLAGAE· LATO E UENABULA FERRO·
MASSYLIISQ· RUUNT EQUITES· ET ODERA CANUM UIS·
REGINAM THALAMO CUNCTANTEM AD LIMINA· PRIMI
POENORUM EXPECTANT· OSTROQ· INSIGNIS ET AURO
STAT SONIPES· AC FRENA FEROX SPUMANTIA MANDIT·
TANDEM PROGREDITUR MAGNA STIPANTE CATERUA·
SIDONIAM PICTO CLAMYDEM· CIRCUMDATA LYMBO·
CUI PHARETRA EX AURO. CRINES NODANTUR IN AURU·
AUREA PURPUREAM SUBNECTIT FIBULA UESTEM·
NECNON ET· PHRYGII COMITES· ET LAETUS IULUS
INCEDUNT· IPSE ANTE ALIOS PULCHERRIMUS OMNIS·
INFERT SE SOCIUM AENEAS· ATQ· AGMINA IUNGET·
QUALIS UBI HIBERNAM LYCIAM· XANTHIQ· FLUENTA
DESERIT· AC DELUM MATERNAM INUISIT APOLLO
INSTAURATQ· CHOROS, MIXTIQ· ALTARIA CIRCUM·

CRETESQ·. DRYOPESQ· FREMUNT· PICTIQ· AGATHYRSI·
IPSE IUGIS CYNTHI GRADITUR· MOLLIQ· FLUENTEM
FRONTE PREMIT· CRINEM FINGENS· ATQ· INPLICAT AURO·
TELAM SONANT UMERIS· AUT ILLO SEGNIOR IBAT
AENEAS· TANTUM EGREGIO DECUS ENITET ORE·
POSTQUAM ALTOS UENTUM IN MONTES· ATQ· INUIA LUSTRA
ECCE FERE SAXI DEIECTAE UERTICE CAPRAE
DECURRERE IUGIS· ALIA DE PARTE PATENTES
TRANSMITTUNT CURSU CAMPOS· ATQ· AGMINA CERUI
PULUERULENTA FUGA GLOMERANT· MONTESQ· RELINQUUNT·
AT PUER ASCANIUS, MEDIIS IN UALLIB· ACRI
GAUDET EQUO· IAMQ· HOS CURSU IAM PRAETERIT ILLOS·
SPUMANTEMQ· DARI· PECORA INTER INERTIA UOTIS
OPTAT APRUM· AUT FULUUM DESCENDERE MONTE LEONE·
INTEREA MAGNO MISCERI MURMURE CAELUM
INCIPIT· INSEQUITUR COMMIXTA GRANDINE NIMBUS·
ET TYRII COMITES· PASSIM· ET TROIANA IUUENTUS·
DARDANIUSQ· NEPOS UENERIS· DIUERSA PER AGROS·
TECTA METU PETIERE· RUUNT DE MONTIB· AMNES·
SPELUNCA DIDO· DUX ET TROIANUS EANDEM
DEUENIUNT· PRIMA ET TELLUS· ET PRONUBA IUNO
DANT SIGNUM· FULSERE IGNES· ET CONSCIUS AETHER
CONUBIIS· SUMMOQ· ULULARUNT UERTICE NYMPHAE·
ILLE DIES PRIMUS LETI· PRIMUSQ· MALORUM
CAUSA FUIT· NEQ· ENIM SPECIE FAMAUE MOUETUR·
NEC IAM FURTIUUM DIDO MEDITATUR AMOREM·
CONIUGIUM UOCAT· HOC PRAETEXIT NOMINE CULPAM·
EXTEMPLO LIBYAE· MAGNAS IT FAMA PER URBES·
FAMA MALUM· QUA NON ALIUT UELOCIUS ULLUM·

MOBILITATE UIGET· UIRESQ· ADQUIRIT EUNDO·
PARUA METU PRIMO MOX SESE ATTOLLIT IN AURAS·
INGREDITURQ· SOLU· ET CAPUT INTER NUBILA CONDIT·
ILLAM TERRAM PARENS. IRA INRITATA DEORUM·
EXTREMAM UT PERHIBENT· COEO. ENCELADOQ·. SORORĒ
PROGENUIT· PEDIB· CELEREM· ET PERNICIB· ALIS·
MONSTRUM HORRENDUM· INGENS· CUI QUOD SUÑT CORPORE PLUMAE
TOT UIGILES OCULIS SUBTER· MIRABILE DICTU·
TOT LINGUAE· TOTIDEM ORA SONANT· TOT SUBRIGIT AURIS·
NOCTE UOLAT· CAELI MEDIO· TERRAEQ· PER UMBRAM·
STRIDENS· NEC DULCI DECLINAT LUMINE SOMNO·
LUCE SEDET CUSTOS· AUT SUMMI CULMINE TECTI·
TURRIB· AUT ALTIS· ET MAGNAS ET TERRITAT URBES·
TAM FICTI PRAUIQ· TENAX· QUAM NUNTIA UERI·
HAEC TUM. MULTIPLICI POPULOS SERMONE REPLEBAT·
GAUDENS· ET PARITER FACTA· ATQ· INFECTA CANEBAT·
UENISSE AENEAN. TROIANO SANGUINE CRETUM·
CUI SE PULCHRA UIRO DIGNENTUR IUNGERE DIDO·
NUNC HIEMEM INTER SE· LUXU QUAM LONGA FOUERE·
REGNORUM INMEMORES· TURPIQ· CUPIDINE CAPTOS·
HAEC PASSIM DEA FOEDA· UIRUM DIFFUNDIT IN ORA·
PROTINUS AD REGEM. CURSUS DETORQUET IARBAN·
INCENDITQ· ANIMUM DICTIS· ATQ· AGGERAT IRAS·
HIC HAMMONE SATUS· RAPTA GARAMANTIDE NĨMPHA
TEMPLA IOUI· CENTUM. LATIS IMMANIA REGNIS
CENTUM ARAS POSUIT· UIGILEMQ· SACRAUERAT IGNĒ
EXCUBIAS DIUUM AETERNAS· PECUDUMQ· CRUORE·
PINGUE SOLUM· ET UARIIS FLORENTIA LIMINA SERTIS·
ISQ· AMENS ANIMI. ET RUMORE ACCENSUS AMARO·

DICITUR ANTE ARAS MEDIA INTER NUMINA DIUUM
MULTA IOUEM MANIB· SUPPLEX ORASSE SUPINIS·
IUPPITER OMNIPOTENS, CUI NUNT MAURUSIA PICTIS
GENS EPULATA TORIS· LENAEUM LIBAT HONOREM·
ASPICIS HAEC AN TE GENITOR· CUM FULMINA TORQUENS·
NEQUIQUAM HORREMUS· CAECIQ· IN NUBIB· IGNES
TERRIFICANT ANIMOS· ET INANIA MURMURA MISCENT·
FEMINA, QUAE NOSTRIS ERRANS IN FINIB·. URBEM
EXIGUÂM PRAETIO POSUIT· CUI LITUS ARANDUM
CUIQ· LOCI LEGES DEDIMUS· CONUBIA NOSTRA
REPPULIT· AC DOMINUM AENEAN IN REGNA RECEPIT·
ET NUNC ILLE PARIS, CUM SEMIUIRO COMITATU·
MAEONIA MENTUM MITRA· CRINEMQ· MADENTEM·
SUBNIXUS, RAPTO POTITUR· NOS MUNERA TEMPLIS·
QUIPPE TUIS FERIMUS· FAMAMQ· FOUEMUS INANEM·
TALIB·. ORANTEM DICTIS· ARASQUE TENENTEM·
AUDIIT OMNIPOTENS· OCULOSQ· AD MOENIA TORSIT
REGIA· ET OBLITOS FAMAE MELIORIS AMANTIS·
TUNC SIC MERCURIUM ADLOQUITUR· AC TALIA MANDAT
UADE AGE NATE UOCA ZEPHYROS· ET LABERE PINNIS
DARDANIUMQ· DUCEM· TYRIA CARTHAGINE· QUI NUNC
EXPECTAT· FATISQ· DATAS NON RESPICIT URBES
ADLOQUERE· ET CELERIS DEFER MEA DICTA PER AURAS·
NON ILLUM NOBIS GENETRIX PULCHERRIMA· TALEM
PROMISIT· GRAIUMQ· IDEO BIS UINDICAT ARMIS·
SED FORE, QUI GRAUIDAM IMPERIIS· BELLOQ· FREMEÑTE
ITALIAM· REGERET· GENUS ALTO A SANGUINE TEUCRI
PRODERET· AC TOTUM SUB LEGES MITTERET ORBEM·
SI NULLA ACCENDIT· TANTARUM GLORIA RERUM·

NEC SUPER IPSE SUA·M MOLITUR LAUDE LABORUM·
ASCANIONE PATER· ROMANAS INUIDET ARCES·
QUIT STRUIT· AUT QUA SPE INIMICA IN GENTE MORATUR·
NEC PROLEM AUSONIAM· ET LAUINIA RESPICIT ARUA·
NAUIGET. HAEC SUMMA EST. HIC NOSTRI NUNTIUS ESTO·
DIXERAT· ILLE PATRIS MAGNI PARERE PARABAT
IMPERIO· ET PRIMUM PEDIB· TALARIA NECTIT
AUREA· QUAE SUBLIMEM ALIT SIUE AEQUORA SUPRA
SEU TERRAM· RAPIDO PARITER CUM FLAMINE PORTENT·
TUM UIRGAM CAPIT· HAC ANIMAS. ILLE EUOCAT ORCO
PALLENTIS· ALIAS SUB TARTARA TRISTIA MITTIT·
DAT SOMNOS· ADIMITQ·. ET LUMINA MORTE RESIGNAT·
ILLA FRETUS AGIT UENTOS· ET TURBIDA TRANAT
NUBILA· IAMQ· UOLANS APICEM· ET LATERA ARDUA CERNIT·
ATLANTIS DURI· CAELUM QUI UERTICE FULCIT·
ATLANTIS CINCTUM ADSIDUE. CUI NUBIB· ATRIS
PINIFERUM CAPUT· ET UENTO PULSATUR ET IMBRI·
NIX UMEROS INFUSA TEGIT· TUM FLUMINA MENTO
PRAECIPITANT SENIS· ET GLACIE RIGET HORRIDA BARBA·
HIC PRIMUM· PARIB· NITENS CYLLENIUS ALIS
CONSTITIT· HINC TOTO PRAECEPS SE CORPORE AD UNDAS
MISIT· AUI SIMILIS· QUAE CIRCUM LITORA· CIRCUM
PISCOSOS SCOPULOS. HUMILIS UOLAT AEQUORA IUXTA·
HAUT ALITER. TERRAS INTER· CAELUMQ· UOLABAT·
LITUS HABERENOSUM, AC LYBYAE· UENTOSQ· SECABAT·
MATERNO UENIENS AB AUO CYLLENIA PROLES·
UT PRIMUM ALATIS TETIGIT MAGALIA PLANTIS·
AENEAN FUNDANTEM ARCES· AC TECTA NOUANTEM
CONSPICIT· ATQ· ILLI STELLATUS IASPIDE FULUA
ENSES ERAT. TYRIOQ· ARDEBAT MURICE LAENA

DEMISSA EX UMERIS· DIUES QUAE MUNERA DIDO
FECERAT· ET TENUI TELAS DISCREUERAT AURO·
CONTINUO INUADIT· TU NUNC KARTHAGINIS ALTAE
FUNDAMENTA LOCAS· PULCHRAMQ· UXORI[US]·B· URBEM
EXTRUIS. HEU REGNI· RERUMQ· OBLITE TUARUM·
IPSE DEUM TIBI ME CLARO DEMITTIT OLYMPO
REGNATOR· CAELUM ET TERRAS QUI NUMINE TORQUET·
IPSE HAEC FERRE IUBET· CELERIS MANDATA PER AURAS·
QUID STRUIS· AUT QUA SPE LYBYCIS TERIS OTIA TERRIS·
SI TE NULLA MOUET TANTARUM GLORIA RERUM·
ASCANIUM SURGENTEM· ET SPES HEREDIS IULI
RESPICE· CUI REGNUM ITALIAE· ROMANAQ· TELLUS
DEBENTUR· TALI CYLLENIUS ORE LOCUTUS·
MORTALIS UISUS· MEDIO SERMONE RELIQUIT·
ET PROCUL IN TENUEM EX OCULIS EUANUIT AURAM·
AT UERO AENEAS· ASPECTU O[B]MMUTUIT AMENS·
ARRECTAEQ· HORRORE COMAE· ET UOX FAUCIB· HAESIT·
ARDET ABIRE FUGA· DULCISQ· RELINQUERE TERRAS·
ATTONITUS TANTO MUNITU· IMPERIOQ· DEORUM·
HEU QUID AGAT· QUO NUNC REGINAM AMBIRE FURENTE~
AUDEAT ATFATU· QUAE PRIMA EXORDIA SUMAT·
ATQ· ANIMUM· NUNC HUC CELEREM· NUNC DIUIDIT ILLUC·
IN PARTISQ· RAPIT UARIAS· PERQ· OMNIA UERSAT·
HAEC ALTERNANTI· POTIOR SENTENTIA UISA EST·
MNESTEA SERGESTUMQ· U[O]IXCAT· FORTEMQ· SERESTUM
CLASSEM APTENT TACITI· SOCIOSQ· AD LITORA COGANT·
ARMA PAR[E]ANT· ET QUAE REBUS SIT CAUSA NOUANDIS
DISSIMULENT· SESE INTEREA, QUANDO OPTIMA DIDO
NESCIAT· ET TANTOS RUMPI NON SPERET AMORES·

TEMPTATURUM ADITUS· ET QUAE MOLLISSIMA FANDI·
TEMPORA· QUIS REB· DEXTER MODUS· OCIUS OMNES·
IMPERIO LAETI PARENT· ET[AC] IUSSA FACESSUNT·
AT REGINA· DOLOS· QUIS QUIS FALLERE POSSIT AMANTEM·
PRAESENSIT· MOTUSQ· EXCEPIT PRIMA FUTUROS·
OMNIA TUTA TIMENS· EADEM IMPIA FAMA FURENTI·
DETULIT· ARMARI CLASSEM· CURSUMQ· PARARI·
SAEUIT INOPS ANIMI· TOTAM[Q] INCENSA PER URBEM
BACCHATUR· QUALIS COMMOTIS EXCITA SACRIS
THYAS· UBI AUDITO STIMULANT TRITHERICA BACCHO
ORGIA· NOCTURNUSQ· UOCAT CLAMORE CHYTERON[N]·
TANDEM HIS AENEAN COMPELLAT UOCIB· ULTRO·
DISSIMULARE ETIAM SPERASTI PERFIDE· TANTUM
POSSE NEFAS· TACITUSQ· MEA DECEDERE TERRA·
NEC TE NOSTER AMOR· NEC TE DATA DEXTERA QUONDA~
NEC MORITURA TENET CRUDELI FUNERE DIDO·
QUIN ETIAM· HIBERNO MOLIRIS SIDERE CLASSEM·
ET MEDIIS PROPERAS AQUILONIB· IRE PER ALTUM·
CRUDELIS· QUID SI NON ARUA ALIENA· DOMOSQ·
IGNOTAS PETERE[S] ET TROIA ANTIQUA MANERET·
TROIA PER UNDOSUM PETERETUR CLASSIB· AEQUOR·
MENE FUGIS· PER EGO HAS LACRIMAS· DEXTRAMQ· TUAM TE·
QUANDO ALIUT, MIHI IAM MISERAE NIHIL IPSA RELIQUI·
PER CONUBIA NOSTRA· PER INCEPTOS HYMENAEOS·
SI BENE QUID DE TE MERUI· FUIT AUT TIBI QUICQUAM
DULCE MEUM· MISERERE DOMUS LABENTIS· ET ISTAM
ORO· SI QUIS ATHUC PRECIB· LOCUS· EXUE MENTEM·
TE PROPTER LIBYCAE GENTES· NOMADUMQ· TYRANNI
ODERE· INFENSI TYRII· TE PROPTER EUNDEM

EXTINCTUS PUDOR· ET QUA SOLA SIDERA A...DIBAM
FAMA PRIOR· CUI ME MORIBUNDA[M] DESERIS HOSPES·
HOC SOLUM NOMEN QUONIAM DE CONIUGE RESTAT·
QUID MOROR· AN MEA PYGMALION DUM MOENIA FRATER
DESTRUAT· AUT CAPTAM DUCAT GETULUS IARBAS·
SALTEM SI QUA MIHI DE TE SUSCEPTA FUISSET
ANTE FUGAM SUBOLES· SI QUIS MIHI PARUULUS AULA
LUDERET AENEAS· QUI TE TAMEN, ORE REFERRET·
NON EQUIDEM OMNINO CAPTA AC DESERTA UIDERER·
DIXERAT· ILLE IOUIS MONITIS· IMMOTA TENEBAT
LUMINA· ET OBNIXUS CURAM SUB CORDE PREMEBAT·
TANDEM PAUCA REFERT· EGO TE QUAE PLURIMA FANDO
ENUMERARE UALES· NUMQUAM REGINA NEGABO
PROMERITAM· NEC MEMINISSE PIGEBIT ELS[A]SE·
DUM MEMOR IPSE MEI· DUM SPIRITUS HOS REGIT ARTUS·
PRO RE PAUCA LOQUAR· NEQ· EGO HANC ABSCONDERE FURTO
SPERAUI· NE FINGE FUGAM· NEC CONIUGIS UMQUAM
PRAETENDI T[A]HEDAS· AUT HAEC IN FOEDERA UENI·
ME SI FATA MEIS PATERENTUR DUCERE UITAM
AUSPICIIS· ET SPONTE MEA COMPONERE CURAS·
URBEM TROIANAM· PRIMUM DULCISQ· MEORUM
RELIQUIAS COLERE[M] PRIAMI TECTA ALTA MANERENT·
ET RECIDIUA MANU POSUISSEM PERGAMA UICTIS·
SED NUNC ITALIAM MAGNAM· GRYNEUS APOLLO·
ITALIAM LYCIAE IUSSERE CAPESSERE SORTES·
HIC AMOR. HAEC PATRIA EST· SI TE KARTHAGINIS ARCES
PHOENISSAM· LIBYCAEQ· ASPECTUS DETINET URBIS·
QUAE TANDEM AUSONIA TEUCROS CONSIDERE TERRA
INUIDIA EST· ET NOS FAS EXTERA QUAERERE REGNA·

ME PATRIS ANCHISAE· QUOTIENS U[M]BENTIB· UMBRIS
NOX OPERIT TERRAS· QUOTIENS ASTRA IGNEA SURGUNT·
ADMONET IN. SOMNIS· ET TURBIDA TERRET IMAGO·
ME PUER ASCANIUS· CAPITISQ· INIURIA CARI·
QUEM REGNO HESPERIÆ FRAUDE ET FATALIB· ARUIS·
NUNC ETIAM INTERPRES DIUUM· IOUE MISSUS AB IPSO·
TESTOR UTRUMQ· CAPUT· CELERIS MANDATA PER AURAS·
DETULIT· IPSE DEUM MANIFESTO IN LUMINE UIDI·
INTRANTEM MUROS· UOCEMQ· HIS AURIB· AUSI·
DESINE MEQ· TUIS INCEDERE. TEQ· QUXERELLIS·
ITALIAM NON SPONTE SEQUOR·
TALIA DICENTEM· IANDUDUM AUERSA TUETUR·
HUC ILLUC UOLUENS· OCULOS· TOTUMQ· PERERRAT
LUMINIB· TACITIS· ET SIC ACCENSA PROFATUR·
NEC TIBI DIUA PARENS GENERIS NEC DARDANUS AUCTOR
PERFIDE SED DURIS GENUIT TE CAUTIBUS. HORRENS
CAUCASUS· HYRCANAEQ· ADMORUNT UBERA TIGRES·
NAM QUID DISSIMULO· AUT QUAE ME AD MAIORA RESERUO·
NUNC FLETU INGEMUIT NOSTRO· NUM LUMINA FLEXIT·
NUM LACRIMAS UICTUS DEDIT· AUT MISERATUS AMANTEM EST·
QUAE QUIB· ANTEFERAM IAMIAM NEC MAXIMA IUNO·
NEC SATURNIUS HAEC OCULIS PATER ASPICIT AEQUIS·
NUSQUAM TUTA FIDES· EIECTUM LITORE· EGENTEM
EXCEPI· ET REGNI DEMENS IN PARTE LOCAUI·
AMISSAM CLASSEM· SOCIOS A MORTE REDUXI·
HEU FURIIS INCENSA FEROR· NUNC AUGUR APOLLO·
NUNC LYCIAE SORTES· NUNC ET IOUE MISSUS AB IPSO
INTERPRES DIUUM· FERT HORRIDA DICTA PER AURAS·
SCILICET IS SUPERIS LABOR EST· EA CURA QUIETOS

SOLLICITAT· NEQ· TE TENEO· NEQ· DICTA REFELLO·
II SEQUERE ITALIAM UENTIS PETE· REGNA PER UNDAS·
SPERO EQUIDEM· MEDIIS SI QUID PIA NUMINA POSEUN̄·
SUPPLICIA HAUSURUM SCOPULIS· ET NOMINE DIDO
SAEPE UOCATURUM· SEQUAR ATRIS IGNIB· ABSENS·
ET CUM FRIGIDAM MORS ANIMA SEDUXERIT ARTUS·
OMNIB· UMBRA LOCIS ADERO· DABIS INPROBE POENAS·
AUDIAM. ET HAEC MANES UENIET MIHI FAMA SUB IMOS·
HIS MEDIUM DICTIS SERMONEM ABRUMPIT· ET AURAS
AEGRA FUGIT· SEQ· EX OCULIS AUERTIT· ET AUFERT·
LINQUENS MULTA METU CUNCTANTEM· ET MULTA UOLENT̄E
DICERE· SUSCIPIUNT FAMULAE· CONLAPSAQ· MEMBRA·
MARMOREO REFERUNT THALAMO STRSTISQ· REPONUN̄·
AT PIUS AENEAS, QUAMQUAM LENIRE DOLENTEM
SOLANDO CUPIT· ET DICTIS AUERTERE CURAS·
MULTA GEMENS· MAGNOQ· ANIMUM LABEFACTUS AMORE·
IUSSA TAMEN DIUUM EXEQUITUR CLASSEMQ· REUISIT·
TUM UERO TEUCRI INCUMBUNT· ET LITORE CELSAS
DEDUCUNT TOTOQ· NAUIS NATAT UNCTA CARINA·
FRONDENTISQ· FERUNT REMOS· ET ROBORA SILUIS
INFABRICATA FUGAE STUDIO·
MIGRANTIS CERNAS· TOTAQ· EX URBE RUENTIS·
AC UELUTI INGENTEM FORMICAE FARRIS ACERUUM
CUM POPULANT· HIEMIS MEMORES· TECTOQ· REPONUNT·
IT NIGRUM CAMPIS AGMEN· PREDAMQ· PER HERBAS
CONUECTANT CALLE ANGUSTO· PR..S GRANDIA TRUDUNT·
OBNIXAE FRUMENTA UMERIS· PARS AGMINA COGUN̄·
CASTIGANTQ· MORAS· OPERNE OMNIS SEMITA FERUET·
QUIS TIBI TUNC DIDO, CERNENTI TALIA SENSUS ·

QUOSUE DEBAS GEMITUS· CUM LITORA FERUERE LATE·
PROSPICERES ARCE ET SUMMA· TOTUMQ· UIDERES·
MISCERI ANTE OCULOS· TANTIS CLAMORIB· AEQUOR·
IMPROBE AMOR· QUID NON MORTALIA PECTORA COGIS·
IRE ITERUM IN LACRIMAS· ITERUM TEMPTARE PRECANDO
COGITUR· ET SUPPLEX ANIMOS SUMMITTERE AMORI·
NE QUID INEXPERTUM FRUSTRA MORITURA RELINQUIT·
ANNA· UIDES TOTO PROPERARI LITORE CIRCUM·
UNDIQ· CONUENERE· UOCAT IAM CARBASUS AURAS·
PUPPIB· ET LAETI NAUTAE INPOSUERE CORONAS·
HUNC EGO SI POTUI TANTUM SPERARE DOLOREM·
ET PERFERRE SOROR POTERO· MISERAE HOC TAMEN UNU~
EXEQUERE ANNA MIHI· SOLAM NAM PERFIDUS ILLE
TE COLERE· ARCANOS ETIAM TIBI CREDERE SENSUS·
SOLA UIRI MOLLIS ADITUS. ET TEMPORA NORAS·
I+ SOROR· ATQ· HOSTEM SUPPLEX ADFARE SUPERBUM·
NON EGO CUM DANAIS· TROIANAM EXCINDERE GENTE~
AULIDE IURAUI· CLASSEMUE AD PERGAMA MISI·
NEC PATRIS ANCHISAE CINEREM· MANESUE REUELLI·
CUR MEA DICTA NEGAT· DURAS DEMITTERE IN AURIS·
QUO RUIT· EXTREMUM HOC MISERAE DET MUNUS AMANTI·
EXPECTET· FACILEMQ· FUGAM· UESTOSQ· FERENTIS·
NON IAM CONIUGIUM ANTIQUUM· QUOD PRODIDIT ORO·
NEC PULCRO UT LATIO CAREAT· REGNUMQ· RELINQUAT·
TEMPUS INANE PETO· REQUIEM· SPATIUMQ· FURORI·
DUM MEA ME UICTAM DOCEAT FORTUNA DOLORE·
EXTREMAM HANC ORO UENIAM MISERERE SORORIS·
QUAM MIHI CUM DEDERIT. CUMULATA MORTE REMITTA~·
TALIB· ORABAT· TALISQ· MISERRIMA FLETUS·

FRETQ· REFRETQ· SOROR' SET NULLIS ILLE MOUETUR
FLETIB· AUT UOCES ULLAS TRACTABILIS AUDIT·
FATA OBSTANT· PLACIDASQ· UIRI DEUS OBSTRUIT AURIS
AC UELUTI ANNOSO. UALIDAM CUM ROBORE QUERCU
ALPINI BOREAE· NUNC HINC· NUNC FLATIB· ILLINC·
ERUERE INTER SE CERTANT· IT STRIDOR· ET ALTAE
CONSTERNUNT TERRAM CONCUSSO STIPITE FRONDES'
IPSA HAERET SCOPULIS· ET QUANTUM UERTICE AD AURAS
AETHERIAS' TANTUM RADICEM IN TARTARA TENDIT'
HAUT SECUS· ADSIDUIS HINC ATQ· HINC UOCIB· HEROS'
TUNDITUR· ET MAGNO PERSENTIT PECTORE CURAS·
MENS IMMOTA MANET· LACRIMAE UOLUUNTUR INANES'
TUM UERO INFELIX FATIS EXTERRITA DIDO·
MORTEM ORAT· TAEDET CAELI CONUEXA TUERI·
QUO MAGIS INCEPTUM PERAGAT· LUCEMQ· RELINQUAT·
UIDIT TURICRIMIS· CUM DONA INPONERET ARIS·
HORRENDUM DICTU· LATICES NIGRESCERE SACROS·
FUSAQ· IN OBSCENUM SE UERTERE UINA' CRUOREM·
HOC UISUM· NULLI· NON IPSI EFFATA SORORI'
PRAETEREA· FUIT IN TECTIS DE MAMMORE TEMPLUM·
CONIUGIS ANTIQUI· MIRO QUOD HONORE COLEBAT·
UELLERIB· NIUEIS· ET FESTA FRONDE REUINCTUM·
HINC EXAUDIRI UOCES· ET UERBA UOCANTIS
UISA UIRI· MOX CUM TERRAS OBSCURA TENERET·
OLAQ· CULMINIB· FERALI CARMINE BUBO
SAEPE QUERI· ET LONGAS IN FLETUM DUCERE UOCES'
MULTAQ· PRAETEREA· UATUM PRAEDICTA PIORUM'
TERRIBILI MONITU HORRIFICANT· AGIT IPSE FURENTE
IN SOMNIS FERUS AENEAS· SEMPERQ· RELIQUI

LONGAM
SOLAM SIBI SEMPER INCOMITATA UIDETUR
IRE UIAM· ET TYRIOS DESERTA QUAERERE TERRA·
EUMENIDUM UELUTI DEMENS UIDET AGMINA PENTHEUS·
ET SOLEM GEMINUM· ET DUPLICIS SE OSTENDERE THEBAS·
AUT AGAMEMNONIUS· SCAENIS AGITATUS ORESTES·
ARMATAM FACIB· MATREM· ET SERPENTIB· ATRIS
CUM FUGIT· ULTRICESQ· SEDENT IN LIMINE DIRAE·
ERGO UBI CONCEPIT FURIAS· EUICTA DOLORE·
DECREUITQ· MORI· TEMPUS SECUM IPSA· MODUMQ·
EXIGIT AC MAESTAM DICTIS ADGRESSA SOROREM·
CONSILIUM UULTU TEGIT· AC SPEM FRONTE SERENAT·
INUENI GERMANA UIAM· GRATARE SORORI·
UEL
QUAE MIHI REDDAT EUM· EO ME SOLUAT AMANTEM·
OCEANI FINEM IUXTA· SOLEMQ· CADENTEM·
ULTIMUS AETHIOPUM LOCUS EST· UBI MAXIMUS ATLANS·
AXEM UMERO NXT TORQUET· STELLIS ARDENTIB· APTUM·
HINC MIHI MASSYLAE GENTIS MONSTRATA SACERDOS·
HESPERIDUM TEMPLI CUSTOS· EPULASQ· DRACONI
QUAE DABAT· ET SACROS SERUABAT IN ARBORE RAMOS·
SPARGENS UMIDA MELLA, SOPORIFERUMQ· PAPAUER·
O
HAEC SE CARMINIB· PRAEMITTIT SOLUERE MENTES
QUAS UELIT· AST ALIIS DURAS IMMITTERE CURAS·
SISTERE AQUAM FLUUIIS· ET UERTERE SIDERA RETRO·
NOCTURNOSQ· MOUET MANIS· MUGIRE UIDEBIS
SUB PEDIB· TERRAM· ET DESCENDERE MONTIB· ORNOS·
TESTOR CARA DEOS, ET TE GERMANA· TUUMQ·
S
DULCE CAPUT· MAGICA INUITAM· ACCINGIER ARTIS·
TU SECRETA PYRAM TECTO INTERIORE SUB AURAS
ERIGE ET ARMA UIRI. THALAMO QUAE FIXA RELIQUIT

IMPIUS' EXUUIASQ: OMNIS· LECTUMQ: IUGALEM
QUO PERII· SUPERINPONA~~NT~~[S] ABOLERE NEFANDI
CUNCTA UIRI MONUMENTA· IUBET· MONSTRATQ: SACERDOS'
HAEC EFFATA· SILET· PALLOR SIMUL OCCUPAT ORA'
NON TAMEN ANNA NOUIS. PR~~O~~[AE]TEXERE FUNERA SACRIS
GERMANAM CREDIT· NEC TANTOS MENTE FURORES
CONCIPIT· AUT GRAUIORA TIMET QUAM MORTE SYCHAEI'
ERGO IUSSA PARAT'
AT REGINA PYRA·M PENETRALI IN SEDE SUB AURAS
ERECTA INGENTI· TAEDIS ATQ: ILICE SECTA·
INTENDITQ: LOCUM SERTIS· ET FRONDE CORONAT
FUNEREA' SUPER EXUUIAS· ENSEMQ: RELICTUM'
EFFIGIEMQ: TORO LOCAT· HAUT IGNARA FUTURI'
STANT ARAE CIRCUM· ET CRINIS EFFUSA SACERDOS·
TERCENTUM TONAT ORE DEOS· EREBUMQ: CHAOSQ:'
TERGEMINAMQ: HECATEN· TRIA UIRGINIS ORA DIANAE'.
SPARSERAT ET LATICES· SIMULATOS FONTIS AUERNI·
FALCIB· ET MESS[A]E AD LUNAM QUAERUNTUR AENIS
PUBENTES HERBAE· NIGRI CUM LACTE UENENI·
QUAERE[illegible]TUR ET NASCENTIS EQUI DE FRONTE REUOLSUS·
ET MATRI PRAEREPTUS AMOR'
IPSA MOLAM' MANIBUSQ: PIIS· ALTARIA IUXTA·
UNUM EXUTA PEDEM UINCLIS IN UESTE RECINCTA·
TESTATUR MORITURA DEOS· ET CONSCIA FATI
SIDERA· TUM SI QUOD NON AEQUO FOEDERE AMANTIS·
CURAE NUMEN HABET· IUSTUMQ: MEMORQ: PRECATUR·
NOX ERAT· ET PLACIDUM CARPEBANT FESSA SOPOREM
CORPORA PER TERRAS· SILUAEQ:· ET SAEUA QUIERANT
AEQUORA· CUM MEDIO UOLUUNTUR SIDERA LAPSU·

CUM TACET OMNIS AGER· PECUDES· PICTAEQ· UOLUCRES·
QUAEQ· LOCUS LATE LIQUIDUS· QUAEQ· ASPERA DUMIS
RURA TENENT· SOMNO POSITAE SUB NOCTE SILENTI·
AT NON INFELIX ANIMI PHOENISSA· NXEQ· UMQUAM
SOLUITUR IN SOMNOS· OCULISUE· AUT PECTORE NOCTEM
ACCIPIT· INGEMINANT CURAE· RURSUSQ· RESURGENS
SAEUIT AMOR· MAGNOQ· IRARUM FLUCTUAT AESTU·
SIC ADEO INSISTIT· SECUMQ· ITA CORDE UOLUTAT·
EN QUID AGO· RURSUSNE PROCOS INRISA· PRIORES
EXPERIAR· NOMADUMQ· PETAM CONUBIA SUPPLEX·
QUOS EGO SIM TOTIENS. IAM DEDIGNATA MARITOS·
ILIACAS IXGITUR CLASSES· ATQ· ULTIMA TEUCRUM
IUSSA SEQUANE, AUXILIO IUUAT ANTE LEUATOS·
ET BENE APUT MEMORES, UETERIS STAT GRATIA FACTI·
QUIS ME AUTEM FAC UELLE SINET· RATIBUUE SUPERBIS
INUISAM ACCIPIET· NESCIS HEU PERDITA· NEC DUM
LAOMEDONTEAE SENTIS PERIURIA GENTIS·
QUIT TUM· SOLA FUGA NAUTAS COMITABOR OUANTIS·
AN TYRIIS· OMNIQ· MANU STIPATA MEORUM
INFERRET QUOS SIDONIA UIX URBE REUELLI·
RURSUS AGAM PELAGO· ET UENTIS DARE UELA IUUEBO·
QUIN MORERE ,UT MERITA ES, FERROQ· AUERTE DOLORE·
TU LACRIMIS EUICTA MEIS· TU PRIMA FURENTEM·
HIS GERMANA MALIS ONERAS· ATQ· OBICIS HOSTI·
NON LICUIT THALAMI EXPERTEM· SINE CRIMINE UITA·
DEGERE MORE FERAE TALIS NEC TANGERE CURAS·
NON SERUATA FIDES CINERI PROMISSA· SYCHAEI·
TANTOS ILLA SUO RUMPEBAT PECTORE QUESTUS·
AENEAS CELSA IN PUPPI· IAM CERTUS EUNDI

CARPEBAT SOMNOS· REBUS IAM RITE PARATIS·
HUIC SE FORMA DEI· UULTU REDEUNTIS EODEM·
OBTULIT IN SOMNIS· RURSUSQ· ITA UISA MONERE EST·
OMNIA MERCURIO SIMILIS· UOCEMQ· COLOREMQ·
ET CRINIS FLAUOS· ET MEMBRA DECORA IUUENTA·
NATE DEA· POTES HOC SUB CASU DUCERE SOMNOS·
NEC. QUAE TE CIRCUMSTENT· DEINDE PERICULA CERNIS·
DEMENS. NEC ZEPHYROS AUDIS SPIRARE SECUNDOS·
ILLA DOLOS· DIRUMQ· NEFAS· IN PECTORE UERSAT
CERTA MORI· UARIOQ· IRARUM FLUCTUAT AESTU
NON FUGIS HIC PRAECEPS· DUM PRAECIPITARE POTESTAS
IAM MARE TURBARI TRABIBUS· SAEUASQ· UIDEBIS
CONLUCERE FACES· IAM FERUERE LITORA FLAMMIS·
SI TE HIS ATTIGERIT TERRIS AURORA MORANTEM·
HEIA AGE RUMPE MORAS UARIUM ET MUTABILE SEMPER
FEMINA· SIC FATUS· NOCTI SE IMMISCUIT ATRAE·
TUM UERO AENEAS· SUBITIS EXTERRITUS UMBRIS·
CORRIPIT É SOMNO CORPUS· SOCIOSQ· FATIGAT·
PRAECIPITES. UIGILATE UIRI· ET CONSEDITE TRANSTRIS·
SOLUITE UELA CITI· DEUS AETHERE MISSUS AB ALTO
FESTINARE FUGAM· TORTOSQ· INCIDERE FUNIS·
ECCE ITERUM STIMULAT· SEQUIMUR TE SANCTE DEORUM
QUISQUIS ES· IMPERIOQ· ITERUM PAREMUS OUANTES·
ADSIS O. PLACIDUSQ· IUUES ET SIDERA CAELO
DEXTRA FERAS· DIXIT· UAGINAQ· ERIPIT ENSEM
FULMINEUM· STRICTOQ· FERIT RETINACULA FERRO·
IDEM OMNIS SIMUL ARDOR HABET· RAPIUNTQ·. RUUÑQ·
LITORA DESERUERE· LATET SUB CLASSIB· AEQUOR
ADNIXI TORQUENT SPUMAS· ET CAERULA UERRUÑT·

ET IAM PRIMA NOUO SPARGEBAT LUMINE TERRAS·
TITHONI CROCEUM LINQUENS AURORA CUBILE·
REGINA· É SPECULIS UT PRIMUM ALBESCERE LUCEM
UIDIT· ET AEQUATIS CLASSEM PROCEDERE UELIS·
LITORAQ'. ET UACUOS SENSIT SINE REMIGE PORTUS'
TERQ· QUATERQ· MANU PECTUS PERCUSSA DECORUM·
FLAUENTISQ· ASBCISSA COMAS· PRO IUPPITER IBIT
HIC AIT' ET NOSTRIS INLUSERIT ADUENA REGNIS·
NON ARMA EXPEDIENT· TOTAQ· EX URBE SEQUENTUR'
DIRIPIENTQ· RATES· ALII NAUALIBUS ITE'
FERTE CITI FLAMMAS· DATE TELA· INPELLITE REMOS·
QUID LOQUOR· AUT UBI SUM· QUAE MENTEM INSANIA MUTAT·
INFELIX DIDO NUNC TE FACTA IMPIA TANGUNT·
TUM DECUIT CUM SCEPTRA DABAS' EN, DEXTRA·FIDESQ·
QUEM SECUM PATRIOS AIUNT PORTASSE PENATES·
QUEM SUBIISSE UMERIS CONFECTUM AETATE PARENTE·
NON POTUI ABREPTUM DIUELLERE CORPUS' ET UNDIS
SPARGERE· NON SOCIOS· NON IPSUM ABSUMERE FERRO
ASCANIUM· PATRIISQ· EPULANDUM PONERE MENSIS'
UERUM ANCEPS PUGNAE FUERAT FORTUNA· FUISSET·
QUEM METUI MORITURA· FACES IN CASTRA TULISSEM·
IMPLESSEMQ· FOROS FLAMMIS· NATUMQ· PATREMQ·
CUM GENERE EXTINXEM· MEMET SUPER IPSA DEDISSEM·
SOL· QUI TERRARUM FLAMMIS OPERA OMNIA LUSTRAS·
TUQ· HARUM INTERPRES CURARUM· ET CONSCIA IUNO·
NOCTURNISQ· HECATE TRIUIS ULULATA PER URBES·
ET DIRAE ULTRICES· ET DI MORIENTIS ELISSAE·
ACCIPITE HAEC· MERITUMQ· MALIS ADUERTITE NUMEN·
ET NOSTRAS AUDITE PRECES· SI TANGERE PORTUS

INFANDUM CAPUT· AC TERRIS ADNARE NECESSEST ·
ET SIC FATA IOUIS POSCUNT· HIC TERMINUS HAERET·
AT BELLO AUDACIS POPULI UEXATUS ET ARMIS·
FINIB· EXTORRIS· COMPLEXU AUOLSUS IULI·
AUXILIUM IMPLORENT· UIDEATQ· INDIGNA SUORUM
FUNERA· NEC CUM SE SUB LEGES PACIS INIQUAE
TRADIDERIT· REGNO AUT OPTATA LUCE FRUATUR·
SED CADAT ANTE DIEM· MEDIAQ· INHUMATUS HARENA·
HAEC PRECOR· HANC UOCEM EXTREMAM CUM SANGUINE FUNDO·
TUM UOS, Ó TYRII· STIRPEM ET GENUS OMNE FUTURUM·
EXERCETE ODIIS· CINERIQ· HAEC MITTITE NOSTRO
MUNERA· NULLUS AMOR POPULIS, NEC FOEDERA SUNTO·
EXORIARE ALIQUIS NOSTRIS EX OSSIBUS ULTOR·
QUI FACE DARDANIOS. FERROQ· SEQUARE COLONOS·
NUNC, OLIM· QUOCUMQ· DABUNT SE TEMPORE UIRES·
LITORA LITORIB· CONTRARIA· FLUCTIB· UNDAS
INPRECOR· ARMA ARMIS· PUGNENT IPSIQ·. NEPOTESQ·
HAEC AIT· ET PARTIS ANIMUM UERSABAT IN OMNIS·
INUISAM QUAERENS QUAMPRIMUM ABRUMPERE LUCĒ
TUM BREUITER BARCEN NUTRICEM ADFATA SYCHAEI EST·
NAMQ· SUAM PATRIA ANTIQUA· CINIS ATER HABEBAT·
ANNAM CHARA MIHI NUTRIX· HUC SISTE SOROREM·
DIC CORPUS PROPERET· FLUUIALI SPARGERE LYMPHA·
ET PECUDES SECUM· ET MONSTRATA PIACULA DUCAT·
SIC UENIAT· TUQ· IPSA PIA TEGE TEMPORA UITTA·
SACRA IOUI STYGIO, QUAE RITE INCEPTA PARAUI·
PERFICERE EST ANIMUS· FINEMQ· INPONERE CURIS·
DARDANIIQ· ROGUM CAPITIS PERMITTERE FLAMMIS·
SIC AIT· ILLA GRADUM STUDIO CELERABAT ANILI·

AT TREPIDA, ET COEPTIS IMMANIB· EFFERA DIDO·
SANGUINEAM UOLUENS ACIEM· MACULISQ· TREMENTIS
INTERFUSA GENAS· ET PALLIDA MORTE FUTURA·
INTERIORA DOMUS INRUMPIT LIMINA· ET ALTOS
CONSCENDIT FURIBUNDA ROGOS· ENSEMQ· RECLUDIT
DARDANIUM· NON HOS QUAESITUM MUNUS IN USUS·
HIC POSTQUAM ILIACAS UESTES· NOETUMQ· CUBILE
CONSPEXIT· PAULUM LACRIMIS ET MENTE MORATA·
INCUBUITQ· TORO· DIXITQ· NOUISSIMA UERBA·
DULCES EXUUIAE, DUM FATA DEUSQ· SINEBAT·
ACCIPITE HANC ANIMAM· MEQ· HIS EXOLUITE CURIS·
UIXI· ET QUEM DEDERAT CURSUM FORTUNA PEREGI·
ET NUNC MAGNA MEI& SUB TERRAS IBIT IMAGO·
URBEM PRAECLARAM STATUI· MEA MOENIA UIDI·
ULTA UIRUM· POENAS INIMICO A FRATRE RECEPI·
FELIX· HEU NIMIUM FELIX· SI LITORA TANTUM·
NUMQUAM DARDANIAE TETIGISSENT NOSTRA CARINAE·
DIXIT· ET OS INPRESSA TORO. MORIEMUR INULTAE·
SED MORIAMUR AIT· SIC· SIC IUBAT IRE SUB UMBRAS·
HAURIAT HUNC OCULIS IGNEM· CRUDELIS AB ALTO
DARDANUS· ET SECUM NOSTRAE FERAT OMINA MORTIS·
DIXERAT· ATQ· ILLAM MEDIA INTER TALIA· FERRO
CONLABSAM ASPICIUNT COMITES· ENSEMQ CRUORE
SPUMANTEM· SPARSASQ· MANUS· ET CLAMOR AD ALTA
ATRIA· CONCUSSAM BACCHATUR FAMA PER URBEM·
LAMENTIS, CUM GEMITUQ ET FEMINEO ULULATU
TECTA FREMUNT· RESONAT MAGNIS PLANGORIB· AETHER·
NON ALITER· QUAM SI IMMISSIS RUAT HOSTIB·, OMNIS
CARTHAGO, AUT ANTIQUA TYROS· FLAMMAEQ· FURENTES·

CULMINA PERQ· HOMINUM UOLANTUR· PERQ· DEORUM·
AUDIIT EXANIMIS· TREPIDOQ· EXTERRITA CURSU·
UNGUIB· ORA SOROR FOEDANS· ET PECTORA PUGNIS·
PER MEDIOS RUIT· AC MORIENTEM NOMINE CLAMAT·
HOC ILLUD GERMANA FUIT· ME FRAUDE PETEBAS·
HOC ROGUS ISTE MIHI· HOC IGNES· ARAEQ· PARABANT·
QUID PRIMUM DESERTA QUERAR COMITEMNE SOROREM
SPREUISTI MORIENS· ADEM ME A FATA UOCASSES·
IDEM AMBAS FERRO DOLOR· ATQ· EADEM HORA TULISSET·
HIS ETIAM STRUXI MANIB· PATRIOSQ· UOCAUI
UOCE DEOS· SIC TE UT POSITAM CRUDELIS ABESSEM·
EXTINXITI· TE· MEQ· SOROR· POPOLUMQ· PATRESQ·
SIDONIOS. URBEMQ· TUAM· DATE UOLNERA LYMPHIS
ABLUAM· ET EXTREMUS SIQUIS SUPER HALITUS ERRAT
ORE LEGAM· SIC FATA· GRADUS EUASERAT ALTOS·
SEMIANIMEMQ· SINU GERMANAM AMPLEXA FOUEBAT
CUM GEMITU· ATQ· ATROS SICCABAT UESTE CRUORES·
ILLA GRAUIS OCULOS. CONATA ATTOLLERE· RURSUS
DEFECIT· INFIXUM STRIDIT SUB PECTORE UULNUS·
TER SESE ATTOLLENS, CUBITOQ· ADNIXA LEUABIT·
TER REUOLUTA TORO EST· OCULISQ· ERRANTIB·, ALTO
QUAESIUIT CAELO LUCEM· INGEMUITQ· REPERTA·
TUM IUNO OMNIPOTENS· LONGUM MISERATA DOLOREM
DIFFICILISQ· OBITUS· IRIM DEMISIT OLYMPO·
QUAE LUCTANTEM ANIMAM· NEXOSQ· RESOLUERET ARTUS
NAM QUIA, NEC FATO· MERITA NEC MORTE PERIBAT·
SET MISERA ANTE DIEM· SUBITOQ· ACCENSA FURORE·
NONDUM ILLI FLAUUM PROSERPINA UERTICE CRINEM
ABSTULERAT· STYGIOQ· CAPUT DAMNAUERAT ORCO·

ERGO IRIS· CROCIXEIS PER CAELUM ROSCIDA PINNIS·
MILLE TRAHENS UARIOS, ADUERSO SOLE COLORES·
DEUOLAT· ET SUPRA CAPUT $\overset{D}{\text{A}}$STITIT, HUNC EGO DITI
SACRUM IUSSA FERO· TEQ: ISTO CORPORE SOLUO·
SIC AIT· ET DEXTRA CRINEM SECAT· OMNIS ET UNA
DELABSUS CALOR· ATQ: IN UENTOS UITA RECESSIT·

P̄ UERGILI· MARONIS

AENEIDOS LĪB· IIII EXP̄L·

INCIPIT LĪB· ·V· FELICITER

INTEREA MEDIUM AENEAS IAM CLASSE TENEBAT
CFRTUS ITER. FLUCTUSQ· ATROS AQUILONE SECABAT.
MOENIA RESPICIENS QUAE IAM INFELICIS ELISSAE
CONLUCENT FLAMMIS· QUAE TANTUM ACCENDERIT IGNE
CAUSA LATET· DURI MAGNO SET AMORE DOLORES
POLLUTO. NOTUMQ· FURENS QUIT FEMINA POSSET
TRISTE PER AUGURIUM. TEUCRORUM PECTORA DUCUNT·
UT PELAGUS TENUERE RATES· NEC IAM AMPLIUS ULLA
OCCURRIT TELLUS· MARIA UNDIQ· ET UNDIQ· CAELUM·
OLLI CAERULEUS SUPRA CAPUT ASTITIT IMBER·
NOCTEM HIEMEMQ· FERENS· ET INHORRUIT UNDA TENEBRIS·
IPSE GUBERNATOR· PUPPI PALINURUS AB ALTA·
HEU. QUIANAM TANTI CINXERUNT AETHERA NIMBI·
QUIDUE PATER NEPTUNE PARAS' SIC DEINDE LOCUTUS·
COLLIGERE ARMA IUBET· UALIDISQ· INCUMBERE REMIS'
OBLIQUATQ· SINUS IN UENTUM· AC TALIA FATUR·
MAGNANIMAE AENEA· NON SI MIHI IUPPITER AUCTOR
SPONDEAT· HOC SPEREM ITALIAM CONTINGERE CAELO·
MUTATI TRANSUERSA FREMUNT· ET UESPERE AB ATRO
CONSURGUNT UENTI· ATQ· IN NUBEM COGITUR AER·
NEC NOS OBNITI CONTRA· NEC TENDERE TANTUM
SUFFICIMUS' SUPERAT FORTUNA· SEQUAMUR·
QUOQ· UOCAT UERTAMUS ITER' NEC LITORA LONGE
FIDA REOR· FRATERNA ERYCIS· PORTUSQ· SICANOS·
SI MODO RITE MEMOR SERUATA REMETIOR ASTRA·
TUM PIUS AENEAS· EQUIDEM SIC POSCERE UENTOS
IAMDUDUM· ET FRUSTRA CERNO TE TENDERE CONTRA
FLECTE UIAM UELIS' AN SIT MIHI GRATIOR ULLA;
QUOUE MAGIS FESSAS OPTEM DIMITTERE NAUIS·

QUAM QUAE DARDANIUM TELLUS MIHI SERUAT ACESTE·
ET PATRIS ANCHISAE GREMIO COMPLECTITUR OSSA·
HAEC UBI DICTA· PETUNT PORTUS· ET UELA SECUNDI
INTENDUNT ZEPHYRI· FERTUR CITA GURGITE CLASSIS·
ET TANDEM LAETI NOTAE ADUERTUNTUR HARENAE·
AT PROCUL. EXCELSO MIRATUS UERTICE MONTIS
ADUENTUM· SOCIASQ· RATES· OCCURRIT ACESTES·
HORRIDUS IN IACULIS· ET PELLE LIBYSTIDIS URSAE·
TROIA CRINISO CONCEPTUM FLUMINE MATER
QUEM GENUIT· UETERUM NON IMMEMOR ILLE PARENTUM·
GRATATUR REDUCES· ET GAZA LAETUS AGRESTI
EXCIPIT· AC FESSOS OPIBUS SOLATUR AMICIS·
POSTERA CUM PRIMO· STELLAS ORIENTE FUGARAT
CLARA DIES· SOCIOS IN COETUM LITORE AB OMNI
ADUOCAT AENEAS· TUMULIQ· EX AGGERE FATUR·
DARDANIDAE MAGNI· GENUS ALTO A SANGUINE DIUUM·
ANNUUS EXACTIS COMPLETUR MENSIB· ORBES·
EX QUO RELIQUIAS· DIUINIQ· OSSA PARENTIS
CONDIDIMUS TERRA· MAESTASQ· SACRAUIMUS ARAS·
IAMQ· DIES NISI FALLOR ADEST· QUEM SEMPER ACERBUM·
SEMPER HONORATUM· SIC DI UOLUISTIS HABEBO·
HUNC EGO· GAETULIS AGEREM SI SYRTIB· EXUL·
ARGOLICOUE MARI DEPRENSUS· ET URBE MYCENAE·
ANNUA UOTA TAMEN· SOLLEMNISQ· ORDINE POMPAS
EXSEQUERER· STRUEREMQ· SUIS ALTARIA DONIS·
NUNC ULTRO ET CINERES IPSIUS· ET OSSA PARENTIS·
HAUT EQUIDEM· SINE MENTE REOR· SINE NUMINE DIUUM·
ADSUMUS· ET PORTUS DELATI INTRAMUS AMICOS·
ERGO AGITE. ET LAETUM CUNCTI CELEBREMUS HONOREM·

POSCAMUS UENTOS· ATQ· HAEC ME SACRA QUOTANNIS·
URBE UELIT POSITA· TEMPLIS SIBI FERRE DICATIS·
BINA BOUM UOBIS· TROIA GENERATUS ACESTES·
DAT NUMERO CAPITA IN NABIS· ADHIBETE PENATES·
ET PATRIOS EPULIS· ET QUOS COLIT HOSPES ACESTES·
PRAETEREA· SI NONA DIEM MORTALIB· ALMUM
AURARO· EXTULERIT· RADIISQ· RETEXERIT ORBEM·
PRIMA CITAE TEUCRIS PONAM CERTAMINA CLASSIS·
QUIQ· PEDUM CURSU UALET· ET QUI UIRIB· AUDAX·
AUT IACULO INCEDIT MELIOR· LEUIBUSQ· SAGITTIS·
SEU CRUDU FIDIT PUGNAM COMMITTERE CAESTU·
CUNCTI ADSINT· MERITAEQ· EXPECTENT PRAEMIA PALMAE·
ORE FAUETE OMNES· ET CINGITE TEMPORA RAMIS
SIC FATUS. UELAT MATERNA TEMPORA MYRTO·
HOC HELYMUS FACIT· HOC AEUI MATURUS ACESTES·
HOC PUER ASCANIUS. SEQUITUR QUOS CETERA PUBES·
ILLE E CONCILIO MULTIS CUM MILIB· IBAT
AT TUMULUM· MAGNA MEDIUS COMITANTE CATERUA·
HIC DUO RITE. MERO LIBANS CARCHESIA BACCHO
FUNDIT HUMI· DUO LACTE NOUO· DUO SANGUINE SACRO·
PURPUREOSQ· IACIT FLORES· AC TALIA FATUR·
SALUE SANCTE PARENS· ITERUM· SALUETE RECEPTI
NEQUIQUAM CINERES· ANIMAEQ· UMBRAEQ· PATERNAE·
NON LICUIT FINIS ITALOS· FAETALIAQ· ARUA·
NEC TECUM AUSONIUM QUICUMQ· EST QUAERERE THYBRI·
DIXERAT HAEC ADYTIS CUM LUBRICUS ANGUIS AB IMIS·
SEPTEM INGENS GYROS. SEPTENA UOLUMINA TRAXIT·
AMPLEXUS PLACIDE TUMULUM· LABSUSQ· PER ARAS·
CAERULEAE CUI TERGA NOTAE· MACULOSUS ET AURO

SQUAMAM INCENDEBAT FULGOR· CEU NUBIB· ARCUS
MILLE IACIT UARIOS· ADUERSO SOLE COLORES'
OBSTIPUIT UISU AENEAS· ILLE AGMINE LONGO·
TANDEM INTER PATERAS· ET LEUIA POCULA SERPENS·
LIBAUITQ· DAPES· RURSUSQ· INNOXIMUS· IMO
SUCCESSIT TUMULO· ET DEPASTA ALTARIA LIN·QUIT'
HOC MAGIS INCEPTOS GENITORI INSTAURAT HONORES·
INCERTUS. GENIUMNE LOCI FAMULUMNE PARENTIS
ESSE PUTET' CAEDIT BINAS DE MORE BIDENTIS·
TOTQ· SUOS· TOTIDEM NIGRANTIS TERGA IUUENCOS'
UINAQ· FUNDEBAT PATERIS· ANIMAMQ· UOCABAT
ANCHISAE MAGNAE MANISQ· ACHERONTE REMISSOS'
NECNON ET SOCII· QUAE CUIQ· EST COPIA· LAETI
DONA FERUNT· ONERANT ARAS· MACTANTQ· IUUENCOS·
ORDINE AENA LOCANT ALII· FUSIQ· PER HERBAM·
SUBICIUNT UERIB· PRUNAS ET UISCERA TORRENT'
EXPECTATA DIES ADERAT· NONAMQ· SERENA
AURORAM· PHAETONTIS EQUI IAM LUCE UEHEBANT·
FAMAQ· FINITIMOS· ET CLARI NOMEN ACAESTAE
EXCIERAT· LAETO COMPLEBANT LITORA COETU·
UISURI AENEADAS· PARS ET CERTARE PARATI'
MUNERA PRINCIPIO ANTE OCULOS· CIRCOQ· LOCANTUR
IN MEDIO· SACRI TRIPODES· UIRIDESQ CORONAE·
ET PALMAE PRAETIUM UICTORIB· ARMAQ· ET OSTRO
PERFUSAE UESTES· ARGENTI AURIQ· TALENTUM·
ET TUBA COMMISSOS MEDIO CANIT AGGERE LUDUS'
PRIMA PARES INEUNT GRAUIB· CERTAMINA REMIS·
QUATTUOR EX OMNI DELECTAE CLASSE CARINAE'
UELOCEM MNESTEUS AGIT ACRI REMIGE PRISTIN'

MOX ITALUS MNESTHEUS· GENUS A QUO NOMINE MEMMI·
INGENTEMQ· GYAS· INGENTI MOLE CHIMERAM·
URBIS OPUS· TRIPLICI PUBES QUAM DARDANA UERSU
IMPELLUNT· TERNO CONSURGUNT ORDINE REMI·
SERGESTUSQ; DOMUS TENET A QUO SERGIA NOMEN·
CENTAURO INUEHITUR MAGNA· SCYLLAQ· CLOANTHUS
CAERULEA· GENUS UNDE TIBI ROMANXE CLUENTI·
EST PROCUL IN PELAGO SAXUM· SPUMANTIA CONTRA
LITORA· QUOD TUMIDIS SUMERSUM TUNDITUR OLIM
FLUCTIB· HIBERNI CONDUNT UBI SIDERA CHORI·
TRANQUILLO SILET· IMMOTAQ· ATTOLLITUR UNDA
CAMPUS· ET APRICIS STATIO GRATISSIMA MERGIS·
HIC UIRIDEM AENEAS· FRONDENTI EX ILICE MENTE
CONSTITUIT· SIGNUM NAUTIS PATER· UNDE REUERTI
SCIRENT· ET LONGOS UBI CIRCUMFLECTERE CURSUS·
TUM LOCA SORTE LEGUNT· IPSIQ· IN PUPPIB· AURO
DUCTORES LONGE EFFULGENT· OSTROQ· DECORI·
CETERA POPULEA UELATUR FRONDE IUUENTUS·
NUDATOSQ· UMEROS OLEO PERFUSA NITESCIT·
CONSIDUNT TRANSTRIS· INTENTAQ· BRACCHIA REMIS·
INTENTI EXPECTANT SIGNUM· EXULTANTIAQ· HAURIT
CORDA PAUOR PULSANS· LAUDUMQ· ARRECTA CUPIDO·
INDE UBI CLARA DEDIT SONITUM TUBA FINIB· OMNES
HAUT MORA PROSILUERE SUIS· FERIT AETHERA CLAMOR
NAUTICUS· ADDUCTIS SPUMANT FRETA UERSA LACERTIS·
INFANDUNT PARITER SULCOS· TOTUMQ· DEHISCIT
CONUULSUM REMIS· ROSTRISQ· TRIDENTIB· AEQUOR·
NON TAM PRAECIPITES BIIUGO CERTAMINE CAMPUM
CORRIPUERE· RUUNTQ· EFFUSI CARCERE CURRUS·

NEC SIC IMMISSIS AURIGAE UNDANTIA LORA
CONCUSSERE IUGIS· PRONIQ· IN UERBERA PENDENT·
TUM PLAUSU FREMITUQ· UIRUM· STUDIISQ· FAUENTUM
CONSONAT OMNE NEMUS· UOCEMQ· INCLUSA UOLUTANT
LITORA· PULSATI COLLES CLAMORE· RESULTANT·
EFFUGIT ANTE ALIOS· PRIMISQ· ELABITUR UNDIS·
TURBAM INTER FREMITUMQ· GYAS· QUEM DEINDE CLOANTHUS
CONSEQUITUR· MELIOR REMIS· SED PONDERE PINUS
TARDA TENET· POST HOS AEQUO DISCRIMINE PISTRIS
CENTAURUSQ, LOCUM TENDUNT SUPERARE PRIOREM·
ET NUNC PRISTIS HABET· NUNC UICTAM PRAETERIT INGENS
CENTAURUS· NUNC UNA AMBAE IUNCTISQ· FERUNTUR
FRONTIBUS· ET LONGA SULCANT UADA SALSA CARINA·
IAMQ· PROPINQUABANT SCOPULO· METAMQ· TENEBANT·
CUM PRINCEPS, MEDIOQ· GYAS IN GURGITE UICTOR·
RECTOREM NAUIS, COMPELLAT UOCE MENOETEN·
QUO TANTUM MIHI DEXTERA ABIS, HUC DIRIGE CRESSUM·
LITUS AMA· ET LAEUA STRINGAT SINE PALMULA CAUTES·
ALTUM ALII TENEANT· DIXIT· SED CAECA MENOETES
SAXA TIMENS· PRORAM PELAGI DETORQUET AD UNDAS·
QUO DIUERSUS ABIS, ITERUM· PETE SAXA MENOETE·
CUM CLAMORE GYAS REUOCABAT· ET ECCE CLOANTHUM
RESPICIT· INSTANTEM TERGO· ET PROPIORA TENENTEM
ILLE INTER NAUEMQ· GYAE· SCOPULOSQ· SONANTIS
RADIT ITER LAEUUM INTERIOR· SUBITOQ· PRIOREM
PRAETERIT· ET METIS TENET AEQUORA TUTA RELICTIS·
TUM UERO EXARSIT IUUENI DOLOR OSSIB· INGENS·
NEC LACRIMIS CARUERE GENAE SEGNEMQ· MENOETEN
OBLITUS DECORISQ· SUI, SOCIUMQ· SALUTIS·

IN MARE PRAECIPITEM PUPPI DETURBAT AB ALTA·
IPSE GUBERNACLO RECTOR SUBIT IPSE MAGISTER'
HORTATURQ· UIROS CLAUOMQ· AD LITORA TORQUET
AT GRAUIS. UT FUNDO UIX TANDEM REDDITUS IMO EST·
IAM SENIOR· MADIDAQ· FLUENS IN UESTE MENOETES·
SUMMA PETIT SCOPULI· SICCAQ· IN RUPPE RESEDIT·
ILLUM ET LABENTEM TEUCRI· ET RISERE NATANTEM·
ET SALSOS RIDENT· REUOMENTEM PECTORE FLUCTUS·
HIC LAETA EXTREMIS SPES EST ACCENSA DUOBUS·
SERGESTO MNESTIQ'. GYAN SUPERARE MORANTEM·
SERGESTUS CAPT·.·ANTE ·.·LOCUM· SCOPULOQ· PROPINQUAT·
NEC TOTA TAMEN ILLIXE PRIOR PRAEEUNTE CARINA·
PARTE PRIOR PARTEM ROSTRO PREMIT AEMULA PRISTIS
AT MEDIA SOCIOS INCEDENS NAUE PER IPSOS·
HORTATUR MNESTHEUS· NUNC NUNC INSURGITE REMIS·
HECTOREI SOCII· TROIAE QUOS SORTE SUPREMA
DELEGI COMITES· NUNC ILLAS PROMITE UIRES·
NUNC ANIMOS· QUIB· IN GAETULIS SYRTIB· USI·
IONIOQ· MARI· MALEAEQ· SEQUACIB· UNDIS·
NON IAM PRIMA PETO MNESTHEUS· NEQ· UINCERE CERTO·
QUAMQUAM O· SET SUPERENT QUIB· HOC NEPTUNE DEDISTI·
EXTREMOS PUDEAT REDIISSE· HOC UINCITE CIUES'
ET PROHIBETE NEFAS' OLLI CERTAMINE SUMMO
PROCUMBUNT· UASTIS TREMIT ICTIB· AEREA PUPPIS·
SUBTRAHITURQ SOLUM· TUNC CREBRA ANHELITUS ARTUS·
ARIDAQ· ORA QUATIT· SUDOR FLUIT UNDIQ· RIUIS
ATTULIT IPSE UIRIS· OPTATUM CASUS HONOREM·
NAMQ· FURENS ANIMI· DUM PRORA AD SAXA SUBURGIT
INTERIOR· SPATIOQ· SUBIT SERGESTUS INIQUO·

INFELIX· SAXIS IN PROCURRENTIB· HAE[s]MIT·
CONCUSSAE CAUTES· ET ACUTO IN MURICE REMI·
OBNIXI CREPUERE· INLISAQ· PRORA PEPENDIT
CONSURGUNT NAUTAE· ET MAGNO CLAMORE MORAÑUR·
FERRATASQ· SUDES· ET ACUTA CUSPIDE CONTOS
EXPEDIUNT· FRACTOSQ· LEGUNT IN GURGITE REMOS·
AT LAETUS MNESTHEUS· SUCCESSUQ· ACRIOR IPSO·
AGMINE REMORUM CELERI· UENTISQ· UOCATIS·
PRONA PETIT MARIA· ET PELAGO DECURRIT APERTO·
QUALIS SPELU[N]CA SUBITO COMMOTA COLUMBA·
CUI DOM[u]S· ET DULCES LATEBROSO IN PUMICE NIDI·
FERTUR IN AURA UOLANS· PLAUSUMQ· EXTERRITA PINNIS
DAT TECTO INGENTEM· MOX AERE LABSA QUIETO·
RADIT ITER LIQUIDUM. CELERIS NEQ· COMMOUET ALAS·
SIC MNESTHEUS· SIC IPSA FUGA SECAT ULTIMA PRISTIS·
AEQUORA· SIC ILLAM FERT IMPETUS IPSE UOLANTEM·
ET PRIMUM SCOPULO LUCTANTEM DESERIT ALTO
SERGESTUM· BREUIB·Q· UADIS· FRUSTRAQ· UOCANTEM
AUXILIA· ET FRACTIS DISCENTEM CURRERE REMIS·
INDE GYAN· IPSAMQ· INGENTI MOLE CHIMERAM
CONSEQUITUR· CEDIT QUONIAM SPOLIATA MAGISTRO EST·
SOLUS IAMQ· IPSO SUPEREST IN FINE CLOANTHUS·
QUEM PETIT· ET SUMMIS ADNIXUS UIRIB· URGUET·
TUM UERO INGEMINAT CLAMOR· CUNCTIQ· SEQUENTEM
INSTIGANT STUDIIS· RESONAÑTQ· FRAGORIB· AETHER·
HI PROPRIUM DECUS· ET PARTUM INDIGNANTUR HONORE
NI TENEANT· UITAMQ· UOLUNT PRO LAUDE PACISCI·
HOS SUCCESSUS ALIT· POSSUNT QUIA POSSE UIDE[N]TUR·
ET FORS AEQUATIS, CEPISSENT PRAEMIA ROSTRIS·

NI PALMAS PONTO TENDENS UTRASQ· CLOANTHUS·
FUDISSETQ· PRECES, DIUOSQ· IN UOTA UOCASSET·
DI QUIB· IMPERIUM EST PELAGI QUORUM AEQUORA CURRO·
UOBIS LAETUS EGO, HOC CANDENTEM IN LITORE TAURUM
CONSTITUAM ANTE ARAS· UOTI REUS· EXTAQ· SALSOS
PROICIAM IN FLUCTUS· ET UINA LINQUENTIA FUNDAM·
DIXIT· EUMQ· IMIS SUB FLUCTIB· AUDIIT OMNIS
NEREIDUM· PORCHIQ· CHORUS· PANOPEAQ· UIRGO·
ET PATER IPSE MANU MAGNA PORTUNUS EUNTEM
IMPULIT· ILLA NOTO CITIUS, UOLUCRIQ· SAGITTA·
AT TERRAM FUGIT· ET PORTU SE CONDIDIT ALTO·
TUM SATUS ANCHISA· CUNCTIS EX MORE UOCATIS·
UICTOREM MAGNA PRAECONIS UOCE CLOANTHUM
DECLARAT· UIRIDIQ· ADUELAT TEMPORA LAURO
MUNERAQ· IN NAUIS· TERNOS OPTARE IUUENCOS·
UINAQ·, ET ARGENTI MAGNUM DAT FERRE TALENTUM·
IPSIS PRAECIPUE DUCTORIB·. ADDIT HONORES·
UICTORI CLAMYDEM AURATAM· QUAM PLURIMA CIRCŪ
PURPURA· MAEANDRO DUPLICI MELIBOEA CUCURRIT·
INTEXTUSQ· PUER· FRONDOSA REGIUS IDA·
UELOCES IACULO CERUOS· CURSUQ· FATIGAT·
ACER· ANHELANTI SIMILIS· QUEM PRAEPES AB IDA·
SUBLIMEM PEDIB· RAPUIT IOUIS ARMIGER UNCIS·
LONGAEUI PALMAS NEQUIQUAM AD SIDERA TENDUÑ
CUSTODES· SAEUITQ· CANUM LATRATUS IN AURAS·
AT QUI DEINDE LOCUM TENUIT UIRTUTE SECUNDUM·
LEUIB· HUIC HAMIS CONSERTAM· AUROQ· TRILICEM
LORICAM· QUAM DEMOLEO DETRAXERAT IPSE
UICTOR· APUT RAPIDUM SIMOENTA· SUB ILIO ALTO·

DONAT HABERE UIRO· DECUS ET TUTAMEN IN ARMIS·
UIX ILLAM FAMULI· PHEGEUS· SAC[A]RISQ· FEREBANT·
MULTIPLICEM CONIXI UMERIS· INDUTUS AT OLIM
DEMOLEUS· CURSU PALANTES TROAS AGEBAT·
TERTIA DONA FACIT· GEMINOS EX AERE LEBETAS·
CYMBIAQ· ARGENTO PERFECTA· ATQ· ASPERA SIGNIS·
IAMQ· ADEO DONATI OMNES· OPIBUSQ· SUPERBI·
PUNICEIS IBANT EUINCTI TEMPORA TAENIS·
CUM SAEUO E SCOPULO. MULTA UIX A[R]TE REUULSUS·
AMISSIS REMIS· ATQ· ORDINE [illegible] DEBILIS UNO·
INRISAM SINE HONORE RATEM· SERGESTUS AGEBAT·
QUALIS SAEPE UIAE DEPRENSUS IN AGGERE SERPENS·
AEREA Q· OBLICUUM [VEM] ROTA TRANSIIT· AUT GRAUIS ICTU·
SEMINECEM LIQUIT SAXO· LACERUMQ· UIATOR·
NEQUIQUAM LONGOS FUGIENS DAT CORPORE TORTUS·
PARTE FEROX· ARDENSQ· OCULIS· ET SIBILA COLLA
ARDUUS ATTOLLENS· PARS UOLNERE C[L]AUDA RETENTAT·
NIXANTEM NODIS· SEQ· IN SUA MEMBRA PLICANTEM·
TALI REMIGIO· NAUIS SE TARDA MOUEBAT·
UELA FACIT TAMEN· ET PLENIS SUBIT OSTIA UELIS·
SERGESTUM AENEAS. PROMISSO MUNERE DONAT
SERUATAM OB NAUEM LAETUS· SOCIOSQ· REDUCTOS·
OLLI SERUA DATUR· OPERUM [H]AUT IGNARA MINERUAE·
CRESSA GENUS· PHOLOE· GEMINIQ· SUB UBERE NATI·
HOC PIUS AENEAS MISSO CERTAMINE· TENDIT
GRAMINEUM IN CAMPUM· QUEM COLLIB· UNDIQ· CURUIS·
CINGEBANT SILUAE· MEDIAQ· IN UALLE THEATRI
CIRCUS ERAT· QUO SE MULTIS CUM MILIB· HEROS·
CONSENSU MEDIUM TULIT· EXSTRUCTOQ· RESEDIT·

HIC QUI FORTE UELINT· RAPIDO CONTENDERE CURSU
INUITAT PRETIIS ANIMOS· ET PRAEMIA PONIT·
UNDIQ· CONUENIUNT TEUCRI· MIXTIQ· SICANI·
NISUS. ET EURYALUS PRIMI·
EURYALUS FORMA INSIGNIS. UIRIDIQ· IUUENTA·
NISUS AMORE PIO PUERI· QUOS DEINDE SECUTUS·
REGIUS EGREGIA PRIAMI DE STIRPE DIORES·
HUNC SALIUS SIMUL ET PATRON· QUORUM ALTER, ACARNAN·
ALTER AB ARCADIO TEGEAE DE SANGUINE GENTIS·
TUM DUO TRINACRI IUUENES. HELYMUS· PANOSPESQ·.
ADSUETI SILUIS· COMITES SENIORIS ACESTAE·
MULTI PRAETEREA· QUOS FAMA OBSCURA RECONDIT·
AENEAS QUIB· IN MEDIIS. SIC DEINDE LOCUTUS·
ACCIPITE HAEC ANIMIS· LAETASQ· ADUERTITE MENTES·
NEMO EX HOC NUMERO· MIHI NON DONATUS ABIBIT·
GNOSIA BINA DABO· LEUATO LUCIDA FERRO
SPICULA· CAELATAMQ· ARGENTO FRONDE BIPENNEM·
OMNIB· HIC ERIT UNUS HONOS. TRES PRAEMIA PRIMI
ACCIPIENT· FLAUAQ· CAPUT NECTENTUR· OLIUA·
PRIMUM EQUUM PHALERIS INSIGNEM· UICTOR HABETO·
ALTER AMAZONIAM PHARETRAM· PLENAMQ· SAGITTIS
THRECIIS· LATO QUAM CIRCUMPLECTITUR AURO
BALTEUS· ET TERETI SUBNECTIT FIBULA GEMMA·
TERTIUS ARGOLICA HAC GALEA CONTENTUS ABITO·
HAEC UBI DICTA· LOCUM CAPIUNT· SIGNOQ· REPENTE
CORRIPIUNT SPATIA AUDITO· LIMENQ· RELINQUNT·
EFFUSI NIMBO SIMILES· SIMUL ULTIMA SIGNANT·
PRIMUS ABIT· LONGEQ· ANTE OMNIA CORPORA, NISUS
EMICAT· ET UENTIS· ET FULMINIS OCIOR ALIS·

PROXIMUS HUIC· LONGO SET PROXIMUS INTERUALLO·
INSEQUITUR SALI..US· SPATIO POST DEINDE RELICTO·
TERTIUS EURYALUS·.
EURYALUMQ· HELYMUS SEQUITUR· QUOD DEINDE SUB IPSO
ECCE UOLAT· CALCEMQ· TERIT IAM CALCE DIORES·
INCUMBENS UMERO· SPATIA ET SI PLURA SUPERSINT·
TRANSEAT ELABSUS PRIOR· AMBIGUUMQ· RELINQUAT·
IAMQ· FERE SPATIO EXTREMO· FESSIQ· SUB IPSAM
FINEM ADUENTABANT· LEUI CUM SANGUINE NISUS
LABITUR INFELIX· CAESIS UT FORTE IUUENCIS
FUSUS. HUMUM UIRIDISQ· SUPER MADEFECERAT HERBAS·.
HIC IUUENIS IAM UICTOR· OUANS UESTIGIA PRESSO
HAUT TENUIT TITUBATA SOLO· SET PRONUS IN IPSO
CONCIDIT· INMUNDOQ· FIMO· SACROQ· CRUOREM·
NON TAMEN EURYALI· NON ILLE OBLITUS AMORUM·
NAM SESE OPPOSUIT SALIO PER LUBRICA SURGENS·
ILLE AUTEM SPISSA IACUIT REUOLUTUS HARENA·
EMICAT EURYALUS· ET MUNERE UICTOR AMICO
PRIMA TENET· PLAUSUQ· UOLAT, FREMITUQ· SECUNDO·
POST HELYMUS SUBIT· ET NUNC TERTIA PALMA D..IORES
HIC TOTUM CAUEAE CONSENSUM, INGENTIS, ET ORA
PRIMA PATRUM· MAGNIS SALIUS CLAMORIB· IMPLET·
EREPTUMQ· DOLO REDDI SIBI POSCIT HONOREM·
TUTATOR FAUOR EURYALUM· LACRIMAEQ· DECORAE·
GRATIOR ET PULCHRO UENIENS IN CORPORE UIRTUS·
ADIUUAT· ET MAGNA PROCLAMAT UOCE DIORES·
QUI SUBIIT PALMAE· FRUSTRAQ· AD PRAEMIA UENIT
ULTIMA· SI PRIMI SALIO REDDANTUR HONORES·
TUM PATER AENEAS, UESTRA INQUIT MUNERA UOBIS

CERTA MANENT PUERI· ET PALMAM MOUET ORDINE NEMO·
ME LICEAT CASUS MISERARI INSONTIS AMICI·
SIC FATUS· TERGUM GAETULI INMANE LEONIS
DAT SALIO. UILLIS ONEROSUM ATQ· UNGUIB· AUREIS·
HIC NISUS. SI TANTA INQUIT SUNT PRAEMIA UICTIS·
ET TE LAPSORUM MISERET· QUAE PRAEMIA NISO
DIGNA DABIS· PRIMAM MERUI QUI LAUDE CORONAM·
NI ME QUAE SALIUM FORTUNA INIMICA TULISSET·
ET SIMUL HIS DICTIS FACIEM OSTENTA··BAT· ET UDO
TURPIA MEMBRA FIMO· RISIT PATER OPTIMUS· ILLI
ET CLIPEUM EFFERRI IUSSIT, DIDYMANIS ARTES·
NEPTUNI SACRO DANAIS DE POSTE REFIXUM·
HOC IUUENEM EGREGIUM PRAESTANTI MUNERE DONAT·
POST UBI CONFECTI CURSUS· ET DONA PEREGIT·
NUNC SICUI UIRTUS· ANIMUSQ· IN PECTORE PRAESENS
ADSIT· ET EUINCTIS ATTOLLAT BRACCHIA PALMIS·
SIC AIT· ET GEMINUM PUGNAE PROPONIT HONOREM·
UICTORI UELATUM AURO, UITTISQ· IUUENCUM·
ENSEM ATQ· INSIGNEM GALEAM SOLACIA UICTO·
NEC MORA CONTINUO UASTIS CUM UIRIB· EFFERT
ORA DARES· MAGNOQ· UIRUM SE MURMURE TOLLIT·
SOLUS QUI PARIDEM SOLITUS CONTENDERE CONTRA·
IDEMQ· AD TUMULUM· QUO MAXIMUS OCCUBAT HECTOR·
UICTOREM BUTEN· INMANI CORPORE· QUI SE
BEBRYCIA UENIENS· AMYCI DE GENTE FEREBAT·
PERCULIT· ET FULUA MORIBUNDUM EXTENDIT HARENA·
TALIS PRIMA DARES· CAPUT ALTUM IN PROELIA TOLLIT
OSTENDITQ· UMEROS LATOS· ALTERNAQ· IACTAT
BRACCHIA PROTENDENS· ET UERBERAT ICTIB· AURAS·

QUAERITUR HIC ALIUS· NEC QUISQUAM EX AGMINE TAÑO
AUDET ADIRE UIRUM· MANIBUSQ· INDUCERE CAESTUS·
ERGO ALACRIS. CUNCTOSQ· PUTANS EXCEDERE PALMA·
AENEAE STETIT ANTE PEDES· NEC PLURA MORATUS·
TUM LAEUA TAURUM CORNU TENET· ATQ· ITA FATUR·
NATE DEA· SI NEMO AUDET SE CREDERE PUGNAE·
QUAE FINIS STANDI· QUO ME DECEPTUSQ· TENERI·
DUCERE DONA IUBE· CUNTI SIMUL ORE FREMEBANT
DARDANIDAE· REDDIQ· UIRO PROMISSA IUBEBANT·
HIC GRAUIS ENTELLUM DICTIS CASTIGAT ACESTES·
PROXIMUS. UT UIRIDANTE TORO CONSEDERAT HERBAE·
ENTELLE, HEROUM QUONDAM FORTISSIME· FRUSTRA
TANTANE· TAM PATIENS· NULLO CERTAMINE TOLLI
DONA SINES· UBI NUNC NOBIS DEUS ILLE MAGISTER
NEQUIQUAM MEMORATUS ERYX· UBI FAMA PER OMNE
TRINACRIAM· ET SPOLIA ILLA TUIS PENDENTIA TECTIS·
ILLE SUB HAEC· NON LAUDIS AMOR· NEC GLORIA CESSIT
PULSA METU· SET ENIM DELIDUS TARDANTE SENECTA
SANGUIS HABET· FRIGETQ· EFFETAE IN CORPORE UIRES·
SI MIHI QUAE QUONDAM FUERAT· QUAQ IMPROB· ISTE
EXULTAT FIDENS· SI NUNC FORET ILLA IUUENTAS·
HAUD EQUIDEM PRETIO INDUCTUS, PULCHROQ· IUUENCO
UENISSEM· NEC DONA MOROR· SIC DEINDE LOCUTUS·
IN MEDIUM GEMINOS INMANI PONDERE CAESTUS
PROIECIT· QUIB· ACER ERYX· IN PROELIA SUETUS
FERRE MANUM· DUROQ· INTENDERE BRACCHIA TERGO·
OBSTIPUERE ANIMI TANTORUM· INGENTIA SEPTEM
TERGA BOUM· PLUMBO INSUTO· FERROQ· REGEBANT·
ANTE OMNIS STUPET IPSE DARES· LONGEQ· RECUSAT·

MAGNANIMUSQ· ANCHISIADES· ET PONDUS· ET IPSA
HUC ILLUC UINCLORUM INMENSA UOLUMINA UERSAT·
TUM SENIOR TALIS REFEREBAT PECTORE UOCES·
QUID SI QUIS CAESTUS IPSIUS· ET HERCULIS ARMA
UIDISSET· TRISTEMQ· HOC IPSO IN LITORE PUGNAM·
HAEC GERMANUS ERYX· QUONDAM TUUS ARMA GEREBAT·
SANGUINE CERNIS ADHUC· SPARSOQ· INFECTA CEREBRO·
HIS MAGNUM ALCIDEN CONTRATETIT· HIS EGO SUETUS·
DUM MELIOR UIRIS SANGUIS DABAT· AEMULA NECDU͞
TEMPORIBUS GEMINIS CANEBATPARSA SENECTUS·
SET SI NOSTRA DARES HAEC TRO·I·US ARMA RECUSAT·
ITQ· PIO SEDET AENEAE· PROBAT AUCTOR ACESTES·
AEQUEMUS PUGNAS· ERYCIS TIBI TERGA REMITTO·
SOLUE METUS· ET TU TROIANOS EXUE CESTUS·
HAEC FATUS· DUPLICEM EX UMERIS REIECIT AMICTU͞
ET MAGNOS MEMBRORUM ARTUS· MAGNA OSSA LACERTOSQ·
EXUIT· ATQ· INGENS MEDIA CONSITTIT HARENA·
TUM SATUS ANCHISA· CAESTUS PATER EXTULIT AEQUOS·
ET PARIB· PALMAS AMBORUM INTEXUIT ARMIS·
CONSTITIT· IN DIGITOS EXTEMPLO ARRECTUS UTERQ·
BRACCHIAQ· AD SUPERAS INTERRITUS EXTULIT AURAS·
ABDUXERE RETRO LONGE CAPITA ARDUA AB ICTU·
INMISCENTQ· MANUS MANIB·, PUGNAMQ· LACESSUN͞T·
ILLE PEDUM MELIOR MOTU· FRETUSQ· IUUENTA·
HIC MEMBRIS ET MOLE UALENS· SED TARDA TREMEN͞I
GENUA LABANT· UASTOS QUATIT AEGER ANHELITUS ARTU͞·
MULTA UIRI NEQUICQUAM· INTER SE UULNERA IACTAN͞T·
MULTA CAUO LATERI INGEMINANT· ET PECTORE UASTOS
DANT SONITUS· ERRATQ· AURIS ET TEMPORA CIRCUM

CREBRA MANUS· DURO CREPITANT SUB UOLNERE MALAE·
STAT GRAUIS ENTELLUS· NISUQ· IMMOTUS EODEM·
CORPORE TELA MODO· ATQ· OCULIS UIGILANTIB· EXIT·
ILLE UELUT CELSAM OPPUGNAT QUI MOLIBUS URBEM·
AUT MONTANA SEDET CIRCUM CASTELLA SUB ARMIS·
NUNC HOS NUNC ILLOS ADITUS· OMNEMQ· PERERRAT
ARTE LOCUM· ET UARIIS ADSULTIB· INRITUS URGET·
OSTENDIT DEXTRAM INSURGENS ENTELLUS· ET ALTE
EXTULIT· ILLE ICTUM UENIENTEM A UERTICE UELOX
PRAEUIDIT· CELERIQ· ELAPSUS CORPORE CESSIT·
ENTELLUS UIRES IN UENTUM EFFUDIT· ET ULTRO·
IPSE GRAUIS· GRAUITERQ· AD TERRAM PONDERE UASTO
CONCIDIT· UT QUONDAM CAUA CONCIDIT· AUT ERYMANHO·
AUT IDA IN MAGNA RADICIB· ERUTA PINUS·
CONSURGUNT STUDIIS TEUCRI· ET TRINACRIA PUBES·
IT CLAMOR· CAELO PRIMUSQ· ACCURRIT ACESTES·
AEQUUMQ· AB HUMO MISERANS ATTOLLIT AMICUM·
AT NON TARDATUS CASU NEQ· TERRITUS HEROS
ACRIOR AD PUGNAM REDIT· AC UIM SUSCITAT IRA·
TUM PUDOR INCENDIT UIRES· ET CONSCIA UIRTUS·
PRAECIPITEMQ· DAREN· ARDENS AGIT AEQUORE TOTO·
NUNC DEXTRA INGEMINANS ICTUS· NUNC DEINDE SINISTRA·
NEC MORA NEC REQUIES· QUAM MULTA GRANDINE NIMBI
CULMINIB· CREPITANT· SIC DENSIS ICTIB· HEROS·
CREBER UTRAQ· MANU PULSAT UERSATQ· DARETA·
TUM PATER AENEAS· PROCEDERE LONGIUS IRAS·
ET SEUIRE ANIMIS ENTELLUM HAUT PASSUS ACERBIS·
SED FINEM INPOSUIT PUGNAE· FESSUMQ· DARETA
ERIPUIT· MULCENS DICTIS· AC TALIA FATUR·

INFELIX· QUAE TANTA ANIMUM DEMENTIA CEPIT·
NON UIRIS ALIAS· CONUERSAQ· NUMINA SENTIS·
CEDE DEO· DIXITQ· ET PROELIA UOCE DIREMIT·
AST ILLUM FIDI AEQUALES· GENUA AEGRA TRAHENTEM·
IACTANTEMQ· UTROQ· CAPUT, CRASSUMQ· CRUOREM·
OREIECTANTEM· MIXTOSQ· IN SANGUINE DENTES·
DUCUNT AD NAUIS· GALEAMQ· ENSEMQ· UOCATI
ACCIPIUNT· PALMAM ENTELLO TAURUMQ· RELINQUNT·
HIC UICTOR SUPERANS ANIMIS· TAUROQ· SUPERBUS·
NATE DEA· UOSQ· HAEC INQUIT COGNOSCITE TEUCRI·
ET MIHI QUAE FUERINT IUUENALI IN CORPORE UIRES·
ET QUA SERUETIS REUOCATUM A MORTE DARETA·
DIXIT· ET ADUERSI CONTRA STETIT ORA IUUENCI·
QUI DONUM ADSTABAT PUGNAE· DUROSQ· REDUCTA
·LIBRAUIT DEXTRA· MEDIA INTER CORNUA CAESTUS·
ARDUUS· EFFRACTOQ· INLISIT IN OSSA CEREBRO·
STERNITUR· EXANIMISQ· TREMEN PROCUMBIT HUMI, BOS·
ILLE SUPER TALIS EFFUNDIT PECTORE UOCES:
HANC TIBI ERYX MELIOREM ANIMAM PRO MORTE DARETIS
PERSOLUO. HIC UICTOR CAESTUS. ARTEMQ· REPONO·
PROTINUS AENEAS, CELERI CERTARE SAGITTA
INUITAT. QUI FORTE UELINT· ET PRAEMIA PONIT·
INGENTIQ· MANU MALUM DE NAUE SERESTI
ERIGIT· ET UOLUCREM TRAIECTO IN FUNE COLUMBAM
QUO TENDANT FERRUM· MALO SUSPENDIT AB ALTO·
CONUENERE UIRI· DEIECTAMQ· AEREA SORTEM
ACCEPIT GALEA· ET PRIMUS CLAMORE SECUNDO·
HYRTACIDAE ANTE OMNIS EXIT LOCUS HIPPOCOONTIS·
QUEM MODO NAUALI MENSTHEUS CERTAMINE UICTOR

CONSEQUITUR· UIRIDI MNESTHEUS EUICTUS OLIUA·
TERTIUS EURYTION TUUS· O CLARISSIME FRATER
PANDERE· QUI QUONDAM IUSSUS CONFUNDERE FOEDUS
IN MEDIOS TELUM TORSISTI PRIMOS ACHIUOS·
EXTREMUS· GALEAQ· IMA SUBSEDIT ACESTES·
AUSUS ET IPSE MANU IUUENEM TEMPTARE LABORE
TUM UALIDIS FLEXOS INCURUANT UIRIB· ARCUS·
PRO SE QUISQ· UIRI· ET DEPROMUNT TELA PHARETRIS·
PRIMAQ· PER CAELUM NERUO STRIDENTE SAGITTA·
HYRTACIDAE IUUENIS UOLUCRIS DEUERBERAT AURAS
ET UENIT· ADUERSIQ· INFIGITUR ARBORE MALI·
INTREMUIT MALUS· TIMUITQ· EXTERRITA PINNIS
ALES· ET INGENTI SONUERUNT OMNIA PLAUSU·
POST ACER MNESTHEUS· ADDUCTO CONSTITIT ARCU·
ALTA PETENS· PARITERQ· OCULOS· TELUMQ· TETENDIT·
AST IPSAM MISERANDUS AUEM· CONTINGERE FERRO
NON UALUIT· NODOS ET UINCULA LINEA RUPIT·
QUIS INNEXA PEDEM· MALO PENDEBAT AB ALTO·
ILLA NOTOS· ATQ· ATRA UOLANS IN NUBILA FUGIT·
TUM RAPIDUS. IANDUDUM ARCU CONTENTA PARATO
TELA TENENS· FRATREM EURYTION IN UOTA UOCAUIT·
IAM UACUO LAETAM CAELO SPECULATUS· ET ALIS
PLAUDENTEM· NIGRA FIGIT SUB NUBE COLUMBA·
DECIDIT EXANIMIS· UITAMQ· RELIQUIT IN ASTRIS
AERIIS· FIXAMQ· REFERT DELAPSA SAGITTAM·
AMISSA SOLUS PALMA SUPERABAT ACESTES·
QUI TAMEN AERIAS· TELUM CONTENDIT IN AURAS·
OSTENTANS· ARTEMQ· PATER, ARCUMQ· SONANTEM·
HINC OCULIS SUBITO OBICITUR· MAGNOQ· FUTURUM

AUGURIO MONSTRUM· DOCUIT POST EXITUS INGENS·
SERAQ· TERRIFICI CECINERUNT OMINA UATES·
NAMQ· UOLANS LIQUIDIS IN NUBIB· ARSIT HARUNDO·
SIGNAUITQ· UIAM [F]LAM[M]NIS· TENUISQ· RECESSIT
CONSUMPTA IN UENTOS· CAELO CEU SAEPE REFIXA
TRANSCURRUNT· CRINEMQ· UOLANTIA SIDERA DUCUNT·
ATTONITIS HAESERE ANIMIS· SUPEROSQ· PRECATI
TRINACRII· TEUCRIQ· UIRI· NEC MAXIMUS OMEN
ABNUIT AENEAS· SET LAETUM AMPLEXUS ACESTEN·
MUNERIB· CUMULAT MAGNIS· AC TALIA FATUR·
SUME PATER, NAM TE UOLUIT REX MAGNUS OLYMPI·
TALIB· AUSPICIIS· EXORT[E]XM DUCERE HONORES[M]·
IPSIUS ANCHISAE LONGAEUI HOC MUNUS HABEBIS·
CRATERAM INPRESSUM SIGNIS· QUEM T[H]RACIUS OLIM
ANCHISAE GENITORIS IN MAGNO MUNERE CISSAEUS·
FERRE SUI DEDERAT MONIMENTUM ET PIGNUS AMORIS·
SIC FATUS· CINGIT UIRIDANTI TEMPORA LAURO·
ET PRIMUM ANTE OMNIS UICTOREM APPELLAT ACESTEN
NEC BONUS EURYTHION PRAELATO INUIDIT HONORI·
QUAMUIS SOLUS AUEM CAELO DEIECIT AB ALTO·
PROXIMUS INGREDITUR DONIS, QUI UINCULA RUPIT·
EXTREMUS UOLUCRI QUI FIXIT HARUNDINE MALUM
AT PATER AENEAS· NONDUM CERTAMINE MISSO·
CUSTODEM AD SESE, COMITEMQ· INPUBIS IULI·
EPYTIDEN UOCAT· ET FIDAM SIC FATUR AD AUREM·
UADE AGE, ET ASCANIO SI IAM PUERILE PARATUM
AGMEN HABET SECUM· CURSUSQ· INSTRUXIT EQUORUM
DUCAT AUO TURMAS· ET SESE OSTENDAT IN ARMIS·
DIC AIT· IPSE OMNEM LONGO DECEDERE CIRCO·

INFUSUM POPULUM· ET CAMPOS IUSSIT ESSE PATENTES
INCEDUNT PUERI· PARITERQ· ANTE ORA PARENTUM·
FRENATIS LUCENT IN · EQUIS· QUOS OMNIS EUNTIS·
TRINACRIAE MIRATA FREMIT TROIAEQ· IUUENTUS·
OMNIB· IN MOREM TONSA COMA PRESSA CORONA·
CORNEA BINA FERUNT· PRAEFIXA HASTILLA FERRO·
PARS LEUIS UMERO PHARETRAS· ET PECTORE SUMMO
FLEXILIS OBTORTI PER COLLUM CIRCULUS AURI
TRIS EQUITUM NUMERO TURMAE· TERNIQ· UAGANTUR
DUCTORES PUERI BISSENI QUEMQ· SECUTI·
AGMINE PARTITO FULGENT· PARIBUSQ. MAGISTRIS·
UNA ACIES IUUENUM. DUCIT QUAM PARUUS OUANTEM·
NOMEN AUI REFERENS PRIAMUS· TUA CLARA POLITES
PROGENIES AUCTURA ITALOS QUEM THRACHIUS ALBIS
PORTAT EQUUS BICOLOR MACULIS· UESTIGIA PRIMIS
ALBA PEDES· FRONTEMQ· OSTENTANS ARDUUS ALBAM·
ALTER ATYS GENUS UNDE ATYI DUXERE LATINI·
PARUUS ATYS· PUEROQ· PUER DELECTUS IULO·
EXTREMUS· FORMAM ANTE OMNIS PULCHER IULUS
SIDONIO EST INUECTUS EQUO· QUEM CANDIDA DIDO·
ESSE SUI DEDERAT MONIMENTUM· ET PIGNUS AMORIS·
CETERA TRINACRIAE PUBES SENIORIS ACESTAE·
FERTUR EQUIS·
EXCIPIUNT PLAUSU PAUIDOS· GAUDENTQ· TUENTES
DARDANIDAE· UETERUMQ· AGNOSCUNT ORA PARENTUM·
POSTQUAM OMNE LAETI CONSESSUM· OCULOSQ· SUORUM
LUSTRAUERE IN EQUIS· SIGNUM CLAMORE PARATIS
EPYTIDES LONGE DEDIT· INSONUITQ· FLAGELLO·
OLLI DISCURRERE PARES ATQ· AGMINA TERNI

DEDUCTIS SOLUERE CHORIS· RURSUSQ· UOCATI
CONUERTERE UIAS· INFESTAQ· TELA TULERE·
INDE ALIOS INEUNT CURSUS· ALIOSQUE RECURSUS·
ADUERSI SPATI ALTERNOSQ· ORBIB·. ORBES
IMPEDIUNT· PUGNAEQ· CIENT SIMULACRA SUB ARMIS·
ET NUNC TERGA FUGA NUDANT· NUNC SPICULA UERTUNT
INFESSI· FACTA PARITER NUNC PACTE FERUNTUR·
UT QUONDAM CRETA FERTUR LABYRINTUS IN ALTA·
PARIETIBUS TEXTUM CAECIS ITER· ANCIPITEMQ·
MILLE UIIS HABUISSE DOLUM· QUAE SIGNA SEQUENDI·
FALLERET INDEPRENSUS· ET INREMEABILIS ERROR·
HAUT ALIO TEUCRUM NATI UESTIGIA CURSU
IMPEDIUNT· TEXUNTQ· FUGAS· ET PROELIA LUDO·
DELPHINUM SIMILES. QUI PER MARIA UMIDA NANDO·
CARPHATIUM LIBYCUMQ· SECANT· LVDVNTQ PER VNDAS
HUNC MOREM CURSUS· ATQ· HAEC CERTAMINA PRIMUS
ASCANIUS· LONGAM MURIS CUM CINGERET ALBAM
RETTULIT· ET PRISCOS DOCUIT CELEBRARE LATINOS·
QUO PUER IPSE MODO SECUM· QUO TROIA PUBES·
ALBANI DOCUERE SUOS· HINC MAXIMA PORRO
ACCEPIT ROMA· ET PATRIUM SERUAUIT HONOREM
TROIAQ· NUNC PUERI· TROIANUM DICITUR AMEN·
HAC CELEBRATA TENUS SANCTO CERTAMINA PATRI·
HIC PRIMUM FORTUNA FIDEM MUTATA NOUAUIT·
DUM UARIIS TUMULO REFERUNT SOLLEMNIA LUDIS·
IRIM DE CAELO MISIT SATURNIA IUNO·
ILIACAM AD CLASSEM. UENTOSQ· ADSPIRAT EUNTI·
MULTA MOUENS· NECDUM ANTICUM SATURATA DOLOREM
ILLA UIAM CELEBRANS PER MILLE COLORIBUS ARCUM·

NULLI UISA CITO DECURRIT TRAMITE UIRGO·
CONSPICIT INGENTEM CONSESSUM· ET LITORA LUSTRAT·
DESERTOSQ· UIDET PORTUS· CLASSEMQ· RELICTAM·
AT PROCUL IN SULA SECRETA TROADES ACTAE
AMISSUM ANCHISAEN FLEBAT· CUNCTAQ· PROFUNDUM
PONTUMSPECTABANT FLENTES, HEU TOT UADA FESSIS·
ET TANTUM SUPERESSE MARIS' UOX OMNIB· UNA·
URBEM ORANT· TAEDET PELAGI PERFERRE LABOREM'
ERGO INTER MEDIAS· SESE HAUT IGNARA NOCENDI
CONICIT· ET FACIEMQ· DEAE UESTEMQ· REPONIT·
FIT BEROE MARI CONIUNX. LONGAEUA DORYCLI'
CUI GENUS· ET QUONDAM NOMEN, NATIQ· FUISSENT·
AC SI DARDANIDUM MEDIAM SE MATRIB· INFERT'
Ó MISERAE, QUAS NON MANUS INQUIT ACHAICA, BELLO
TRAXERIT AD LETUM· PATRIAE SUB MOENIB: O GENS
INFELIX· CUI TE EXITIO FORTUNA RESERUAT'
SEPTIMA POST TROIAE EXCIDIUM IAM UERTITUR AESTAS
CUM FRETA' CUM TERRAS OMNIS· TOT INHOSPITA SAXA·
SIDERAQ· EMENSE FERIMUR· DUM PER MARE MAGNU~
ITALIAM SEQUIMUR FUGIENTEM· ET UOLUIMUR UNDIS·
HIC ERYCIS FINES FRATERNI· ATQ· HOSPES ACESTES·
QUI PROHIBET MURO IACERE· ET DARE CIUIB· URBE~
Ó PATRIA· ET RAPTI NEQUIQUAM EX HOSTE PENATES·
NULLANE IAM TROIAE DICENTUR MOENIA· NUSQUAM
HECTOREOS AMNIS. XANTHUM ET SIMOENTE UIDEBO·
QUIN AGITE, ET MECUM INFAUSTAS EXURITE PUPPIS·
NAM MIHI CASSANDRAE PER SOMNUM UATIS IMAGO·
ARDENTIS DARE UISA FACES· HIC QUERITE TROIAM·
HIC DOMUS EST INQUIT UOBIS· IAM TEMPUS AGI RES'

NEC TANTIS MORA PRODIGIIS· EN QUATTUOR ARAE
NEPTUNO· DEUS IPSE FACES· ANIMUMQ· MINISTRAT·
HAEC MEMORANS· PRIMA INFENSUM UI CORRIPIT IGNE̅
SUBLATAQ· PROCUL DEXTRA· CONIXA CORUSCAT·
ET IACIT· ARRECTAE MENTES· STUPEFACTAQ· CORDA.
ILIADUM. HIC UNA É MULTIS· QUAE MAXIMA NATU.
PYRGO· TOT PRIAMI NATORUM REGIA NUTRIX·
NON BEROE UOBIS. NON HAEC RHOETAE·I·AM MATRES
EST DORYCLI CONIUNX· DIUINI SIGNA DECORIS·
ARDENTISQ· NOTATE OCULOS· QUI SPIRITUS ILLI·
QUI UULTUS· UOCISQ· SONUS. UEL GRESSUS EUNTI.
IPSA EGOMET DUDUM BEROEN DIGRESSA RELIQUI·
AEGRAM· INDIGNANTEM· TALI QUOD SOLA CARERET
MUNERE· NEC MERITOS ANCHISAE INFERRET HONORES·
HAEC EFFATA·
AT MATRES PRIMO ANCIPITES. OCULISQ· MALIGNIS
AMBIGUAE SPECTARE RATES· MISERUM INTER AMOREM
PRAESENTIS TERRAE· FATISQ· UOCANTIA REGNA·
CUM DEA SE PARIB· PER CAELUM SUSTULIT ALIS·
INGENTEMQ· FUGA SECUIT SUB NUBIBUS ARCUM·
TUM UERO ATTONITAE MONSTRIS· ACTAEQ· FURORE·
CONCLAMANT· RAPIUNTQ· FOCIS PENETRALIB· IGNE̅
PARS SPOLIANT ARAS· FRONDEM AC UIRGULTA FACESQ·
CONICIUNT· FURIT IMMISSIS UULCANUS HABENIS·
TRANSTRA PER ET REMOS· ET PICTAS ABIETE PUPPIS·
NUNTIUS ANCHISAE AT TUMULUM· CUNEOSQ· THEATRI·
INCENSAS PERFERT NAUIS· EUMELUS· ET IPSI
RESPICIUNT· ATRAM IN NIMBO UOLITARE FAUILLA̅
PRIMUS ET ASCANIUS, CURSUS UT LAETUS EQUESTRES

DUCEBAT· SIC ACER EQUO. TURBATA PETIUIT
CASTRA· NEC EXANIMIS POSSUNT RETINERE MAGISTRI·
QUIS FUROR ISTE NOUUS· QUO NUNC, QUO TENDITIS INQUIT·
HEU MISERAE CIUES. NON HOSTEM· INIMICAQ· CASTRA
ARGIUUM· UESTRAS SPES URITIS· EN EGO UESTER
ASCANIUS· GALEAM ANTE PEDES PROIECIT INANEM·
QUA LUDO INDUTUS BELLI SIMULACRA CIEBAT·
ATCELERAT SIMUL AENEAS, SIMUL AGMINE TEUCRUM·
AST ILLAE· DIUERSA METU PER LITORA, PASSIM
DIFFUGIUNT· SILUASQ·. ET SICUBI CONCAUA FURTIM
SAXA PETUNT. PIGET INCEPTI· LUCISQ·. SUOSQ·
MUTATAE AGNOSCUNT· EXCUSSAQ· PECTORE IUNO EST·
SED NON IDCIRCO FLAMMAM· ATQ· INCENDIA UIRES
INDOMITAS POSUERE. UDO SUB ROBORE UIUIT
STUPPA· UOMENS TARDUM FUMUM· LENTUSQ· CARINAS
EST UAPOR· ET TOTO DESCENDIT CORPORE PESTIS
NEC UIRES HEROUM· INFUSAQ· FLUMINA PROSUNT·
TUM PIUS AENEAS· UMERIS ABSCINDERE UESTEM
AUXILIOQ· UOCARE DEOS· ET TENDERE PALMAS·
IUPPITER OMNIPOTENS. SI NONDUM EXOSUS AD UNUM
TROIANOS· SIQUIT PIETAS ANTIQUA· LABORES
RESPICIT HUMANOS, DA FLAMMAM EUADERE CLASSI
NUNC PATER· ET TENUIS TEUCRUM RES ERIPE LETO·
UEL TU QUOD SUPEREST· INFESTO FULMINE MORTI
SI MEREOR DIMITTE· TUAQ· HIC OBRUE DEXTRA·
UIX HAEC EDIDERAT· CUM EFFUSIS IMBRIB· ATRA
TEMPESTAS. SINE MORE FURIT· TONITRUQ· TREMISCUNT
ARDUA TERRARUM· ET CAMPIS RUIT AETHERE TOTO
TURBIDUS IMBER AQUA· DENSISQ· NIGERRIMUS AUSTRIS.

IMPLENTURQ. SUPER PUPPES· SEMIUSTA MADESCUNT
ROBORA· RESTINCTUS DONEC UAPOR OMNIS· ET OMNES
QUATTUOR AMISSIS SERUATAE A PESTE CARINAE·
ET PATER AENEAS· CASU CONCUSSUS ACERBO·
NUNC HUC INGENTIS. NUNC ILLUC PECTORE CURAS
MUTABAT UERSANS· SICULISNE RESIDERET ARUIS
OBLITUS FATORUM· ITALASNE CAPESSERET ORAS·
TUM SENIOR NAUTES. UNUM TRITONIA PALLAS
QUEM DOCUIT· MULTAQ. INSIGNEM REDDIDIT ARTE
HAEC RESPONSA DABAT· UEL QUAE PORTENDERET IRA
MAGNA DEUM· UEL QUAE FATORUM POSCERET ORDO·
ISQ. HIS AENEAN SOLATUS UOCIBUS INFIT·
NATE DEA. QUO FATA TRAHUNT RETRAHUNTQ. SEQUAMUR·
QUIDQUID ERIT· SUPERANDA OMNIS FORTUNA FERENDO EST·
EST TIBI DARDANIUS DIUINAE STIRPIS ACESTES·
HUNC CAPE CONSILIIS SOCIUM· ET CONIUNGE UOLENTEM
HUIC TRADE. AMISSIS SUPERANT QUI NAUIB: ET QUOS
PERTAESUM MAGNI INCEPTI· RERUMQ. TUARUM EST·
LONGEUOSQ. SENES· AC FESSAS AEQUORE MATRES·
ET QUIDQUID TECUM INUALIDUM· METUENSQ. PERICLI EST·
DELIGE· ET HIS HABEANT TERRIS SINE MOENIA FESSI·
URBEM APPELLABUNT· PERMISSO NOMINE ACESTAM·
TALIBUS INCENSUS DICTIS SENIORIS AMICI·
TUM UERO IN CURAS ANIMO DIDUCITUR OMNIS·
ET NOX ATRA POLUM BIGIS SUBUECTA TENEBAT·
UISA DEHINC CAELO FACIES DELAPSA· PARENTIS
ANCHISAE· SUBITO TALIS EFFUNDERE UOCES·
NATE· MIHI UITA QUONDAM DUM UITA MANEBAT
CARE MAGIS· ILLACE NATE EXERCITE FATIS·

IMPERIO IOUIS HUC UENIO· QUI CLASSIBUS IGNEM
DEPULIT· ET CAELO TANDEM MISERATUS AB ALTO EST·
CONSILIIS PARE. QUAE NUNC PULCHERRIMA NAUTES
DAT SENIOR· LECTOS IUUENES· FORTISSIMA CORDA
DEFER IN ITALIAM· GENS DURA· ATQ· ASPERA CULTU
DEBELLANDA TIBI LATIO. EST· DITIS TAMEN ANTE
INFERNAS ACCEDE DOMOS· ET AUERNA PER ALTA
CONGRESSUS PETE NATE MEOS· NON ME IMPIA NAMQUE·
TARTARA HABENT·TRISTES[VE] UMBRAE SET AMOENA PIORU~
CONCILIA. ELYSIUMQ· COLO· HUC CASTA SIBYLLA·
NIGRARUM MULTO PECUDUM TE SANGUINE DUCET·
TUM GENUS OMNE TUUM· ET QUAE DENTUR MOENIA DISCES·
IAMQ· UALE·TORQUET MEDIOS NOX UMIDA CURSUS·
ET ME SAEUUS EQUIS ORIENS ADFLAUIT ANHELIS·
DIXERAT· ET TENUIS FUGIT CEU FUMUS IN AURAS·
AENEAS QUO[DE] INDE RUIS· QUO PRORIPIS INQUIT·
QUEM FUGIS. AUT QUIS TE NOSTRIS COMPLEXIB· ARCET·
HAEC MEMORANS· CINEREM ET SOPITOS SUSCITAT IGNIS·
PERGAMEUMQ· LAREM· ET CANAE PENETRALIA UESTAE·
FARRE PIO. ET PLENA SUPPLEX· UENERATUR ACERRA·
EXTEMPLO SOCIOS. PRIMUMQ· ACCERSIT ACESTEN·
ET IOUIS IMPERIUM. ET CARI PRAECEPTA PARENTIS
EDOCET· ET QUAE NUNC ANIMO SENTENTIA CONSTET·
HAUT MORA CONSILIIS· NEC IUSSA RECUSAT ACESTES·
TRANSCRIBUNT URBI MATRES· POPULUMQ· UOLANTEM[E]
DEPONUNT· ANIMOS NIHIL MAGNAE LAUDIS EGESTES[N]
IPSI TRANSTRA NOUANT· FLAMMISQ· AMBESA REPONANT[U]
ROBORA NAUIGIIS· APTANT REMOSQ·. RUDENTESQ·
EXUI[IG] NUMERO· SET BELLO UIUIDA UIRTUS·

INTEREA AENEAS. URBEM DESIGNAT ARATRO·
SORTITURQ· DOMOS. HOC ILIUM· ET HAEC LOCA TROIAM
ESSE IUBET· GAUDET REGNO TROIANUS ACESTES·
INDICITQ· FORUM· ET PATRIBUS DAT IURA UOCATIS·
TUM UICINA ASTRIS. ERYCINO IN UERTICE SEDES
FUNDATUR UENERI IDALIAE· TUMULOQ· SACERDOS·
AC LUCUS· LATE SACER ADDITUR ANCHISAEO·
IAMQ· DIES EPULATA NOUEM GENS OMNIS· ET ARIS
FACTUS HONOS· PLACIDI STRAUERUNT AEQUORA UENTI·
CREBER ET ATSPIRANS RURSUS UOCAT AUSTER IN ALTUM
EXORITUR PROCURUA INGENS PER LITORA FLETUS·
COMPLEXI INTER SE· NOCTEMQ· DIEMQ· MORANTUR·
IPSAE IAM MATRES· IPSI QUIB· ASPERA QUONDAM
UISA MARIS FACIES· ET NON TOLERABILE NØMEN·
IRE UOLUNT· OMNEMQ· FUGAE PERFERRE LABOREM·
QUOS BONUS AENEAS· DICTIS SOLATUR AMICIS·
ET CONSANGUINEO LACRIMANS COMMENDAT ACESTE-
TRIS ERYCI UITULOS· ET TEMPESTATIB· AGNOS
CAEDERE DEINDE IUBET· SOLUIQ· EX ORDINE FUNEM·
IPSAE CAPUT TONSAE FOLIIS EUINCTUS OLIUAE·
STANS PROCUL IN PRORA PATERAM TENET· EXTAQ· SALSOS·
PROICIT IN FLUCTUS· AC UINA LIQUENTIA FUNDIT·
PROSEQUITUR SURGENS A PUPPI UENTUS EUNTIS·
CERTATIM SOCIØ FERIUNT MARE· ET AEQUORA UERRUNT·
AT UENUS INTEREA· NEPTUNUM EXERCITA CURIS
ADLOQUITUR· TALISQ· EFFUNDIT PECTORE QUAESTUS·
IUNONIS GRAUIS IRA· NEC EXSATURABILE PECTUS·
COGUNT ME NEPTUNE· PRECES DESCENDERE IN OMNIS·
QUAM NEC LONGA DIES· PIETAS NEC MITIGAT ULLA·

NEC IOUIS IMPERIO· FATISQ· INFRACTA QUIESCIT·
NON MEDIA.. DE GENTE PHRYGUM· EXEDISSE NEFANDIS
URBEM ODIIS SATIS EST· NEC POENAM TRAXISSE PER OMNE
RELIQUIAS TROIAE· CINERES ATQ· OSSA PEREMPTAE
INSEQUITUR· CAUSAS TANTI SCIAT ILLA FURORES·
IPSE MIHI NUPER LIBYCIS TU TESTIS IN UNDIS·
QUAM MOLEM SUBITO EXCIERIT· MARIA OMNIA CAELO
MISCUIT· AEOLIIS NEQUIQUAM FRETA PROCELLIS·
IN REGNIS HOC AUSA TUIS·
PER SCELUS ECCE ETIAM· TROIANIS MATRIBUS ACTIS·
EX..USSIT FOEDE PUPPIS· ET CLASSE SUBEGIT
AMISSA· SOCIOS IGNOTA LINQUERE TERRA·
QUOD SUPEREST ORO· LICEAT DARE TUTA PER UNDAS
UELA TIBI· LICEAT LAURENTEM ATTINGERE THYBRIM·
SI CONCESSA PETO. SI DANT EA MOENIA PARCAE·
TUM SATURNIUS HAEC DOMITOR MARIS EDIDIT ALTI·
FAS OMNE EST CYTHEREA· MEIS TE FIDERE REGNIS·
UNDE GENUS DUCIS· MERUI QUOQ· SAEPE FURORES
COMPRESSI· ET RABIEM TANTAM CAELIQ· MARISQ·
NEC MINOR IN TERRIS· XANTHUM SIMOENTAQ· TESTOR·
AENEAE MIHI CURA TUI· CUM TROIA ACHILLES
EXANIMATA SEQUENS IMPINGERET AGMINA MURIS·
MILIA MULTA DARET LETO· GEMERENTQ· REPLETI
AMNES· NEC REPERIRE UIAM· ATQ· EUOLUERE POSSET
IN MARE SE XANTHUS· PELIDAE TUNC EGO FORTI
CONGRESSUM AENEAN· NEC DIS NEC UIRIB· AEQUIS
NUBE CAUA RAPUI· CUPEREM CUM UERTERE AB IMO·
STRUCTA MEIS MANIBUS PERITURAE MOENIA TROIAE·
NUNC QUOQ· MENS EADEM PERSTAT MIHI· PELLE TIMORE·

TUTUS QUOS OPTAS PORTUS ACCEDET AUERNI·
UNUS ERIT TANTUM [A] MISSUM QUEM GURGITE QUAERES·
UNUM PRO MULTIS DABITUR CAPUT·
HIS UBI LAETA DEAE PERMULSIT PECTORA DICTIS·
IUNGIT EQUOS AURO GENITOR· SPUMANTIAQ· ADDIT
FRENA FERIS· MANIBUSQ· OMNIS EFFUNDIT HABENAS·
CAERULEUM PER SUMMA LEUIS UOLAT AEQUORA CURRU·
SUBSIDUNT UNDAE· TUMIDUMQ· SUB AXE TONANTI
STERNITUR AEQUOR [A] EQUIS· FUGIUNT [Q] [EX] UASTO [A] ETHERE NIMBI·
TUM UARIAE COMITUM FACIES· INMANIA CETAE·
ET SENIOR GLAUCI CHORUS· INOUSQ· PALAEMON·
TRITONESQ· CITI· PHORCIQ· EXERCITUS OMNIS·
LAEUA TENET· THAETIS· ET MILITE· PANOPEAQ· UIRGO·
NISSEAE· ESPIOQ· THALIAQ· CYMODOCEQUE·
HIC PATRIS AENEAE SUSPENSAM BLANDA UICISSIM
GAUDIA PERTEMPTANT MENTEM· IUBET OCIUS OMNIS·
ATTOLLI MALOS· INTENDI [illegible] BRACCHIA REMIS·
UNA OMNIS FECERE PEDEM· PARITERQ· SINISTROS·
NUNC DEXTROS SOLUERE SINUS· UNA ARDUA TORQUENT
CORNUA· DETORQUENTQ· FERUNT SUA FLAMINA CLASSEM
PRINCEPS ANTE OMNES DENSUM PALINURUS AGEBAT
AGMEN· AD HUNC ALII CURSUM CONTENDERE IUSSI·
IAMQ· FERE· MEDIAM CAELI NOX UMIDA METAM
CONTIGERAT· PLACIDA LAXABANT MEMBRA QUIETE·
SUB REMIS FUSI· PER DURA SEDILIA NAUTAE·
CUM LAEUIS ETHERIIS DELABSUS SOMNUS AB ASTRIS·
AERA DIMOUIT TENEBROSUM· ET DISPULIT UMBRAS·
TE PALINURE PETEN [S] TIBI SOMNIA TRISTIA PORTANS
INSONTI· PUPPIQ· DEUS CONSEDIT IN ALTA·

PHORBANTI SIMILIS· FUNDITQ· HAS ORE LOQUELLAS·
IASIDE PALINURE· FERUNT SUA FLAMINA CLASSEM·
AEQUATAE SPIRANT AURAE· DATUR HORA QUIETI
PONE CAPUT· FESSOSQ· OCULOS FURARE LABORI·
IPSE EGO PAULISPER PRO TE TUA MUNERA INIBO·
CUI UIX ATTOLLENS PALINURUS LUMINA FATUR·
MENE SALIS PLACIDI UULTUM· FLUCTUSQ· QUIETOS
IGNORARE IUBES· MENE HUIC CONFIDERE MONSTRO
AENEAN· CREDAM QUID ENIM FALLACIB· AURIS·
ET CAELI TOTIENS DECEPTUS FRAUDE SERENI·
TALIA DICTA DABAT· CLAUUMQ ADFIXUS· ET HAERENS·
NUSQUAM AMITTEBAT· OCULOSQ· SUB ASTRA TENEBAT·
ECCE DEUS RAMUM LETHAEO RORE MADENTEM·
UIQ· SOPORATUM STYGIA· SUPER UTRAQ· QUASSANT·
TEMPORA· CUNCTANTIQ· NATANTIA LUMINA SOLUIT·
UIX PRIMOS INOPINA QUIES LAXAUERAT ARTUS·
ET SUPER INCUMBENS· CUM PUPPIS PARTE REUOLSA·
CUMQ· GUBERNACLO· LIQUIDAS PROIECIT IN UNDAS
PRAECIPITEM· AC SOCIOS NEQUIQUAM UOCE UOCÃNẼ·
IPSE UOLANS TENUIS SE, SUSTULIT ALES AD AURAS·
CURRIT ITER TUTUM· NON SETIUS AEQUORE CLASSIS·
PROMISSISQ· PATRIS NEPTUNI INTERRITA FERTUR·
IAMQ· ADEO SCOPULOS SIRENUM ADUECTA SUBIBAT·
DIFFICILIS QUONDAM· MULTORUMQ· OSSIB· ALBOS·
TUM RAUCA ADSIDUO LONGE SALE SAXA SONABANT·
CUM PATER· AMISSO FLUITANTEM ERRARE MAGISTRO·
SENSIT· ET IPSE RATEM NOCTURNIS REXIT IN UNDIS·
MULTA GEMENS· CASUQ· ANIMUM CONCUSSUS AMICI·
O NIMIUM CAELO. ET PELAGO CONFISE SERENO·

ELLAS·
ASSEM·
VETI
RI·
IBO·
TUR·
IETOS
NSTRO
RIS·
HAERENS·
TENEBAT·
T·
SANT·
OLUIT·
TUS·
UOLSA·
UNDAS
OCANE·
AURAS·
CLASSIS·
TUR·
UBIBAT·
EOS·
ABANT·
AGISTRO
UNDIS·
AMICI·
NO·

NUDUS IN IGNOTA, PALINURE, IACEBIS HARENA.

P. VERGILI MARONIS

AENEIDOS. LIB. V. EXPL.



SIC FATUR LACRIMANS· CLASSIQ· INMITTIT HABENAS·
ET TANDEM EUBOICIS CUMARUM ADLABITUR ORIS·
OBUERTUNT PELAGO PRORAS. TUM DENTE TENACI
ANCORA FUNDABAT NAUIS' ET LITORA CURUAE
PRAETEXUNT PUPPES· IUUENUM MANUS EMICAT ARDENS
LITUS IN HESPERIUM· QUAERIT PARS SEMINA FLAMMAE·
ABSTRUSA IN UENIS SILICIS' PARS DENSA FERARUM
TECTA· RAPIT SILUAS' INUENTAQ· FLUMINA MONSTRAT·
AT PIUS AENEAS' ARCES QUIBUS ALTUS APOLLO
PRAESIDET. HORRENDAEQ· PROCUL SECRETA SYBYLLAE·
ANTRUM IMMANE PETIT· MAGNAM CUI MENTEM. ANIMUMQ·
DELIUS INSPIRAT UATES· APERITQ· FUTURA·
IAM SUBEUNT TRIUIAE LUCOS· ATQ· AUREA TECTA·
DAEDALUS. UT FAMA EST· FUGIENS MINOIA REGNA·
PRAEPETIB· PINNIS· AUSUS SE CREDERE CAELO.
INSUETUM PER ITER GELIDAS ENAUIT AD ARTOS·
CALCHIDICAQ· LEUIS TANDEM SUPERATSTITIT ARCXEM·
REDDITUS HIS PRIMUM TERRIS' TIBI PHOEBE SACRAUIT
REMIGIUM ALARUM POSUITQ· IMMANIA TEMPLA·
IN FORIB· LETUM ANDROGEI· TUM PENDERE POENAS
CECROPIDAE IUSSI· MISERUM SEPTENA QUODANNIS
CORPORA NATORUM· STAT DUCTIS SORTIB· URNA·
CONTRA ELATA MARI· RESPONDET GNOSIA TELLUS·
HIC CRUDELIS AMOR TAURI· SUPPOSTAQ· FURTO
PASIPHAE· MIXTUMQ· GENUS' PROLESQ· BIFORMIS·
MINOTAURUS INEST· UENERIS MONIMENTA NEFANDAE·
HIC LABOR ILLE DOMUS· ET INEXTRICABILIS ERROR·
MAGNUM REGINAE· SET ENIM MISERATUS AMOREM
DAEDALUS' IPSE DOLOS TECTI· AMBAGESQ· RESOLUIT·

CAECA REGENS FILO UESTIGIA· TU QUOQ· MAGNAM·
PARTEM OPERE IN TANTO SINERET DOLOR· ICARE HABERES·
BIS CONATUS ERAT· CASUS EFFINGERE IN AURO·
BIS PATRIAE CECIDERE MANUS' QUIN PROTINUS OMNIA
PERLEGERENT OCULIS· NI IAM PRAEMISSUS ACHATES
ADFORET· ATQ· UNA PHOEBI TRIUIAEQ· SACERDOS·
DEIPHOBE GLAUCI· FATUR QUAE TALIA REGI'
NON HOC ISTA SIBI TEMPUS SPECTACULA POSCUNT·
NUNC GREGE DE INTACTO· SEPTEM MACTARE IUUENCOS
PRAESTITERIT· TOTIDEM LECTAS DE MORE BIDENTIS·
TALIBUS ADFATA AENEAN· NEC SACRA MORANTUR
IUSSA UIRI· TEUCROS UOCAT ALTA IN TEMPLA SACERDOS·
EXCISUM EUBOICAE LATUS INGENS RUPIS IN ANTRUM
QUO LATI DUCUNT ADITUS' CENTUM OSTIA· CENTUM·
UNDE RUUNT TOTIDEM UOCES· RESPONSA SIBYLLAE·
UENTUM ERAT AD LIMEN· CUM UIRGO POSCERE FATA
TEMPUS AIT· DEUS· ECCE DEUS· CUI TALIA FANTI
ANTE FORES' SUBITO NON UULTUS. NON COLOR UNUS'
NON COMPTAE MANSERE COMAE· SET PECTUS ANHELUM·
ET RABIAE FERA CORDA TUMENT· MAIORQ· UIDERI·
NEC MORTALE SONANS· ADFATA EST NUMINE QUANDO
IAM PROPIORAE DEI' CESSAS IN UOTA PRECESQ·
TROS AIT AENEA CESSAS. NEQ· ENIM ANTE DEHISCENT
ATTONITAE MAGNA ORA DOMUS. ET TALIA FATA
CONTICUIT· GELIDUS TEUCRIS PER DURA CUCURRIT
OSSA TREMOR· FUNDITQ· PRECES REX PECTORE AB IMO'
PHOEBE GRAUIS TROIAE SEMPER MISERATE LABORIS'
DARDANA QUI PARIDES DIREXTI TELA MANUSQ·
CORPUS IN EACIDE· MAGNAS OBEUNTIA TERRAS

TOT MARIA INTRAUI DUCE TE· PENITUSQ· REPOSTAS
MASSYLUM GENTES· PRAETENTAQ· SYRTIB· ARUA·
IAM TANDEM ITALIAE FUGIENTIS PRENDIMUS ORAS·
HAC TROIANA TENUS FUERIT FORTUNA SECUTA·
UOS QUOQ· PERGAMEAE IAM FAS EST PARCERE GENTI·
DIQ· DEAEQ· OMNES· QUIB· OBSTITIT ILIUM· ET INGENS
GLORIA DARDANIAE· TUQ· O SANCTISSIMA UATES
PRAESCIA UENTURI· DA· NON INDEBITA POSCO
REGNA MEIS FATIS· LATIO CONSIDERE TEUCROS·
ERRANTISQ DEOS· AGITATAQ· NUMINA TROIAE·
TUM PHOEBO ET TRIUIAE· SOLIDO DE MARMORE TEMPLŪ
INSTITUAM· FESTOSQ· DIES DE NOMINE PHOEBI·
TE QUOQ· MAGNA MANENT· REGNIS PENETRALIA NOSTRIS·
HIC EGO NAMQ· TUAS SORTES· ARCANAQ· FATA
DICTA MEAE GENTI PONAM· LECTOSQ· SACRABO
ALMA UIROS· FOLIIS TANTUM NE CARMINA MANDA·
NE TURBATA UOLENT, RAPIDIS LUDIBRIA UENTIS·
IPSA CANAS ORO· FINEM DEDIT ORE LOQUENDI·
AT PHOEBI NONDUM PATIENS· IMMANIS IN ANTRO
BACCHATUR UATES· MAGNUM SI PECTORE POSSIT
EXCUSSISSE DEUM· TANTO MAGIS ILLE FATIGAT
OS RABIDUM· FERA CORDA DOMANS· FINGITQ· PREMENDO·
OSTIA IAMQ· DOMUS PATUERE INGENTIA CENTUM·
SPONTE SUA· UATISQ· FERUNT RESPONSA PER AURAS·
O TANDEM MAGNIS PELAGI DEFUNCTAE PERICLIS·
SET TERRAE GRAUIORA MANENT· IN REGNA LAUINI
DARDANIDAE UENIENT· MITTE HANC DE PECTORE CURĀ·
SET NON ET UENISSE UOLENT· BELLA· HORRIDA BELLA·
ET THYBRIM MULTO SPUMANTEM SANGUINE CERNO·

NON SIMOIS TIBI· NEC SANTHUS· NEC DORICA CASTRA
DEFUERINT· ALIUS LATIO IAM PARTUS ACHILLES·
NATUS ET IPSE DEA' NEC TEUCRIS ADDITA IUNO
USQUAM ABERIT· CUM TU SUPPLEX IN REB· EGENIS·
QUAS GENTES ITALUM· AUT QUAS NON ORAUERIS URBES·
CAUSA MALI TANTI, CONIUNX ITERUM HOSPITA TEUCRIS·
EXTERNIQUE ITERUM THALAMI'
TU NE CEDE MALIS ET CONTRA AUDENTIOR ITO·
QUAM TUA TE FORTUNA SINET PRIMA UIA SALUTIS·
QUOD MINIME RERIS. GRAIA PANDETUR AB URBE'
TALIB· EX ADYTO DICTIS· CYMEA SIBYLLA·
HORRENDAS CANIT AMBAGES· ANTROQ· REMUGIT·
OBSCURIS UERA INUOLUENS' EA FRENA FURENTI
CONCUTIT· ET STIMULOS SUB PECTORE UERTIT APOLLO'
UT PRIMUM CESSIT FUROR· ET RABIDA ORA QUIERUNT·
INCIPIT AENEAS HEROS' NON ULLA LABORUM
O UIRGO· NOUA MI FACIES. INOPINAUE SURGIT'
OMNIA PRAECEPI· ATQ· ANIMO MECUM ANTE PEREGI'
UNUM ORO· QUANDO HIC INFERNI IANUA REGIS
DICITUR· ET TENEBROSA PALUS· ACHERONTE REFUSO·
IRE AD CONSPECTUM CARI GENITORIS, ET ORA
CONTINGAT· DOCEAS ITER· ET SACRA OSTIA PANDAS'
ILLUM EGO PER FLAMMAS· ET MILLE SEQUENTIA TELA·
ERIPUI HIS UMERIS· MEDIOQ· EX HOSTE RECEPI'
ILLE MEUM COMITATUS ITER· MARIA OMNIA MECUM·
ATQ· OMNIS CAELIQ· MINAS· PELAGIQ· FEREBAT·
INUALIDUS· UIRES ULTRA· SORTEMQ· SENECTAE'
QUIN UT TE SUPLEX PETEREM· ET TUA LIMINA ADIRE
IDEM ORANS MANDATA DABAT· GNATIQ· PATRISQ·

ALMA PRECOR MISERERE· POTES NAMQ· OMNIA· NEC TE
NEQVIQVAM LVCIS HAECATE PRAEFECIT AVERNIS·
SI POTVIT MANIS ACCERSERE CONIVGIS ORPHEVS·
THRECIA FRETVS CITHARA· FIDIBVSQ· CANORIS·
SI FRATREM POLLVX· ALTERNA MORTE REDEMIT·
ITQ· REDITQ· VIAM TOTIENS· QVID THESEA MAGNVM·
QVID MEMOREM ALCIDEN· ETXEMI GENVS AB IOVE SVMMO·
TALIB· ORABAT DICTIS· ARASQ· TENEBAT·
CVM SIC ORSA LOQVI VATES· SATE SANGVINE DIVVM·
TROS ANCHISIADE· FACILIS DESCENSVS AVERNO EST·
NOCTES ATQ· DIES PATET ATRI IANVA DITIS·
SET REVOCARE GRADVM· SVPERASQ· EVADERE AD AVRAS·
HOC OPVS· HIC LABOR EST PAVCI QVOS AEQVVS AMAVIT
IVPPITER· AVT ARDENS EVEXIT AD AETHERA VIRTVS·
DIS GENITI POTVERE· TENENT MEDIA OMNIA SILVAE·
COCYTOSQ· SINV LABENS CIRCVMVENIT ATRO·
QVOD SI TANTVS AMOR MENTI· SI TANTA CVPIDO· EST
BIS STYGIOS INNARE LACVS· BIS NIGRA VIDERE
TARTARA· ET INSANO IVVAT INDVLGERE LABORI·
ACCIPE QVAE PERAGENDA PRIVS· LATET ARBORE OPACA
AVREVS ET FOLIIS· ET LENTO VIMINE RAMVS·
IVNONI INFERNAE DICTVS SACER· HVNC TEGIT OMNIS
LVCVS· ET OBSCVRIS CLAVDVNT CONVALLIB· VMBRAE·
SET NON ANTE DATVR· TELLVRIS OPERTA SVBIRE·
AVRICOMOS QVAM QVI· DECERPSERIT ARBORE FETVS·
HOC SIBI PVLCHRA SVVM FERRI PROSERPINA MVNVS
INSTITVIT· PRIMO AVVLSO. NON DEFICIT ALTER
AVREVS· ET SIMILI FRONDESCIT VIRGA METALLO·
ERGO ALTE VESTIGA OCVLIS· ET RITE REPERTVM

CARPE MANU, NAMQ· IPSE UOLENS FACILISQ· SEQUETUR·
SI TE FATA UOCANT· ALITER· NON UIRIBUS ULLIS
UINCERE· NEC DURO POTERIS CONUELLERE FERRO·
PRAETEREA· IACET EXANIMUM TIBI CORPUS AMICI·
HEU NESCIS· TOTAMQ· INCESTAT FUNERE CLASSEM·
DUM CONSULTA PETIS· NOSTROQ· IN LIMINE PENDES·
SEDIBUS HUNC REFER ANTE SUIS· ET CONDE SEPULCRO·
DUC NIGRAS PECUDES· EA PRIMA PIACULA SUNTO·
SIC DEMUM LUCOS STYGIIS· ET REGNA INUIA UIUIS
ASPICIES· DIXIT· PRESSOQ· OBMUTUIT ORBE·
AENEAS· MAESTO DEFIXUS LUMINA UOLTU
INGREDITUR· LINQUENS ANTRUM· CAECOSQ· UOLUTAT
EUENTUS ANIMO SECUM· CUI FIDUS ACHATES
IT COMES· ET PARIB· CURIS UESTIGIA FI[S]XIT·
MULTA INTER SESE UARIO SERMONE SEREBANT·
QUEM SOCIUM EXANIMEM UATES· QUOD CORPUS HUMANU [DVM]
DICERET ATQ· ILLI MISENUM IN LITORE SICCO
UT UENERE UIDENT· [IN] DIGNA MORTE PEREMPTUM·
MISENUM AEOLIDEN· QUO NON PRAESTANTIOR ALTER·
AERE CIERE UIROS· MARTEMQ· ACCENDERE CANTU·
HECTORIS HIC MAGNI FUERAT COMES· HECTORA CIRCU̅·
ET LITUO PUGNAS INSIGNIS OBIBAT· ET HASTA·
POSTQUAM ILLUM UITA UICTOR SPOLIAUIT ACHILLES·
DARDANIO AENEAE SESE· FORTISSIMUS HEROS
ADDIDERAT SOCIUM· NON INFERIORA SECUTUS·
SET [T]DUM FORTE CAUA DUM PERSONAT AEQUORA CONCHA·
DEMENS· ET CANTU UOCAT IN CERTAMINA DIUOS·
AEMULUS EXCEPTUM TRITON· SI CREDERE DIGNUM EST
INTER SAXA UIRUM· SPUMOSA IMMERSERAT UNDA·

ERGO OMNES MAGNO CIRCUM CLAMORE FREMEBANT·
PRAECIPUE PIUS AENEAS· TUM IUSSA SYBYLLAE
HAUT MORA FESTINANT FLENTES· ARMAQ· SEPULCHRI
CONGERERE ARBORIB· CAELOQ· EDUCERE CERTANT·
ITUR IN ANTIQUAM SILUAM STABULA ALTA FERARŪ·
PROCUMBUNT PICEAE· SONAT ICTA SECURIB· ILEX·
FRAXINEAEQ· TRABES· CUNEIS ET FISSILE ROBUR
SCINDITUR· ADUOLUUNT INGENTIS MONTIB· ORNOS·
NECNON AENEAS· OPERA INTER TALIA PRIMUS
HORTATUR SOCIOS· PARIB·Q· ACCINGITUR ARMIS·
ATQ·. HAEC IPSE SUO TRISTI CUM CORDE UOLUTAT·
ASPECTANS SILUAM INMENSAM· ET SIC FORTE PRECATUR
SI NUNC SE NOBIS· ILLE AUREUS ARBORE RAMUS
OSTENDAT NEMORE IN TANTO· QUANDO OMNIA UERE·
HEU NIMIUM DE TE UATES MISENE LOCUTA EST·
UIX EA FATUS ERAT· GEMINAE CUM FORTE COLUMBAE·
IPSA SUB ORA UIRI· CAELO UENERE UOLANTES·
ET UIRIDI SEDERE SOLO· TUM MAXIMUS HEROS
MATERNAS AGNOUIT AUES· LAETUSQ· PRECATUR·
ESTE DUCES, O SIQUA UIA EST· CURSUMQ· PER AURAS
DIRIGITE IN LUCOS, UBI PINGUEM DIUES OPACAT
RAMUS HUMUM· TUQUE O DUBIIS NE DEFICE REBUS
DIUA· PARENS· SIC EFFATUS. UESTIGIA PRESSIT·
OBSERUANS QUAE SIGNA FERANT· QUO TENDERE PERGANT
PASCENTES· ILLAE TANTUM PRODIRE UOLANDO·
QUANTUM ACIES POSSENT OCULI SERUARE SEQUENTŪ
INDE UBI UENERE AD FAUCES GRAUEOLENTIS AUERNI·
TOLLUNT SE CELERES· LIQUIDUMQ· PER AERA LABSAE·
SEDIB· OPTATIS, GEMINA SUPER ARBORE SIDUNT·

DISCOLOR UNDE AURI· PER RAMOS AURA REFULSIT'
QUALE SOLET SILUIS BRUMALI FRIGORE· UISCUM
FRONDE UIRERE NOUA· QUOD NON SUA SEMINAT ARBOS·
ET CROCEO FETU TERETIS CIRCUMDARE TRUNCOS·
TALIS ERAT SPECIES AURI FRONDENTIS OPACA
ILICE· SIC LENI CREPITABAT BRATTEA UENTO·
CORRIPIT AENEAS EXTEMPLO· AUIDUSQ· REFRINGIT
CUNCTANTEM· ET UATIS PORTAT SUB TECTA SIBYLLAE·
NEC MINUS INTEREA· MISENUM IN LITORE TEUCRI
FLEBANT· ET CINERI INGRATO SUPPREMA FEREBANT· R
PRINCIPIO PINGUEM TAEDIS, ET ROBORE SECTO
INGENTEM STRUXERE PYRAM· CUI FRONDIB· ATRIS
INTEXUNT LATERA· ET FERALIS ANTE CUPRESSOS
CONSTITUUNT· DECORANTQ' SUPER FULGENTIB· ARMIS'
PARS CALIDOS LATICES, ET AENA UNDANTIA FLAMMIS
EXPEDIUNT· CORPUSQ' LAUANT FRIGENTIS. ET UNGUNT'
FIT GEMITUS. TUM MEMBRA TORO DEFLETA REPONUNT·
PURPUREASQ· SUPER UESTES· UELAMINA NOTA
CONICIUNT· PARS INGENTI SUBIERE FERETRO·
TRISTE MINISTERIUM· ET SUBIECTAM MORE PARENTUM·
AUERSI TENUERE FACEM· CONGESTA CREMANTUR
TUREA DONA· DAPES· FUSO CRATERES OLIUO
POSTQUAM CONLAPSI CINERES· ET FLAMMA QUIEUIT·
RELIQUIAS UINO· ET BIBULAM LAUERE FAUILLAM·
OSSAQ· LECTA· CADO TEXIT CORYNAEUS AENO·
IDEM TER SOCIOS. PURA CIRCUMTULIT UNDA·
SPARGENS RORE LEUI· ET RAMO FELICIS OLIUAE'
LUSTRAUITQ' UIROS. DIXITQ· NOUISSIMA UERBA·
AT PIUS AENEAS. INGENTI MOLE SEPULCHRUM

IMPONIT· SUAQ· ARMA UIRO REMUMQ· TUBAMQ·
MONTE SUB AERIO QUI NUNC MISENUS AB ILLO
DICITUR· AETERNUMQ· TENET PER SAECULA NOMEN·
HIS ACTIS· PROPERE EXEQUITUR PRAECEPTA SIBYLLAE
SPELUNCA ALTA FUIT· UASTOQ· IMMANIS HIATU·
SCRUPEA TUTA· LACU NIGRO· NEMORUMQ· TENEBRIS·
QUAM SUPER HAUT ULLAE POTERANT IMPUNE UOLANTES
TENDERE ITER PINNIS· TALIS SESE HAELITUS ATRIS
FAUCIB· EFFUNDENS· SUPERAT CONUEXA FEREBAT·
QUATTUOR HIC PRIMUS· NIGRANTIS TERGA IUUENCOS
CONSTITUIT· FRONTIQ· INUERGIT UINA SACERDOS·
ET SUMMAS CARPENS MEDIA INTER CORNUA SAETAS·
IGNIB· INPONIT SACRIS· LIBAMINA PRIMA·
UOCE UOCANS HECATEN CAELOQ· EREBOQ· POTENTEM·
SUPPONUNT ALII CULTROS· TEPIDUMQ· CRUOREM
SUSCIPIUNT PATERIS· IPSE ATRI UELLERIS AGNAM·
AENEAS· MATRI EUMENIDUM· MAGNAEQ· SORORI
ENSE FERIT· STERILEMQ· TIBI PROSERPINA UACCAM·
TUM STYGIO REGI· NOCTURNAS INCHOAT ARAS·
ET SOLIDA IMPONIT TAURORUM UISCERA FLAMMIS·
PINGUE SUPERQ· OLEUM INFUNDENS ARDENTIB· EXTIS
ECCE AUTEM PRIMI SUB LIMINA SOLIS, ET ORTUS·
SUB PEDIB· MUGIRE SOLUM· ET IUGA COEPTA MOUERI
SILUARUM UISAEQ· CANES ULULARE PER UMBRAM
ADUENTANTE DEA· PROCUL· Ó. PROCUL ESTE PROFANI
CONCLAMAT UATES· TOTOQ· ABSISTITE LOCO·
TUQUE INUADE UIAM· UAGINAQ· ERIPE FERRUM·
NUNC ANIMIS OPUS AENEA· NUNC PECTORE FIRMO·
TANTUM EFFATA· FURENS ANTRO SE IMMISIT APERTO·

ILLE DUCEM HAUT TIMIDIS UADENTEM PASSIB· AEQUAT'
DI QUIB IMPERIUM EST ANIMARUM· UMBRAEQ· SILENTES'
ET CHAOS· ET PHLEGETON· LOCO [A] NOCTE TACENTIA LATE · SILENTIA
SIT MIHI FAS AUDITA LOQUI· SIT NUMINE UESTRO
PANDERE RES. ALTAS TERRA ET CALIGINE MERSAS'
IBANT OBSCURI SOLA SUB NOCTE PER UMBRAM'
PERQ DOMOS DITIS UACUAS· ET INANIA REGNA'
QUALE PER INCERTAM LUNAM. SUB LUCE MALIGNA
EST ITER IN SILUIS· UBI CAELUM CONDIDIT UMBRA
IUPPITER· ET REB· NOX ABSTULIT ATRA COLOREM'
UESTIBULUM ANTE IPSUM· PRIMISQ· IN FAUCIB· ORCI·
LUCTUS. ET ULTRICES POSUERE CUBILIA CURAE'
PALLANTESQ· HABITANT MORBI· TRITISQ· [S] SENECTUS'
ET METUS· ET MALESUADA FAMES· AC TURPIS EGESTAS·
TERRIBILES UISU FORMAE. LAETUMQ· LABOSQ·
TUM CONSANGUINEUS LETI SOPOR· ✝ET MALA MENTIS
GAUDIA· MORTIFERUMQ· ADUERSO IN LUMINE BELLUM·
FERREIQ· EUMENIDUM THALAMI· ET DISCORDIA DEMENS·
UIPEREUM CRINEM UITTIS INNEXA CRUENTIS'
IN MEDIO RAMOS· ANNOSA✝Q· BRACCHIA PANDIT'
ULMUS OPACA INGENS· QUAM SEDEM SOMNIA UULGO
UANA TENERE FERUNT· FOLIISQ· SUB OMNIB· HAERENT·
MULTAQ· PRAETEREA UARIARUM MONSTRA FERARU·
CENTAURI IN FORIB· STABULANT· SCYLLAQ· [E] BIFORMES·
ET CENTUMGEMINUS BRIAREUS· AC BELUA LERNAE
HORRENDUM STRIDENS· FLAMMISQ· ARMATA CHIMERA'
GORGONES HARPYAEQ· ET FORMA TRICORPORIS UMBRAE'
CORRIPIT HIC SUBITA TREPIDUS FORMIDINE FERRUM
AENEAS· STRICTAMQ· ACIEM UENIENTIB· OFFERT·

ET NI DOCTA COMES· TENUIS SINE CORPORE UITAS·
ADMONEAT UOLITARE· CAUA SUB IMAGINE FORMAE·
INRUAT· ET FRUSTRA FERRO DIUERBERET UMBRAS·
HINC UIA· TARTAREI QUAE FERT ACHERONTIS AD UNDAS·
TURBIDUS HIC CAENO, UASTAQ· UORAGINE, GURGES
AESTUAT· ATQ· OMNEM COCYTHO ERUCTAT HARENAM·
PORTITOR HAS HORRENDUS AQUAS· ET FLUMINA SERUAT·
TERRIBILI SQUALORE CHARON· CUI PLURIMA MENTO
CANITIES INCULTA IACET· STANT LUMINA FLAMMAE
SORDIDUS EX UMERIS NODO DEPENDET AMICTUS·
IPSE RATEM CONTO SUBIGIT. UELISQ· MINISTRAT·
ET FERRUGINEA SUBUECTAT CORPORA CUMBA·
IAM SENIOR· SET CRUDA DEO UIRIDISQ· SENECTUS·
HUC OMNIS TURBA AD RIPAS EFFUSA RUEBAT·
MATRES· ATQ· UIRI· DEFUNCTAQ· CORPORA UITA·
MAGNANIMUM HEROUM· PUERI· INNUPTAEQ· PUELLAE·
IMPOSITIQ· ROGIS IUUENES· ANTE ORA PARENTUM·
QUAM MULTA IN SILUIS. AUTUMNI FRIGORE PRIMO
LAPSA CADUNT FOLIA· AUT AD TERRAM GURGITE AB ALTO
QUAM MULTAE GLOMERANTUR AUES· UBI FRIGIDUS ANNUS
TRANS PONTUM FUGAT· ET TERRIS INMITTIT APRICIS·
STABANT ORANTES· PRIMI TRANSMITTERE CURSUM·
TENDEBANTQ· MANUS· RIPAE ULTERIORIS AMORE·
NAUITA SET TRISTIS· NUNC HOS, NUNC ACCIPIT ILLOS·
AST ALIOS LONGE SUMMOTOS ARCET HARENA·
AENEAS MIRATUS ENIM· MOTUSQ· TUMULTU
DIC AIT O UIRGO· QUID UOLT CONCURSUS AD AMNEM·
QUIDUE PETUNT ANIMAE· UEL QUO DISCRIMINE RIPAS
HAE LINQUUNT· ILLAE REMIS UADA LIUIDA UERRUNT·

OLLI SIC BREUITER FATA EST LONGESICUA SACERDOS·
ANCHISA GENERATE . DEUM CERTISSIMA PROLES ·
COCYTI STAGNA ALTA UIDES STYGIAMQ· PALUDEM ·
DI CUIUS IURARE TIMENT ET FALLERE NUMEN·
HAEC OMNIS QUAM CERNIS . INOPS INHUMATAQ TURBA ST·
PORTITOR ILLE CHARON, HI QUOS UEHIT UNDA· SEPULTI·
NEC RIPAS DATUR HORRENDAS· ET RAUCA FLUENTA
TRANSPORTARE· PRIUS QUAM SEDIB· OSSA QUIERUNT·
CENTUM ERRANT ANNOS UOLITANTQ· HAEC LITORA CIRCŪ·
TUM DEMUM ADMISSI· STAGNA EXOPTATA REUISUNT·
CONSTITIT ANCHISAE SATUS . ET UESTIGIA PRESSIT
MULTA PUTANS· SORTEMQ· ANIMI MISERATUS INIQUAM·
CERNIT IBI MAESTOS· ET MORTIS HONORE CARENTES·
LEUCASPIM· ET LYCIAE DUCTOREMQ· CLASSIS ORONTEM·
QUOS SIMUL A TROIA· UENTOSA PER AEQUORA UECTOS·
OBRUIT AUSTER AQUA. INUOLUENS NAUEMQ· UIROSQ·
ECCE GUBERNATOR SESE PALINURUS AGEBAT·
QUI LYBICO NUPER CURSU· DUM SIDERA SERUAT·
EXCIDERAT PUPPI· MEDIIS EFFUSUS IN UNDIS·
HUNC UBI UIX . MULTA MAESTUM COGNOUIT IN UMBRA·
SIC PRIOR ADLOQUITUR· QUIS TE PALINURE DEORUM
ERIPUIT NOBIS· MEDIOQ· SUB AEQUORE MERSIT·
DIC AGE, NAMQ· MIHI FALLAX· HAUT ANTE REPERTUS
HOC UNO RESPONSO ANIMUM DELUSIT APOLLO·
QUI FORE TE PONTO INCOLUMEM· FINISQ· CANEBAT
UENTURUM AUSONIOS· EN· HAEC PROMISSA FIDES EST·
ILLE AUTEM· NEQ· TE PHOEBI CORTINA FEFELLIT·
DUX ANCHISIADE· NEC ME DEUS AEQUORE MERSIT·
NAMQ· GUBERNACLUM MULTA UI FORTE REUOLSUM·

CUI DATUS HAEREBAM CUSTOS· CURSUSQ· REGEBAM'
PRAECIPITANS TRAXI MECUM' MARIA ASPERA IURO·
NON ~~I~~[V]LLUM PRO ME TANTUM CEPISSE TIMOREM·
QUAM TUA NE SPOLIATA ARMIS· EXCUSSA MAGISTRO
DEFICERET· TANTIS NAUI SURGENTIB· UNDIS'
TRIS NOTUS HIBERNAS. IMMENSA PER AEQUORA NOCTES·
UEXIT ME UIOLENTUS AQUA· UIX LUMINE QUARTO
PROSPEXI ITALIAM· SUMMA SUBLIMIS AB UNDA'
PAULATIM ADNABAM· TERRAE IAM TUTA TENEBAM'
NI GENS CRUDELIS· MADIDA CUM UESTE GRAUATUM·
PRENSANTENQ· UNCIS MANIB· CAPITA ASPERA MONTIS·
FERRO INUASISSET· PRAEDAMQ· I[G]NNARA PUTASSET·
NUNC ME FLUCTUS HABENT· UERSANTQ· IN LITORE UENTI
QUOD TE PER CAELI IUCUNDUM LUMEN· ET AURAS'
PER GENITOREM ORO· PER SPES SURGENTIS IULI·
ERIPE ME HIS INUICTE MALIS· AUT TU MIHI TERRAM
INICE· NAMQ· POTES· PORTUSQ· REQUIRE UELINOS'
AUT TU SI QUA UIA EST· SI QUAM TIBI DIUA CREATRIX.
OSTENDIT· NEQ· ENIM CREDO SINE NUMINE DIUUM·
FLUMINA TANTA PARAS· STYGIAMQ· INNARE PALUDEM·
DA DEXTRAM MISERO· ET TECUM ME TOLLE PER UNDAS·
SEDIBUS UT SALTEM PLACIDIS IM MORTE QUIESCAM'
TALIA FATUS ERAT· COEPIT CUM TALIA UATES'
UNDE HAEC O PALINURE TIBI· TAM DIRA CUPIDO·
TU STYGIAS INHUMATUS AQUAS· AMNEMQ· SEUERUM
EUMENIDUM ASPICIES· RIPAMUE INIUSSUS ADIBIS·
DESINE FATA DEUM FLECTI SPERARTE PRECANDO·
SET CAPE DICTA MEMOR DURI SOLACIA CASUS'
NAM TUA FINITIMI· LONGE LATEQ· PER URBES

PRODIGIIS ACTI CAELESTIBUS· OSSA PIABUNT·
ET STATUENT TUMULUM· ET TUMULO SOLLEMNIA MITTENT·
AETERNUMQ· LOCUS PALINURI NOMEN HABEBIT·
HIS DICTIS CURAE EMOTAE· PULSUSQ· PARUMPER
CORDE DOLOR· TRISTI GAUDET COGNOMINE TERRAE·
ERGO ITER INCEPTUM PERAGUNT· FLUUIOQ· PROPINQUANT·
NAUITA QUOS IAM INDE ut STYGIA PROSPEXIT AB UNDA·
PER TACITUM NEMUS IRE· PEDEMQ· ADUERTERE RIPAE·
SIC PRIOR ADGREDITUR DICTIS· ATQ· INCREPAT ULTRO·
QUISQUIS ES ARMATUS· QUI NOSTRA AD FLUMINA TENDIS·
FARE AGE QUID UENIAS· IAM STINC ET COMPRIME GRESSUM·
UMBRARUM HIC LOCUS EST· SOMNI· NOCTISQ· SOPORAE·
CORPORA UIUA· NEFAS STYGIA UECTARE CARINA·
NEC UERO ALCIDEN ME SUM LAETATUS EUNTEM·
ACCEPISSE LACU· NEC THESEA PIRITHOUMQUE·
DIS QUAMQUAM GENITI· ATQ· INUICTI UIRIB· ESSENT·
TARTAREUM ILLE MANU CUSTODEM IN UINCLA PETIUIT·
IPSIUS A SOLIO REGIS. TRAXITQ· TREMENTEM·
HI DOMINAM DITIS THALAMO DEDUCERE ADORTI·
QUAE CONTRA BREUITER FATA EST AMPHRYSIA UATES·
NULLAe HIC INSIDIAE TALES· ABSISTE MOUERI·
NEC UIM TELA FERUNT· LICET INGENS IANITOR ANTRO
AETERNUM LATRANS· EXSANGUIS TERREAT UMBRAS·
CASTA LICET PATRUI SERUET PROSERPINA LIMEN·
TROIUS AENEAS PIETATE INSIGNIS ET ARMIS·
AD GENITOREM IMAS EREBI DESCENDIT AD UMBRAS·
SI TE NULLA MOUET TANTAE PIETATIS IMAGO·
AT RAMUM HUNC APERIT RAMUM QUI UESTE LATEBAT
ADGNOSCAS· TUMIDA EX IRA TUM CORDA RESIDUNT

NEC PLURA HIS· ILLE ADMIRANS UENERABILE DONŪ
FATALIS UIRGAE· LONGO POST TEMPORE UISUM·
CAERULEAM ADUERTIT PUPPE·& RIPAEQ· PROPINQUAT·
INDE ALIAS ANIMAS· QUAE PER IUGA LONGA SEDEBANT
DETURBAT· LAXATQ· FOROS· SIMUL ACCIPIT ALUEO
INGENTEM AENEAN· GEMUIT SUB PONDERE CUMBA
SUTILIS· ET MULTUM ACCEPIT RIMOSA PALUDEM·
TANDEM TRANS FLUUIUM INCOLUMES, UATEMQ· UIRUMQ·
INFORMI LIMO· GLAUCAQ· EXPONIT IN ULUA·
CERBERUS HAEC INGENS, LATRATU REGNA TRIFAUCI
PERSONAT· ADUERSO RECUBANS IMMANIS IN ANTRO·
CUI UATES HORRERE UIDENS IAM COLLA COLUBRIS·
MELLE SOPORATAM· ET MEDICATIS FRUGIB· OFFAM
OBICIT· ILLE FAME RABIDA TRIA GUTTURA PANDENS
CORRIPIT· OBIECTAM· ATQ· IMMANIA TERGA RESOLUIT
FUSUS HUMI· TOTOQ· INGENS EXTENDITUR ANTRO·
OCCUPAT AENEAS ADITUM· CUSTODE SEPULTO·
EUADITQ· CELER RIPAM INREMEABILIS UNDAE·
CONTINUO AUDITAE UOCES· UAGITUS ET INGENS·
INFANTUMQ· ANIMAE FLENTES· IN LIMINE PRIMO·
QUOS DULCIS UITAE EXORTIS· ET AB UBERE RAPTOS·
ABSTULIT ATRA DIES· ET FUNERE MERSIT ACERBO·
HOS IUXTA FALSO DAMNATI CRIMINE MORTIS·
NEC UERO HAE SINE SORTE DATAE· SINE IUDICE SEDES·
QUAESITOR MINOS URNAM MOUET· ILLE SILENTUM
CONCILIUMQ· UOCAT· UITASQ· ET CRIMINA DISCIT·
PROXIMA DEINDE TENENT MAESTI LOCA· QUI SIBI LETŪ
INSONTES PEPERERE MANU· LUCEMQ· PEROSI
PROIECERE ANIMAS· QUAM UELLENT AETHERE IN ALTO

NUNC ET PAUPERIEM· ET DUROS PERFERRE LABORES'
FAS OBSTAT· TRISQ· PALUS INAMABILIS UNDAE
ALLIGAT· ET NOUIES STYX INTERFUSA COERCET
NEC PROCUL HIC· PARTEM FUSI MONSTRANTUR IN OMNEM
LUGENTES CAMPI· SIC ILLOS NOMINE DICUNT·
HIC QUOS DURUS AMOR CRUDELI TABE PEREMIT·
SECRETI CELANT CALLES· ET MURTEA CIRCUM
SILUA TEGIT· CURAE NON IPSA IN MORTE RELINCUNT·
HIS PPOEDRAM· PROCRIMQ· LOCIS·MAESTAMQ· ERYPHYLE·
CRUDELIS NATI MONSTRANTEM UULNERA CERNIT·
EUADNENQ· ET PASSIPHAEN· HIS LAODAMIA
IT COMES· ET IUUENIS QUONDAM NUNC FEMINA CAENEUS·
RURSUS ET IN UETEREM FATO REUOLUTA FIGURAM·
INTER QUAS PHOENISSA RECENS A UOLNERE DIDO
ERRABAT SILUA IN MAGNA· QUAM TROIUS HEROS·
UT PRIMUM IUXTA STETIT· ADGNOUITQ· PER UMBRAM
OBSCURAM· QUALEM PRIMO QUI SURGERE MENSE·
HAUT UIDET· HAUT UIDISSE PUTAT PER NUBILA LUNAM
DIMISIT LACRIMAS· DULCIQ· ADFATUS AMORE ST
INFELIX DIDO. UERUS MIHI NUNTIUS ERGO
UENERAT· EXTINCTAM· FERROQ· EXTREMA SECUTAM·
FUNERIS HEU TIBI CAUSA FUI· PER SIDERA IURO·
PER SUPEROS· ET SIQUA FIDES TELLURE SUB IMA EST
INUITUS REGINA TUO DE LITORE CESSI·
SET ME IUSSA DEUM· QUAE NUNC HAS IRE PER UMBRAS·
PER LOCA SENTA SITU COGUNT· NOCTEMQ· PROFUNDAM·
IMPERIIS EGERE SUIS· NEC CREDERE QUIUI·
HUNC TANTUM TIBI ME DISCESSU FERRE DOLOREM·
SISTE GRADUM· TEQ· ASPECTU NE SUBTRAHE NOSTRO·

QUEM FUGIS· EXTREMUM FATO QUOD TE ADLOQUOR HOC EST?
TALIB· AENEAS· ARDENTEM· ET TORUA TUENTEM·
LENIBAT DICTIS ANIMUM· LACRIMASQ· CIEBAT
ILLA SOLO FIXOS OCULOS AUERSA TENEBAT·
NEC MAGIS INCEPTO UULTUM SERMONE MOUETUR·
QUAM SI DURA SILEX· AUT STET MARPESIA CAUTES·
TANDEM CORRIPUIT SESE· ATQ· INIMICA REFUGIT·
IN NEMUS UMBRIFERUM· CONIUX UBI PRISTINUS ILLI
RESPONDET CURIS· AEQUATQ· SYCHAEUS AMOREM·
NEC MINUS AENEAS· CASU CONCUSSUS INIQUO·
PROSEQUITUR LACRIMAS LONGE ET MISERATUR EUNTE
INDE DATUM MOLITUR ITER· IAMQ· ARUA TENEBANT
ULTIMA· QUAE BELLO CLARI SECRETA FREQUENTANT·
HIC ILLI OCCURRIT TYDAEUS. HINC INCLUTUS ARMIS
PARTHENOPAEUS· ET ADRASTI PALLENTIS IMAGO·
HI MULTUM FLETI AD SUPEROS· BELLOQ· CADUCI
DARDANIDAE· QUOS ILLE OMNES LONGO ORDINE CERNENS
INGEMUIT· GLAUCUMQ·. MEDONTAQ·. THERSILOCUMQ·.
TRIS ANTENORIDAS· CERERIQ· SACRUM POLYBOETEN·
IDAEUMQ· ETIAM CURRUS· ETIAM ARMA TENENTEM·
CIRCUMSTANT ANIMAE· DEXTRA LEUAQ· FREQUENTES·
NEC UIDISSE SEMEL SATIS EST· IUUAT USQ· MORARI·
ET CONFERRE GRADUM· ET UENIENDI DISCERE CAUSAS·
AT DANAUM PROCERES AGAMEMNONIAEQ· PHALANGES
UT UIDERE UIRUM FULGENTIAQ· ARMA PER UMBRAS·
INGENTI TREPIDARE METU· PARS UERTERE TERGA·
CEU QUONDAM PETIERE RATES· PARS TOLLERE UOCEM
EXIGUAM· INCEPTUS CLAMOR· FRUSTRATUR HIANTIS·
ATQ· HIC PRIAMIDEN, LANIATUM CORPORE TOTO

DELPHOEBUM UIDIT· ET LACERUM CRUDELITER ORA·
ORA, MANUSQ· AMBAS· POPULATAQ· TEMPORA· RAPTIS
AURIB: ET TRUNCAS INHONESTO UOLNERE [N] MARIS·
UIX ADEO ADGNOUIT PAUITANTEM· AC DIRA TEGENTEM
SUPPLICIA· ET NOTIS COMPELLAT UOCIB· ULTRO·
DEIPHOBE ARMIPOTENS· GENUS ALTO A SANGUINE TEUCRI·
QUIS TAM CRUDELIS· OPTAUIT SUMERE POENAS·
CUI TANTUM DE TE LICUIT· MIHI FAMA SUPREMA
NOCTE TULIT· FESSUM UASTA TE CAEDE PELASGUM
PROCUBUISSE· SUPER CONFUSAE STRAGIS ACERUOM·
TUNC EGOMET TUMULUM· RHOETEO IN LITORE INANEM
CONSTITUI· ET MAGNA MANIS TER UOCE UOCAUI·
NOMEN ET ARMA LOCUM SERUANT· TE AMICE NEQUIUI
CONSPICERE· ET PATRIA DECEDENS PONERE TERRA·
ATQUXE [HIC] PRIAMIDES· NIHIL ·Ó· TIBI AMICE RELICTUM·
OMNIA DEIPHOBO SOLUISTI· ET FUNERIS UMBRIS·
SED ME FATA MEA· ET SCELUS EXITIALE LACAENAE
HIS MERSERE MALIS· ILLA HAEC MONUMENTA RELIQUIT·
NAMQUE [VT] SUPREMAM· FALSAM INTER GAUDIA NOCTEM
EGERIMUS· NOSTI ET NIMIUM MEMINISSE NECESSE EST·
CUM FATALIS ECUS· SALTU SUPER ARDUA UENIT
PERGAMA· ET ARMATUM PEDITEM GRAUIS ATTULIT ALUEO
ILLA CHORUM SIMULANS· EUHANTHIS ORGIA CIRCU~
DUCEBAT PHRYGIAS· FLAMMAM MEDIA IPSA TENEBAT
INGENTEM· ET SUMMA DANAOS EX ARCE UOCABAT
TUM ME CONFECTUM CURIS· SOMNOQ· GRAUATUM
INFELIX HABUIT THALAMUS· PRESSITQ· IACENTEM
DULCIS ET ALTA QUIES· PLACIDAEQ· SIMILLIMA MORTI·
EGREGIA INTEREA· CONIUX· ARMA OMNIA TECTIS

AMOUET· ET FIDUM· CAPITIS SUBDUXERAT ENSEM·
INTRA TECTA UOCAT MENELAUM· ET LIMINA PANDIT·
SCILICET ID MAGNUM· SPERANS FORE MUNUS AMANTI·
ET FAMAM EXTINGUI UETERUM· SIC POSSE MALORUM·
QUID MOROR· INRUMPUNT THALAMO COMES ADDITUR UNA
HORTATOR SCELERUM OELIDES· DI TALIA GRAIS
INSTAURATE· PIO SI POENAS ORE REPOSCO·
SET TE QUI UIUOM CASUS· AGE FARE UICISSIM
ATTULERINT· PELAGINE UENIS ERRORIB· ACTUS·
AN MONITU DIUUM· AN QUAE TE FORTUNA FATIGAT
UT TRISTIS SINE SOLE DOMOS· LOCA TURBIDA ADIRES·
HAC UICE SERMONUM· ROSEIS AURORA QUADRIGIS
IAM MEDIUM AETHERIO CURSU TRAIECERAT AXEM·
ET FORS OMNE DATUM TRAHERENT PER TALIA TEMPUS·
SED COMES ADMONUIT· BREUITERQ· ADFATA SIBYLLA EST·
NOX RUIT AENEA· NOS FLENDO DUCIMUS ORAS·
HIC LOCUS EST· PARTIS UBI SE UIA FINDIT IN AMBAS·
DEXTERA QUAE DITIS MAGNI SUB MOENIA TENDIT·
HAC ITER ELYSIUM NOBIS· AT LAEUA MALORUM
EXERCET POENAS· ET AD IMPIA TARTARA MITTIT·
DEIPHOBUS CONTRA· NAE SAEUI MAGNA SACERDOS·
DISCEDAM· EXPLEBO NUMERUM· REDDARQ· TENEBRIS·
I DECUS, I NOSTRUM· MELIORIB· UTERE FATIS·
TANTUM EFFATUS· ET IN UERBO UESTIGIA PRESSIT·
RESPICIT AENEAS SUBITO. ET SUB RUPE SINISTRA·
MOENIA LATA UIDET· TRIPLICI CIRCUMDATA MURO·
QUAE RAPIDUS FLAMMIS AMBIT· TORRENTIB· AMNIS·
TARTAREUS PHLEGETON· TORQUETQ· SONANTIA SAXA·
PORTA ADUERSA INGENS· SOLIDOQ· ADAMANTE COLUMNAE·

UIS UT NULLA UIRUM NON IPSI EXCINDERE FERRO
CAELICOLAE UALEANT· STAT FERREA TURRIS AD AURAS·
TISIPHONEQ· SEDENS PALLA SUCCINCTA CRUENTA·
UESTIBULUM EX OMNIS SERUAT NOCTESQ·. DIESQ·
HINC EXAUDIRI GEMITUS· ET SAEUA SONARE
UERBERA· TUM STRIDOR FERRI· TRACTAEQ· CATENAE·
CONSTITIT AENEAS· STREPITUQ· EXTERRITUS HAESIT·
QUAE SCELERUM FACIES . O UIRGO EFFARE· QUIBUE
URGUENTUR POENIS· QUIS TANTUS PLANGOR AD AURAS·
TUM UATES SIC ORSA LOQUI· DUX INCLUTE TEUCRUM·
NULLI FAS CASTO· SCELERATUM INSISTERE LIMEN·
SET ME, CUM LUCIS HAECATE PRAEFECIT AUERNIS·
IPSA DEUM POENAS DOCUIT· PERQ· OMNIA DUXIT·
GNOSIUS HAEC RADAMANTHUS HABET· DURISSIMA REGNA·
CASTIGATQ· AUDITQ· DOLOS· SUBIGITQ· FATERI·
QUAE QUIS APUT SUPEROS· FURTO LAETATUS INANI·
DISTULIT IN SERAM, COMMISSA PIACULA MORTEM·
CONTINUO SONTIS, ULTRIX ACCINCTA FLAGELLO
TISIPHONE QUATIT INSULTANS· TORUOSQ· SINISTRA
INTENTAS ANGUIS· UOCAT AGMINA SAEUA SORORUM·
TUM DEMUM HORRISONO STRIDENTES CARDINE SACRAE
PANDUNTUR PORTAE· CERNIS CUSTODIA QUALIS
UESTIBULO SEDEAT· FACIES QUAE LIMINA SERUET·
QUINQUAGINTA ATRIS IMMANIS HIATIB· HYDRA
SAEUIOR· INTUS HABET SEDEM TUM TARTARUS IPSE·
BIS PATET IN PRAECEPS· TANTUM TENDITQ· SUB UMBRAS·
QUANTUS AD AETHERIUM CAELI SUSPECTUS OLYMPUM·
HIC GENUS ANTICUM TERRAE· TITANIA PUBES·
FULMINE DEIECTI FUNDO UOLUUNTUR IN IMO·

HIC ET ALOIDAS GEMINOS' IMMANIA UIDI
CORPORA· QUI MANIB· MAGNUM RESCINDERE CAELU~
ADGRESSI· SUPERISQ· IOUEM DETRUDERE REGNIS
UIDI ET CRUDELIS DANTEM SALMONEA POENAS·
DUM FLAMMAS IOUIS· ET SONUS HIMITATUR OLYMPI
QUATTUOR HIC INUECTUS EQUIS· ET LAMPADA QUASSANS·
PER GRA..IUM POPULOS· MEDIAEQ· PER EOLIDIS URBĒ·
IBAT OUANS· DIUUMQ· SIBI POSCEBAT HONOREM'
DEMENS. QUI NIMBOS· ET NON HIMITABILE FULMEN·
AERE· ET CORNIPEDUM PULSU SIMULARET EQUORUM·
AT PATER OMNIPOTENS· DENSA INTER NUBILA TELU~
CONTORSIT· NON ILLE FACES· NEC FUMEA TAEDIS
LUMINA· PRAECIPITEMQ· IMMANI TURBINE ADEGIT·
NECNON ET TITYON· TERRAE OMNIPOTENTIS ALUMNŪ·
CERNERE ERAT· PER TOTA NOUEM CUI IUGERA CORPUS
PORRIGITUR· ROSTROQ· IMMANIS UOLTUR OBUNCO·
IMMORTALE IECUR TONDENS· FECUNDAQ· POENIS
UISCERA· RIMATURQ· EPULIS. HABITATQ· SUB ALTO
PECTORE· NEC FIBRIS REQUIES DATUR ULLA RENATIS·
QUID MEMOREM LAPITHAS ·IXIONA· PIRITHOUMQ·
QUOS SUPER ATRA SILEX· IAM IAM LAPSURA· CADENTIQ·
IMMINET ATSIMILIS· LUCENT GENIALIB· ALTIS
AUREA FULCRA TORIS· EPULAEQ· ANTE ORA PARATAE·
REGIFICO LUXU· FURIARUM MAXIMA IUXTA
ACCUBAT· ET MANIB· PROHIBET CONTINGERE MENSAS'
EXSURGITQ FACEM ATTOLLENS· ATQ· INTONAT ORE·
HIC QUIB· INUISI FRATRES· DUM UITA MANEBAT·
PULSATUSUE PARENS· ET FRAUS INNEXA CLIENTI·
AUT QUI DIUITIIS SOLI INCUBUERE REPERTIS·

NEC PARTEM POSUERE SUIS· QUAE MAXIMA TURBA EST
QUIQ· OB ADULTERIUM CAESI· QUIQ· ARMA SECUTI
IMPIA· NEC UERITI DOMINORUM FALLERE DEXTRAS·
INCLUSI POENAM EXSECTANT [P]· NE QUAERE DOCEM [RI]
QUAM POENAM·AUT QUAE FORMA UIROS·FORTUNAUE MERSIT·
SAXUM INGENS UOLUUNT ALII· RADIISQ· ROTARUM
DESTRICTI PENDENT· SEDET AETERNUMQ· SEDEBIT
INFELIX THESEUS· PHLEGYASQ· MISERRIMUS OMNIS
ADMONET· ET MAGNA TESTATUR UOCE PER UMBRAS·
DISCITE IUSTITIAM MONITI· ET NON TEMNERE DIUOS·
UENDIDIT HIC AURO PATRIAM· DOMINUMQ· POTENTE~
IMPOSUIT· FIXIT LEGES PRETIO· ATQ· REFIXIT·
HIC THALAMUM INUASIT NATAE· UETITOSQ HYM~~A~~ENÊOS·
AUS~~OM~~ OMNES IMMANE NEFAS· AUSOQ· POTITI·
NON MIHI SI LINGUAE CENTUM SIT [N]· ORAQ· CENTUM·
FERREA UOX· OMNIS SCELERUM COMPRENDERE FORMAS·
OMNIA POENARUM PERCURRERE NOMINA POSSI~
HAEC UBI DICTA DEDIT· PHOBI LONGAEUA SACERDOS·
ET IAM AGE CARPE UIAM· ET SUSCEPTUM PERFICE MUNUS·
ADCELEREMUS AIT· CYCLOPUM EDUCTA CAMINIS
MOENIA CONSPICIO· ADQ [T]· ADUERSO FORNICE PORTAS·
HAEC UBI NOS PRAECEPTA IUBENT DEPONERE DONA·
DIXERAT· ET PARITER GRESSI PER OPACA UIARUM·
CORRIPIUNT SPATIUM MEDIUM· FORIB·Q· PROPINQAÑ·
OCCUPAT AENEAS ADITUM· CORPUSQ· RECENTI
SPARGIT AQUA· RUMQ [RAM]· ADUERSO IN LIMINE FIGIT·
HIS DEMUM EXACTIS, PERFECTO MUNERE DIUAE·
DEUENERE LOCOS LAETOS· ET AMOENA UIRECTA·
FORTUNATORUM NEMORUM SEDESQ· BEATAS·

LARGIOR HIC CAMPOS AETHER· ET LUMINE UESTIT
PURPUREO· SOLEMQ· SUUM· SUA SIDERA NORUNT
PARS IN GRAMINEIS EXERCENT MEMBRA PALAESTRIS·
CONTENDUNT LUDO· ET FULUA LUCTANTUR HARENA·
PARS PEDIB· &LAUDUNT· CHOREAS· ET CARMINA DICUNT·
NECNON THREICIUS· LONGA CUM UESTE SACERDOS·
OBLOQUITUR NUMERIS· SEPTEM DESCRIMINA UOCU̅·
IAMQ· EADEM DIGITIS· IAM PECTINE PULSAT EBURNO·
HIC GENUS ANTICUM TEUCRI· PULCHERRIMA PROLES·
MAGNANIMI HEROES· NATI MELIORIB· ANNIS·
ILUSQ· ASSARACUSQ·. ET TROIAE DARDANUS AUCTOR
ARMA PROCUL· CURRUSQ· UIRUM MIRANTUR INANIS·
STANT TERRA DEFIXAE HASTAE· PASSIMQ· SOLUTI
PER CAMPUM PASCUNTUR EQUI· QUAE GRATIA CURRU̅·
ARMORUMQ· FUIT UIUIS· QUAE CURA NITENTIS
PASCERE EQUOS· EADEM SEQUITUR TELLURE REPOSTOS·
CONSPICIT ECCE ALIOS· DEXTRA LAEUAQ· PER HERBAM
UESCENTIS· LAETUMQ· CHORO PAEANA CANENTIS·
INTER ODORATUM LAURI NEMUS. UNDE SUPERNE
PLURIMUS ERIDANI PER SILUAM UOLUITUR AMNIS·
HIC MANUS OB PATRIAM PUGNANDO UOLNERA PASSI·
QUIQ· SACERDOTES CASTI· DUM UITA MANEBAT·
QUIQ· PII UATES· ET PHOEBO DIGNA LOCUTI·
INUENTAS AUT QUI UITAM EXCOLUERE PER ARTIS·
QUIQ· SUI MEMORES· ALIQUOS FECERE MERENDO·
OMNIB· HIS NIUEA CINGUNTUR TEMPORA UITTA·
QUOS CIRCUMFUSOS SIC EST ADFATA SIBYLLA·
MUSEUM ANTE OMNIS MEDIUM· NAM PLURIMA TURBA
HUNC HABET· ATQ· UMERIS EXTANTEM SUSPICIT ALTIS·

DICITE FELICES ANIMAE· TUQ· OPTIME UATES·
QUAE REGIO ANCHISEN, QUIS HABET LOCUS· ILLIUS ERGO
UENIMUS· ET IN MAGNOS EREBI TRANSNAUIB· AMNES·
ATQ· HUIC RESPONSUM PAUCIS ITA REDDIDIT HEROS·
NULLI CERTA DOMUS· LUCIS HABITAMUS OPACIS'
RIPARUMQ· TOROS. ET PRATA RECENTIA RIUIS
INCOLIMUS· SED UOS· SI FERTITA CORDE UOLUNTAS·
HOC SUPERATE IUGUM· ET FACILI IAM TRAMITE SISTAM·
DIXIT· ET ANTE TULIT GRESSUM· CAMPOSQ· NITENTES
DESUPER OSTENTAT· DEHINC SUMMA CACUMINA LINQUT·
AT PATER ANCHISES' PENITUS CONUALLE UIRENTI·
INCLUSAS ANIMAS· SUPERUMQ· AD LUMEN ITURAS
LUSTRABAT· STUDIO RECOLENS· OMNEMQ· SUORUM
FORTE RECENSEBAT NUMERUM· CAROSQ· NEPOTES·
FATAQ·. FORTUNASQ· UIRUM· MORESQ' MANUSQ·'
ISQ· UBI TENDENTEM ADUERSUM PER GRAMINA UIDIT
AENEAN· ALACRIS· PALMAS UTRASQ· TETENDIT·
EFFUSAEQ· GENIS LACRIMAE· ET UOX EXCIDIT ORE'
UENISTI TANDEM· TUAQ· EXPECTATA PARENTIS
UICIT ITER DURUM PIETAS' DATUR ORA TUERI
NATE TUA·S ET NOTAS AUDIRE. ET REDDERE UOCES·
SIC EQUIDEM DUCEBAM ANIMO· REBARQ· FUTURUM·
TEMPORA DINUMERANS· NEC ME MEA CURA FEFELLIT·
QUAS EGO TE TERRAS· ET QUANTA PER AEQUORA UECTU~
ACCIPIO. QUANTIS IACTATUM NATE PERICLIS'
QUAM METUI. NEQUIT LYBIAE TIBI REGNA NOCERENT'
ILLE AUTEM· TUA ME GENITOR· TUA TRISTIS IMAGO·
SAEPIUS OCCURRENS· HAEC LIMINA TENDERE ADEGIT'
STANT SALE TYRRHENO CLASSES· DA IUNGERE DEXTRA~

DA GENITOR· TEQ· AMPLEXU NE SUBTRAHE NOSTRO·
SIC MEMORANS· LARGO FLETU SIMUL ORA RIGABAT·
TER CONATUS IBI· COLLO DARE BRACCHIA CIRCUM·
TER FRUSTRA CONPRENSA MANUS EFFUGIT IMAGO·
PAR· LEUIB· UENTIS· UOLUCRIQ· SIMILLIMA SOMNO·
INTEREA UIDET AENEAS· IN UALLE REDUCTA·
SECLUSUM NEMUS· ET UIRGULTA SONANTIA SILUAE
LETHEUMQ·. DOMOS PLACIDAS QUI PRAENATAT AMNEM·
HUNC CIRCUM INNUMERE GENTES. POPULIQ· UOLABANT·
AC UELUTI IN PRATIS, UBI APES AESTATE SERENA·
FLORIB· INSIDUNT UARIIS· ET CANDIDA CIRCUM
LILIA FUNDUNTUR· STREPIT·· OMNIS MURMURE CAMPUS·
HORRESCIT UISU SUBITO· CAUSASQ· REQUIRIT
INSCIUS AENEAS· QUAE SINT EA FLUMINA PORRO·
QUIUE UIRI TANTO COMPLERINT AGMINE RIPAS·
TUM PATER ANCHISES· ANIMAE QUIB· ALTERA FATO
CORPORA DEBENTUR· LETHEI AD FLUMINIS UNDAM.
SECUROS LATICES· ET LONGA OBLIUIA POTANT·
HA...S EQUIDEM MEMORARE TIBI ATQ· OSTENDERE CORAM·
IAMPRIDEM HANC PROLEM CUPIO· ENUMERARE MEORU̅·
QUO MAGIS ITALIA MECUM LAETARE REPERTA·
O PATER ANNE ALIQUAS, AD CAELUM HINC IRE PUTANDU̅ EST
SUBLIMES ANIMAS· ITERUMQ· AD TARDA REUERTI
CORPORA· QUAE LUCIS MISERIS TAM DIRA CUPIDO·
DICAM EQUIDEM· NEC TE SUSPENSUM NATE TENEBO·
SUSPICIT ANCHISES· ATQ· ORDINE SINGULA PANDIT·
PRINCIPIO CAELUM AC TERRAS· CAMPOSQ· LIQUENTIS·
luc
INGENTEMQ· GLOBUM LUNAE· TITANIAQ· ASTRA
SPIRITUS INTUS ALIT· TOTAMQ· INFUSA PER ARTUS

MENS AGITAT MOLEM· ET MAGNO SE CORPORE MISCET·
INDE HOMINUM· PECUDUMQ· GENUS· UITAEQ· UOLANU̅·
ET QUAE MARMOREO. FERT SUB AEQUORA[E] PONTUS·
IGNEUS EST OLLI[S] UIGOR· ET CAELESTIS ORIGO
SEMINIB·. QUANTUM NON NOXIA CORPORA TARDANT
TERRENIQ· HEBETANT ARTUS· MORIBUNDAQ· MEMBRA·
HIC METUUNT· CUPIUNTQ· DOLENT· GAUDENTQ· NEQ· M[AU]RAS
DESPICIUNT· CLAUSAE TENEBRIS ET CARCERE CAECO·
QUIN ET SUPREMO CUM LUMINE UITA RELIQUIT·
NON TAMEN OMNE MALUM MISERIS· NEC FUNDITUS OMNES
CORPOREAE EXCEDUNT PESTES· PENITUSQ· NECESSE EST·
MULTA DIU CONCRETA· MODIS INOLESCERE MIRIS·
ERGO EXERCENTUR POENIS· UETERUMQ· MALORUM
SUPPLICIA EXPENDUNT· ALIAE PANDUNTUR INANES
SUSPENSAE AD UENTOS· ALIIS SUB GURGITE UASTO
INFECTUM ELUITUR SCELUS· AUT EXURITUR IGNI·
QUISQ· SUOS PATIMUR MANES· EXINDE PER AMPLUM
MITTIMUR· ELYSIUM· ET PAUCI LAETA ARUA TENEMUS·
DONEC LONGA DIES PERFECTO TEMPORIS ORBE·
CONCRETAM EXEMIT LABEM· PURUMQ· RELINQUIT
AETHERIUM SENSUM· ATQ· AURAE SIMPLICIS IGNEM·
HAS OMNIS. UBI MILLE ROTAM UOLUERE PER ANNOS·
LAETHEUM AD FLUUIUM DEUS EUOCAT· AGMINE MAGNO·
SCILICET IMMEMORES· SUPER[A]UT CONUEXA REUISANT
RURSUS· ET INCIPIANT IN CORPORA UELLE REUERTI·
DIXERAT ANCHISES· NATUMQ· UNAQ· SYBILLAM·
CONUENTUS TRAHIT IN MEDIOS· TURBAMQ· SONANTE̅·
ET TUMULUM CAPIT· UNDE OMNIS LONGO ORDINE POSSET
ADUERSOS LEGERE· ET UENIENTUM DISCERE UOLTUS·

NUNC AGE DARDANIAM PROLEM· QUAE DEINDE SEQUATUR
GLORIA· QUI MANEANT ITALA DE GENTE NEPOTES·
INLUSTRIS ANIMAS· NOSTRUMQ· IN NOMEN ITURAS·
EXPEDIAM DICTIS. ET TE TUA FATA DOCEBO·
ILLE UIDES PURA IUUENIS QUI NITITUR HASTA·
PROXIMA SORTE TENET LUCIS LOCA· PRIMUS AD AURAS
AETHERIAS· ITALO COMMIXTUS SANGUINE SURGIT·
SILUIUS· ALBANUM NOMEN TUA POSTUMA PROLES·
QUEM TIBI LONGAEUO· SERUM LAUINIA CONIUX
EDUCIT SILUIS· REGEM REGUMQ· PARENTEM
UNDE GENUS NOSTRUM LONGA DOMINABITUR ALBA·
PROXIMUS *ILLE* PROCAS· TROIANAE GLORIA GENTIS·
ET CAPYS· ET NUMITOR· ET QUI TE NOMINE REDDET
SILUIUS AENEAS· PARITER PIETATE. UEL ARMIS
EGREGIUS SI UMQUAM REGNANDAM ACCEPERIT ALBAM·
QUI IUUENIS. QUANTAS OSTENTANT ASPICE UIRES·
ATQ· UMBRATA GERIT (UN)· CIUILI TEMPORA QUERCU·
HI TIBI NOMENTUM· ET GABIOS· URBEMQ· FIDENAM·
HI COLLATINAS IMPONENT MONTIB· ARCES
POMETIOS. CASTRUMQ· INUI· BOLAMQ· CORAM Q·.
HAEC TUM NOMINA ERUNT· NUNC SUNT SINE NOMINE GENES (TERRAE)·
QUIN ET AUO COMITEM SESE MAUORTIUS ADDET
ROMULUS. ASSARACI QUEM SANGUINIS. ILIA MATER
EDUCET· UIDEN UT GEMINE (A) STANT UERTICE CRISTAE·
ET PATER IPSE SUO SUPERUM IAM SIGNAT HONORE·
EN HU'US NATE AUSPICIIS· ILLA INCLUTA ROMA·
IMPERIUM TERRIS· ANIMOS AEQUABIT OLYMPO·
SEPTEMQ· UNA SIBI MURO CIRCUMDABIT ARCES·
FELIX PROLE UIRUM· QUALIS BERECRYNTIA MATER·

INUEHITUR CURRU PHRYGIAS TURRITA PER URBES.
LAETA DEUM PARTU CENTUM COMPLEXA NEPOTES.
OMNIS CAELICOLAS OMNIS SUPER ALTA TENENTIS
HUC GEMINAS NUNC FLECTE ACIES. HANC ASPICE GENTE
ROMANOSQ TUOS. HIC CAESAR ET OMNIS IULI
PROGENIES MAGNUM CAELI UENTURA SUB AXEM
HIC UIR, HIC EST TIBI QUEM PROMITTI SAEPIUS AUDIS.
AUGUSTUS CAESAR DIUI GENUS AUREA CONDET
SAECULA QUI RURSUS LATIO REGNATA PER ARUA.
SATURNO QUONDAM SUPER ET GARAMANTAS ET INDOS
PROFERET IMPERIUM IACET EXTRA SIDERA TELLUS
EXTRA ANNI SOLISQ UIAS UBI CAELIFER ATLANS
AXEM UMERO TORQUET STELLIS ARDENTIB APTUM
HUIUS IN ADUENTUM IAM NUNC ET CASPIA REGNA
RESPONSIS HORRENT DIUUM ET MOEOTIA TELLUS
ET SEPTEM GEMINI TURBANT TREPIDA OSTIA NILI
NEC UERO ALCIDES, TANTUM TELLURIS OBIBIT
FIXERIT AERIDEM CERUAM LICET AUT ERYMANTHI
PLACARET NEMORA ET LAERNAM TREMEFECERIT ARCU
NEC QUI PAMPINEIS UICTOR IUGA FLECTIT ABENIS
LIBER AGENS CELSO NYSAE DE UERTICE TIGRES
ET DUBITAMUS ATHUC UIRTUTEM EXTENDERE FACTIS
AUT METUS AUSONIA PROHIBET CONSISTERE TERRA
QUIS PROCUL ILLE AUTEM RAMIS INSIGNIS OLIUAE
SACRA FERENS NOSCO CRINIS INCANAQ MENTA
REGIS ROMANI PRIMAM QUI LEGIB URBEM
FUNDABIT CURIB PARUIS ET PAUPERE TERRA
MISSUS IN IMPERIUM MAGNUM QUI DEINDE SUBIBIT
OTIA QUI RUMPET PATRIAE RESEDESQ MOUEBIT

TVLLVS IN ARMA VIROS· ET IAM DESVETA TRIVMPHIS
AGMINA· QVEM IVXTA SEQVITVR IACTANTIOR ANCVS
NVNC QVOQ· IAM NIMIVM GAVDENS POPVLARIB· ARVIS·
VIS ET TARQVINIOS REGES· ANIMAMQ· SVPERBAM
VLTORIS BRVTI· FASCESQ· VIDERE RECEPTOS·
CONSVLIS IMPERIVM HIC PRIMVM· SAEVASQ· SECVRES
ACCIPIET· NATOSQ· PATER NOVA BELLA MOVENTES.
AT POENAM. PVLCHRA PRO LIBERTATE VOCABIT·
INFELIX VTCVMQ FERENT EA FACTA MINORES·
VINCET AMOR PATRIAE· LAVDVMQ· INMENSA CVPIDO·
QVIN DECIOS. DRVSOSQ· PROCVL· SAE.V.VMQ· SECVRI
ASPICE TORQVATVM· ET REFERENTEM SIGNA CAMILLVM·
ILLAE AVTEM, PARIB· QVAS FVLGERE CERNIS IN ARMIS·
CONCORDES ANIMAE NVNC· ET DVM NOCTE PREMVNTVR·
HEV QVANTVM INTER SE BELLVM· SI LVMINA VITAE
ATTIGERINT· QVANTAS ACIES STRAGEMQ· CIEBVNT·
AGGERIB· SOCER ALPINIS· ATQ· ARCE MENOECI
DESCENDENS· GENER AVERSIS INSTRVCTVS EOIS
NE PVERI· NE TANTA ANIMIS ADSVESCITE BELLA·
NEV PATRIAE VALIDAS IN VISCERA VERTITE VIRES·
TVQ· PRIOR TV PARCE· GENVS QVI DVCIS OLYMPO·
PROICE TELA MANV· SANGVIS MEVS·
ILLE TRIVMPHATA CAPITOLIA AD ALTA CORINTHO
VICTOR AGET CVRRVM· CAESIS INSIGNIS ACHIVIS·
ERVET ILLE ARGOS· AGAMEMNONIASQ· MYCENAS·
IPSVMQ· EACIDEN. GENVS ARMIPOTENTIS ACHILLI·
VLTVS AVOS TROIAE· TEMPLA ET TEMERATA MINERVAE·
QVIS TE MAGNE CATO TACITVM. TE COSSE RELINQVAT·
QVIS GRACCHI GENVS· AVT GEMINOS, DVO FVLMINA BELLI

SCIPIADAS. CLADEM LYBIAE' PARUOQ. POTENTEM
FABRICIUM· UEL TE SULCO SERRANE SERENTEM'
QUO FESSUM RAPITIS FABII· TU MAXIMUS ILLE ES·
UNUS QUI NOBIS CUNCTANDO· RESTITUIS REM'
EXCUDENT ALII SPIRANTIA MOLLIUS AERA'
CREDO EQUIDEM. UIUOS DUCENT DE MARMORE UULTUS·
ORABUNT CAUSAS MELIUS· CAELIQUE MEATUS
DESCRIBENT RADIO· ET SURGENTIA SIDERA DICENT·
TU REGERE IMPERIO POPULOS ROMANE MEMENTO'
HAE TIBI ERUNT ARTES· PACIQ. INPONERE MOREM·
PARCERE SUBIECTIS. ET DEBELLARE SUPERBOS'
SIC PATER ANCHISES· ATQ. HAEC MIRANTIB· ADDIT'
ASPICE. UT INSIGNIS SPOLIIS MARCELLUS OPIMIS
INGREDITUR· UICTORQ. UIROS SUPEREMINET OMNIS'
HIC REM ROMANAM. MAGNO TURBANTE TUMULTU
SISTET EQUES· STERNET POENOS· GALLUMQ. REBELLEM·
TERTIAQ. ARMA PATRI SUSPENDET CAPTA QUIRINO'
ATQ. HIC AENEAS UNA NAMQ. IRE UIDEBAT
EGREGIUM FORMA IUUENEM· ET FULGENTIB· ARMIS'
SET FRONS LAETA PARUM ET DEIECTO LUMINA UULTU·
QUIS PATER ILLE UIRUM· QUI SIC COMITATUR EUNTEM
FILIUS· ANNE ALIQUIS MAGNA DE STIRPE NEPOTUM'
QUIS STREPITUS CIRCA COMITUM· QUANTUM INSTAR IN IPSO·
SET NOX ATRA CAPUT TRISTI CIRCUMUOLAT UMBRA·
TUM PATER ANCHISES LACRIMIS INGRESSUS OBORTIS'
O GNATE INGENTEM LUCTUM NE QUAERE TUORUM·
OSTENDENT TERRIS HUNC TANTUM FATA· NEC ULTRA
ESSE SINENT' NIMIUM UOBIS ROMANA PROPAGO
UISA POTENS SUPERI· PROPRIA HAEC SI DONA FUISSENT'

QUANTOS ILLE UIRUM· MAGNAM MAUORTIS AD URBEM
CAMPUS AGET GEMITUS· UEL QUAE TIBERINE UIDEBIS
FUNERA· CUM TUMULUM PRAETERLABIXRE RECENTEM·
NEC PUER ILIACA QUISQUAM DE GENTE· LATINOS
INTANTUM SPE TOLLET AUOS· NEC ROMULA QUONDAM·
ULLO SE TANTUM TELLUS IACTABAT ALUMNO·
HEU PIETAS· HEU PRISCA FIDES· INUICTAQ· BELLO
DEXTERA· NON ILLI SE QUISQUAM INPUNE TULISSET
OBUIUS ARMATO· SEU CUM PEDES IRET IN HOSTEM·
SEU SPUMANTIS EQUI FODERET CALCARIB· ARMOS·
HEU MISERANDE PUER· SI QUA FATA ASPERA RUMPAS·
TU MARCELLUS ERIS· MANIB· DATE LILIA PLENIS·
PURPUREOS SPARGAM FLORES· ANIMAMQ· NEPOTIS
HIS SALTEM ADCUMULEM DONIS· ET FUNGAR INANIS
MUNERE· SIC TOTA PASSIM REGIONE UAGANTUR
AERIS IN CAMPIS LATIS· ATQ· OMNIA LUSTRANT·
QUAE POSTQUAM ANCHISES· NATUM PER SINGULA DUXIT·
INCENDITQ· ANIMUM· FAMAE MELIORIS AMORE·
EXIN BELLA UIRO MEMORAT· QUAE DEINDE GERENDA·
LAURENTISQ· DOCET POPULOS. URBEMQ· LATINI·
ET QUO QUEMQ· MODO. FUGIATQ· FERATQ· LABOREM·
SUNT GEMINAE SOMNI PORTAE, QUARUM ALTERA FERTUR
CORNEA· QUA UERIS FACILIS DATUR EXITUS UMBRIS·
ALTERA CANDENTI· PERFECTA NITENS ELEPHANTO·
SED FALSA AD CAELUM MITTUNT· INSOMNIA MANES·
HIS UBI TUM NATUM ANCHISES· UNAQ· SIBYLLAM
PROSEQUITUR DICTIS· PORTAQ· EMITTIT EBURNA·
ILLE UIAM SECAT AD NAUIS· SOCIOSQ· REUISIT·
TUM SE AD CAIETAE RECTO FERT LITORE PORTUM·

ANCHORA DE PROPERA IACITUR· STANT LITORE PUPPES ·

·P· VERGILI· MARONIS

AENEIDOS LIB· VI· EXPLIC·

INC· LIB· VII· FELICITER

TU QUOQ· LITORIB· NOSTRIS AENEIA NUTRIX
AETERNA MORIENS FAMAM CAIETA DEDISTI
ET NUNC SERUAT HONOS SEDEM TUUS OSSAQ· NOMEN
HESPERIA IN MAGNA· SI QUA EST EA GLORIA SIGNANT·
AT PIUS AENEAS EXEQUIIS RITE SOLUTIS·
AGGERE COMPOSITO TUMULI. POSTQUAM ALTA QUIERUNT
AEQUORA. TENDIT ITER UELIS· PORTUMQ· RELINQUIT·
ADSPIRANT AURAE IN NOCTEM· NEC CANDIDA CURSUS
LUNA NEGAT· SPLENDET TREMULO SUB LUMINE PONTUS·
PROXIMA CIRCEAE RADUNTUR LITORA TERRAE·
DIUES, INACCESSOS UBI SOLIS FILIA LUCOS
ADSIDUO RESONAT CANTU· TECTISQ· SUPERBIS.
URIT ODORATAM NOCTURNO IN LUMINE CAEDRUM.
ARGUTO TENUIS PERCURRENS PECTINE TELAS·
HINC EXAUDIRI GEMITUS, IRAEQ· LEONUM
UINCLA· RECUSANTUM· ET SERA SUB NOCTE RUDENTUM·
SAETIGERIQ· SUES· ATQ· IN PRAESEPIB· URSI
SAEUIRE· AC FORMAE MAGNORUM ULULARE LUPORUM·
QUOS HOMINUM EX FACIE DEA SAEUA POTENTIB· HERBIS·
INDUERAT CIRCAE IN UULTUS. AC TERGA FERARUM·
QUAE. NE, MONSTRA PII PATERENTUR TALIA TROES·
DELATI IN PORTUS· NEU LITORA DIRA SUBIRENT
NEPTUNUS UENTIS INPLEUIT UELA SECUNDIS·
ATQ· FUGAM DEDIT· ET PRAETER UADA FERUIDA UEXIT·
IAMQ· RUBESCEBAT RADIIS MARE· ET AETHERE AB ALTO·
AURORA IN ROSEIS FULGEBAT LUTEA BIGIS·
CUM UENTI POSUERE, OMNISQ· REPENTE RESEDIT
FLATUS· ET IN LENTO LUCTANTUR MARMORE TONSAE·
ATQ· HIC AENEAS. INGENTEM EX AEQUORE LUCUM

PROSPICIT, HUNC INTER FLUUIO TIBERINUS AMOENO·
UERTICIB· RAPIDIS. ET MULTA FLAUUS HARENA·
IN MARE PRORUMPIT· UARIAE CIRCUMQ· SUPRAQ·
ATSUETAE RIPIS UOLUCRES· ET FLUMINIS ALUEO·
AETHERA MULCEBANT CANTU· LUCOQ· UOLABANT·
FLECTERE ITER SOCIIS. TERRAEQ· ADUERTERE PRORAS
IMPERAT· ET LAETUS FLUUIO SUCCEDIT OPACO·
NUNC AGE, QUI REGES ERATO· QUAE TEMPORA RERŪ·
QUIS LATIO ANTIQUO FUERIT STATUS· ADUENA CLASSĒ·
CUM PRIMUM AUSONIIS EXERCITUS APPULIT ORIS·
EXPEDIAM· ET PRIMAE REUOCABO EXORDIA BELLA (PUGNE)
EM TU DIUA MONE DICAM RIDA BELLA
DICAM ACIES· ACTOSQ· ANIMIS IN FUNERA REGES·
TYRRHENAMQ· MANUM. TOTAMQ· SUB ARMA COACTĀ
HESPERIAM· MAIOR RERUM MIHI NASCITUR ORDO·
MAIUS OPUS MOUEO· REX ARUA LATINUS ET URBES
IAM SENIOR· LONGA PLACIDAS IN PACE REGEBAT·
HUNC FAUNO, ET NYMPHA GENITUM LAURENTE MARICA
ACCIPIMUS· FAUNO PICUS PATER· ISQ· PARENTEM
TE SATURNE REFERT· TU SANGUINIS ULTIMUS AUCTOR·
FILIUS HUIC, FATO DIUUM· PROLESQ· UIRILIS
NULLA FUIT· PRIMAQ· ORIENS EREPTA IUUENTA EST·
SOLA DOMUM. ET TANTAS SERUABAT FILIA SEDES·
IAM MATURA UIRO. IAM PLENIS NUBILIS ANNIS·
MULTI ILLAM MAGNO E LATIO· TOTAQ· PETEBANT
AUSONIA· PETIT ANTE ALIOS PULCHERRIMUS OMNIS
TURNUS· AUIS ATAUISQ· POTENS· QUEM REGIA CONIUNX
ADIUNGI GENERUM· MIRO PROPERABAT AMORE·
SET UARIIS PORTENTA DEUM TERRORIB· OBSTANT·
LAURUS ERAT TECTI MEDIO. IN PENETRALIB· ALTIS

SACRA COMAM. MULTOSQ· METU SERUAT[A] PER ANNOS ·
QUAM PATER INUENTAM· PRIMAS CUM CONDERET ARCES·
IPSE FEREBATUR PHOEBO SACRASSE LATINUS'
LAURENTISQ· AB EA NOMEN POSUISSE COLONIS ·
HUIUS APES, [SUM] ~~FAXE~~XMUM DENSAE· MIRABILE DICTU
STRIDORE INGENTI, LIQUIDUM TRANS AETHERA UECTAE·
OBSEDERE APICEM· ET PEDIB' PER MUTUA NEXIS·
EXAMEN SUBITUM RAMO FRONDENTE PEPENDIT·
CONTINUO UATES· EXTERNUM CERNIMUS INQUIT
ADUENTARE UIRUM ET PARTIS PETERE AGMEN EASDE~
PARTIB· EX ISDEM, ET SUMMA DOMINARIER ARCE·
PRAETEREA' CASTIS ADOLET DUM ALTARIA TAEDIS·
ET IUXTA GENITOREM. ADSTAT LAUINIA UIRGO·
UISA NEFAS LONGIS COMPRENDERE CRINIB· IGNEM·
ATQ· OMNEM ORNATUM· E[F]LAMMA CREPITANTE CREMARI·
REGALISQ· ACCENSA COMAS· ACCENSA CORONAM
INSIGNEM GEMMIS· TUM FUMIDA LUMINE FULUO
INUOLUI· AC TOTIS UOLCANUM SPARGERE TECTIS ·
ID UERO HORRENDUM· AC UISU MIRABILE FERRI·
NAMQ· FORE INLUSTREM FAMA FATISQ· CANEBAN~
IPSAM· [S]ED POPULO MAGNUM PORTENDERE BELLUM'
AT REX· SOLLICITUS MON[S]ETRIS· ORACULA FAUNI
FATIDIC..I GENITORIS ADIT· LUCOSQ· SUB ALTA
CONSULIT ALBUNEA· NEMORUM QUAE MAXIMA SACRO
FONTE SONAT· SAEUUMQ· EXALAT OPACA ME[H]PITIM·
HINC ITALAE GENTES· OMNISQ· OENOTRIA TELLUS'
IN DUBIIS RESPONSA PETUNT HUC DONA SACERDOS
CUM TULIT· ET CAESARUM OUIUM SUB NOCTE SILENTI· /
PELLIBUS INCUBUIT STRATIS' SOMNOSQ· PETIUIT·

MULTA MODIS SIMULACRA UIDET UOLITANTIA MIRIS·
ET UARIAS AUDIT UOCES FRUITURQ DEORUM
CONLOQUIO· ATQ IMIS ACHERONTA ADFATUR AUERNIS·
HIC ET TUM PATER IPSE PETENS RESPONSA LATINUS·
CENTUM LANIGERAS MACTABAT RITE BIDENTIS·
ATQ HARUM EFFULTUS TERGO· STRATISQ IACEBAT
UELLERIBUS· SUBITO EX ALTO UOX REDDITA LUCO EST·
NE PETE CONUBIIS NATAM SOCIARE LATINIS·
O MEA PROGENIES THALAMIS NEU CREDE PARATIS·
EXTERNI UENIENT GENERI· QUI SANGUINE NOSTRUM
NOMEN IN ASTRA FERANT· QUORUMQ ABSTIRPE NEPOTES·
OMNIA SUB PEDIB: QUA SOL UTRUMQ RECURRENS
ASPICIT OCEANUM· UERTIQ REGIQ UIDEBUNT·
HAEC RESPONSA PATRIS EAUNI· MONITUSQ SILENTI
NOCTE DATOS· NON IPSE SUO PREMIT ORE LATINUS·
SET CIRCUM LATE UOLITANS· IAM FAMA PER URBES
AUSONIAS TULERAT· CUM LAOMEDONTIA PUBES·
GRAMINEO RIPAE RELIGAUIT AB AGGERE CLASSEM
AENEAS· PRIMIQ DUCES· ET PULCHER IULUS·
CORPORA SUB RAMIS DEPONUNT ARBORIS ALTAE·
INSTITUUNTQ DAPES· ET ADOREA LIBA PER HERBAM·
SUBICIUNT EPULIS· SIC IUPPITER IPSE [LL] MONEBAT·
ET CEREALE SOLUM POMIS AGRESTIB· AUGENT·
CONSUMTIS HIC FORTE ALIIS· UT UERTERE MORSUS
EXIGUAM IN CEREREM· PENURIA ADEGIT EDENDI·
ET UIOLARE MANU· MALISQ AUDACIB· ORBEM
FATALIS CRUSTI· PATULIS NEC PARCERE QUADRIS·
HEUS ETIAM MENSAS CONSUMIMUS INQUIT IULUS·
NEC PLURA ADLUDENS. EA UOX AUDITA LABORUM

PRIMA TULIT FINEM· PRIMAMQ. LOQUENTIS AB ORE
ERIPUIT PATER· AC STUPEFACTUS NUMINE PRESSIT:
CONTINUO· SALUE FATIS MIHI DEBITA TELLUS·
UOSQ. AIT Ó FIDI TROIAE SALUETE PENATES·
HIC DOMUS· HAEC PATRIA EST· GENITOR MIHI TALIA NAMQ.·
NUNC REPETO· ANCHISES FATORUM ARCANA RELIQUIT·
CUM TE NATE FAMES. IGNOTA AD LITORA UECTUM·
ACCISIS COGET DAPIBUS CONSUMERE MENSAS·
TUM SPERARE DOMOS DEFESSUS· IBIQ.· MEMENTO
PRIMA LOCARE MANU· MOLIRIQ. AGGERE TECTA·
HAEC ERAT ILLA FAMES, HAEC NOS SUPREMA MANEBAT
EXITIIS POSITURA MODUM·
QUARE AGITE· ET PRIMO LAETI CUM LUMINE SOLIS·
QUAE LOCA· QUIUE HABEANT HOMINES· UBI MOENIA GEÑIS
UESTIGEMUS· ET A PORTU DIUERSA PETAMUS·
NUNC PATERAS LIBATE IOUI· PRECIB.Q. UOCATE
ANCHISEN GENITOREM· ET UINA REPONITE MENSIS·
SIC DEINDE EFFATUS· FRONDENTI TEMPORA RAMO
IMPLICAT· ET GENIUMQ. LOCI· PRIMAMQ. DEORUM
TELLUREM· NYMPHASQ.. ET ADHUC IGNOTA PRECATUR
FLUMINA· TUM NOCTEM· NOCTISQ. ORIENTIA SIGNA·
IDAEUMQ. IOUEM· PHRYGIAMQ. EX ORDINE MATREM
INUOCAT· ET DUPLICIS CAELOQ. EREBOQ. PARENTES·
HIC PATER OMNIPOTENS· TER CAELO CLARUS AB ALTO
INTONUIT· RADIISQ. ARDENTEM LUCIS. ET AURO·
IPSE MANUM QUATIENS OSTENDIT AB AETHERE NUBE̅·
DIDITUR· HIC SUBITO TROIANA PER AGMINA RUMOR·
ADUENISSE DIEM· QUO DEBITA MOENIA CONDANT
CERTATIM INSTAURANT EPULA⁊S· ATQ. OMINE MAGNO·

CRATERAS LAETI STATUUNT. ET UINA CORONANT.
POSTERA CUM PRIMA LUSTRABAT LAMPADE TERRAS
ORTA DIES, URBEM. ET FINES. ET LITORA GENTIS
DIUERSI EXPLORANT. HAEC FONTIS STAGNA NUMICI.
HUNC THYBRIM FLUUIUM. HIC FORTIS HABITARE LATINOS.
TUM SATUS ANCHISA, DELECTOS ORDINE AB OMNI
CENTUM ORATORES. AUGUSTA AD MOENIA REGIS
IRE IUBET. RAMIS UELATOS PALLADIS OMNIS.
DONAQ. FERRE UIRO. PACEMQ. EXPOSCERE TEUCRIS.
HAUD MORA FESTINANT.·.IUSSI. RAPIDISQ. FERUNTUR
PASSIB. IPSE HUMILI DESIGNAT MOENIA FOSSA.
MOLITURQ. LOCUM. PRIMASQ. IN LITORE ESSE
CASTRORUM IN MOREM. PINNIS. ATQ. AGGERE CINGIT
IAMQ. ITER EMENSI. TURRIS. ET TECTA LATINORUM
ARDUA CERNEBANT IUUENES. MUROQ. SUBIBANT.
ANTE URBEM. PUERI. ET PRIMAEUO FLORE IUUENTUS.
EXERCENTUR EQUIS. DOMITANTQ. IN PULUERE CURRUS
AUT ACRIS TENDUNT ET ARCUS. AUT LENTA LACERTIS
SPICULA CONTORQUENT. CURSUQ. ICTUQ. LACESSUNT.
CUM PRAEUECTUS EQUO. LONGAEUI REGIS AD AURIS
NUNTIUS. INGENTIS IGNOTA IN UESTE REPORTAT
ADUENISSE UIROS. ILLE INTRA TECTA UOCARI
IMPERAT. ET SOLIO MEDIOS CONSEDIT AUITO.
TECTUM AUGUSTUM INGENS. CENTUM SUBLIME COLUMNIS.
URBE FUIT SUMMA. LAURENTIS REGIA PICI.
HORRENDUM SILUIS. ET RELIGIONE PARENTUM.
HIC SCEPTRA ACCIPERE. ET PRIMOS ATTOLLERE FASCES.
REGIB. OMEN ERAT, HOC ILLIS CURIA. TEMPLUM.
HAE SACRIS SEDES EPULIS. HIC ARIETE CAESO

PERPETUI SOLITI PATRES CONSIDERE MENSIS·
QUIN ETIAM UETERUM EFFIGIES EX ORDINE AUORŪ
ANTIQUA·E·CEDRO· ITALUSQ. PATERQ. SABINUS·
UITISATOR· CURUAM SERUANS SUB IMAGINE FALCĒ
SATURNUSQ. SENEX· IANIQ. BIFRONTIS IMAGO·
UESTIBULO ADSTABANT· ALIIQ. AB ORIGINE REGES·
MARTIA QUI OB PATRIAM PUGNANDO UOLNERA PASSI·
MULTAQ. PRAETEREA SACRIS IN POSTIB· ARMA·
CAPTIUI PENDENT CURRUS. CURUAEQ. SECURES·
ET CRISTAE CAPITUM· ET PORTARUM INGENTIA CLAUSTRA·
SPICULAQ·. CLIPEIQ.. EREPTAQ· ROSTRA CARINIS·
IPSE QUIRINALI LITUO PARUAQ· SEDEBAT
SUCCINCTUS TRABEA· LAEUAQ. ANCILE GEREBAT·
PICUS ECUM DOMITOR· QUEM CAPTA CUPIDINE CONIUNX·
AUREA PERCUSSUM UIRGA· UERSUMQ. UENENIS
FECIT AUEM CIRCE· SPARSITQ. COLORIB· ALAS·
TALI INTUS TEMPLO DIUUM· PATRIAQ· LATINUS
SEDE SEDENS· TEUCROS AD SESE IN TECTA UOCAUIT·
ATQ. HAEC INGRESSIS PLACIDO PRIOR EDIDIT ORE·
DICITE DARDANIDAE· NEQ. ENIM NESCIMUS ET URBĒ·
ET GENUS· AUDITIQ. ADUERTITIS AEQUORE CURSUM·
QUID PETITIS· QUAE CAUSA RATES· AUT CUIUS EGENTES
LITUS AD AUSONIUM· TOT PER UADA CAERULA UEXIT·
SIUE ERRORE UIAE· SEU TEMPESTATIB· ACTI·
QUALIA MULTA MARI NAUTAE PATIUNTUR IN ALTO·
FLUMINIS INTRASTIS RIPAS· PORTUQ. SEDETIS·
NEC FUGITE HOSPITIUM· NEUE IGNORATE LATINOS·
SATURNI GENTEM, HAUT UINCLO. NEC LEGIB'. AEQUA-
SPONTE SUA· UETERISQ. DEI SE MORE TENENTEM·

ATQ· EQUIDEM MEMINI· FAMA EST OBSCURIOR ANNIS·
AURUNCOS ITA FERRE SENES. HIS ORTUS UT AGRIS
DARDANUS· IDEAS PHRYGIAE PENETRAUIT AD URBES·
THREICIAMQ· SAMOM· QUAE NUNC SAMOTHRACIA FERTUR·
HINC ILLUM CORYTHI TYRRHENA AB SEDE PROFECTU͞:
AUREA NUNC SOLIO STELLANTIS REGIA CAELI
ACCIPIT· ET NUMERUM DIUORUM ALTARIB· AUGET·
DIXERAT· ET DICTAM ILIONEUS SIC UOCE SECUTUS·
REX· PENUS EGREGIUM FAUNI· NEC FLUCTIB· ACTOS·
ATRA SUBEGIT HIEMS. UESTRIS SUCCEDERE TERRIS·
NEC SIDUS REGIONE UIAE· LITUSUE FEFELLIT·
CONSILIO HANC OMNES· ANIMISQ· UOLENTIB· URBE͞·
ADFERIMUR· PULSI REGNIS· QUAE MAXIMA QONDA͞
EXTREMO UENIENS SOL ASPICIEBAT OLYMPO·
AB IOUE PRINCIPIUM GENERIS. IOUE DARDANA PUBES
GAUDET AUO· REX IPSE IOUIS DE GENTE SUPREMA·
TROIUS AENEAS· TUA NOS AD LIMINA MISIT·
QUANTA PER IDAEOS SAEUIS EFFUSA MYCENIS
TEMPESTAS IERIT CAMPOS· QUIB· ACTUS UTERQ·
EUROPAE ATQ· ASIAE FATIS CONCURRERIT ORBIS·
AUDIIT· ET SIQUEM TELLUS EXTREMA· REFUSO
SUMMOUET OCEANO· ET SIQUEM EXTENTA PLAGARU͞
QUATTUOR IN MEDIO· DIRIMIT PLAGA SOLIS INIQUI·
DILUUIO EX ILLO· TOT UASTA PER AEQUORA UECTI·
DIS SEDEM EXIGUAM PATRIIS· LITUSQ· ROGAMUS
INNOCUUM· ET CUNCTIS UNDAMQ· AURAMQ· PATENTE͞
NON ERIMUS REGNO INDECORES· NEC UESTRA FERETUR
FAMA LEUIS· TANTIQ· ABOLESCET GRATIA FACTI·
NEC TROIAM AUSONIOS GREMIO EXCEPISSE PIGEBIT·

FATA PER AENEAE IURO. DEXTRAMQ· POTENTEM·
SIUE FIDE· SEU QUIS BELLO EST EXPERTUS ET ARMIS·
MULTI NOS POPULI· MULTAE. NE TEMNE QUOD ULTRO
PRAEFERIMUS MANIB· UITTAS AC UERBA PR·ECANTIA·
ET PETIERE SIBI. ET UOLUERE ATIUNGERE GENTIS·
SED NOS FATA DEUM· UESTRAS EXQUIRERE TERRAS·
IMPERIIS EGERE SUIS· HINC DARDANUS ORTUS·
HUC REPETIT· IUSSISQ· INGENTIB· URGUET APOLLO·
TYRRHENUM AD THYBRIM· ET FONTIS UADA SACRA NUMICI
DAT TIBI PRAETEREA· FORTUNAE PARUA PRIORIS
MUNERA· RELIQUIAS TROIA EX ARDENTE RECEPTAS
HOC PATER ANCHISES AURO LIBABAT AD ARAS·
HOC PRIAMI GESTAMEN ERAT· CUM IURA UOCATIS
MORE DARET POPULIS· SCEPTRUMQ· SACERQ· TIARAS·
ILIADUMQ· LABOR UESTES·
TALIB· ILIONEI DICTIS· DEFIXA LATINUS
OPTUTU TENET ORA· SOLOQ· IMMOBILIS HAERET·
INTENTOS UOLUENS OCULOS· NEC PURPURA REGEM
PICTA MOUET· NEC SCEPTRA MOUENT PRIAMEIA TANTŪ·
QUANTUM IN CONUBIO NATAE. THALAMOQ· MORATUR·
ET UETERIS FAUNI UOLUIT SUB PECTORE SORTEM·
HUNC ILLUM FATIS EXTERNA AB SEDE PROFECTUM·
PORTENDI GENERUM. PARIB·Q· IN REGNA UOCARI
AUSPICIIS· HUIC PROGENIEM UIRTUTE FUTURAM·
EGREGIAM· ET TOTUM QUAE UIRIB· OCCUPET ORBEM·
TANDEM LAETUS AIT· DI NOSTRA INCEPTA SECUNDENT·
AUGURIUMQ· SUUM· DABITUR TROIANE QUOD OPTAS·
MUNERA NEC SPERNO. NON UOBIS REGE LATINO·
DIUITIS UBER AGRI· TROIAEUE OPULENTIA DERIT·

IPSE MODO AENEAS· NOSTRI SI TANTA CUPIDO EST·
SI IUNGI HOSPITIO PROPERAT· SOCIUSQ· UOCARI·
ADUENIAT· UOLTUS NEUE EXHORRESCAT· AMICOS·
PARS MIHI PACIS ERIT· DEXTRAM TETIGISSE TYRANNI·
UOS CONTRA REGI·MEA NUNC MANDATA REFERTE·
EST MIHI NATA. UIRO GENTIS QUAM IUNGERE NOSTRAE·
NON PATRIO EX ADYTO SORTIS· NON PLURIMA CAELO
MONSTRA SINUNT· GENEROS EXTERNIS ADFORE AB ORIS·
HOC LATIO RESTARE CANUNT· QUI SANGUINE NOSTRU͞·
NOMEN IN ASTRA FERANT· HUNC ILLUM POSCERE FATA·
ET REOR· ET SIQUIT UERI MENS AUGURAT OPTO·
HAEC EFFATUS· EQUOS NUMERO PATER ELIGIT OMNI·
STABAT TERCENTUM NITIDI IN PRAESEPIB· ALTIS·
OMNIB· EXTEMPLO TEUCRIS IUBET ORDINE DUCI·
INSTRATOS OSTRO ALIPEDES· PICTISQ· TAPETIS·
AUREA PECTORIB· DEMISSA MONILIA PENDENT·
TECTI AURO· FULUUM MANDUNT SUB DENTIB· AURU͞·
ABSENTI AENEAE· CURRUM· GEMINOSQ· IUGALIS·
SEMINE AB AETHERIO. SPIRANTIS NARIBUS IGNEM·
ILLORUM DE GENTE· PATRI QUOS DAEDALA CIRCAE·
SUPPOSITA DE MATRE· NOTHOS FURATA CREAUIT·
TALIB· AENEADAE DONIS· DICTISQ· LATINI·
SUBLIMES IN EQUIS REDEUNT· PACEMQ· REPORTANT·
ECCE AUTEM INACHIIS SESE REFEREBAT AB ARGIS·
SAEUA IOUIS CONIUNX· AURASQ· INUECTA TENEBAT·
ET LAETUM AENEAN. CLASSEMQ· EX AETHERE LONGO·
DARDANIAM SICULO PROSPEXIT ABUSQ· PACHYNO·
MOLIRI IAM TECTA UIDET· IAM FIDERE TERRAE·
DESERUISSE RATES· STETIT ACRI FIXA DOLORE·

TUM QUASSANS CAPUT HAEC EFFUNDIT PECTORE DICTA·
HEU STIRPEM INUISAM· ET FATIS CONTRARIA NOSTRIS
FATA PHRYGUM· NUM SIGAEIS OCCUMBERE CAMPIS·
NUNC CAPTI POTUERE CAPI· NUM INCENSA CREMAUIT
TROIA UIROS· MEDIAS ACIES· MEDIOSQ· PER IGNES
INUENERE UIAM· AT CREDO MEA NUMINA TANDE͞
FESSA IACENT· ODIIS HAUD EXSATURATA QUIEUI·
QUIN ETIAM PATRIA EXCUSSOS· INFESTA PER UNDAS͞
AUSA SEQUI· ET PROFUGIS TOTO ME OPPONERE PONTO·
ABSUMPTAE IN TEUCROS UIRES· CAELISQ· MARISQ·
QUID SYRTES· AUT SCYLLA MIHI· QUID UASTA CARYBDIS
PROFUIT· OPTATO CONDUNTUR THYBRIDIS ALUEO·
SECURI PELAGI· ATQ· MEI MARS PERDERE GENTEM
IMMANE LAPITHUM UALUIT· CONCESSIT IN IRAS·
IPSE DEUM ANTIQUAM GENITOR CALYDONA DIANAE·
QUOD SCELUS AUT LAPITHIS TANTUM AUT CALYDONE MERENTES·
AST EGO MAGNO IOUIS CONIUNX· NIHIL LINQUERE INAUSU͞·
QUAE POTUI INFELIX· QUAE MEMET IN OMNIA UERTI·
UINCOR AB AENEA· QUOD SI MEA NUMINA NON SUNT
MAGNA SATIS DUBITEM HAUD EQUIDEM IMPLORARE QUOD USQUA͞ EST·
FLECTERE SI NEQUEO SUPEROS· ACHERONTA MOUEBO·
NON DABITUR REGNIS ESTO PROHIBERE LATINIS·
ATQ· IMMOTA MANET FATIS LAUINIA CONIUNX·
AT TRAHERE· ATQ· MORAS TANTIS LICET ADDERE REB·
AT LICET AMBORUM POPULOS EXCINDERE REGUM·
AT GENER ATQ· SOCER COEANT MERCEDE SUORUM·
SANGUINE TROIANO· ET RUTULO· DOTABERE UIRGO·
ET BELLONA MANET TE PRONUBA· NEC FACE TANTUM
CISSEIS PRAEGNAS· IGNIS ENIXA IUGALES·

QUIN IDEM UENERI PARTUS SUUS· ET PARIS ALTER·
FUNESTAEQ· ITERUM REGIDIUA IN PERGAMA TAEDAE·
HAEC UBI DICTA DEDIT· TERRAS HORRENDA PETIUIT·
LUCTIFICAM ALLECTO. DIRARUM AB SEDE DE[SORO]ARUM;
INFERNISQ· CIET TENEBRIS· CUI TRISTIA BELLA·
IRAEQ· INSIDIAEQ·. ET CRIMINA NOXIA CORDI·
ODIT ET IPSE PATER PLUTON, ODEDERE SORORES
TARTAREAE· MONSTRUM· TOT SESE UERTIT IN ORA·
TAM SAEUE FACIES· TOT PULLULAT ATRA COLUBRIS·
QUAM IUNO HIS ACUIT UERBIS. AC TALIA FATUR·
HUNC MIHI DA PROPRIUM UIRGO. SATA NOCTE LABORE·
HANC OPERAM· NE NOSTER HONOS· INFRACTAUE CEDAT
FAMA LOCO· NEU CONUBIIS AMBIRE LATINUM
AENEADE POSSINT· ITALOSUE OBSIDERE FINES·
TU POTES UNANIMOS ARMARE IN PROELIA FRATRES·
ATQ· ODIIS UERSARE DOMOS. TU UERBERA TECTIS·
FUNEREASQ· INFERRE FACES· TIBI NOMINA MILLE·
MILLE NOCENDI ARTES· FECUNDUM CONCUTE PECTUS·
DISICE COMPOSITAM PACEM· SERE CRIMINA BELLI·
ARMA UELIT· POSCATQ· SIMUL· RAPIATQ· IUUENTUS·
EXIM GORGONEIS ALLECTO INFECTA UENENIS·
PRINCIPIO LATIUM· ET LAURENTIS TECTA TYRANNI
CELSA PETIT· TACITUMQ· OBSEDIT LIMEN AMATAE·
QUAM SUPER ADUENTU TEUCRUM· TURNIQ· HYMENAEIS·
FEMINEAE ARDENTEM. CURAEQ· IRAEQ· COQUEBANT·
HUIC DEA, CAERULEIS UNUM DE CRINIB· ANGUEM
CONICIT· INQ· SINUM PRECORDIA AD INTIMA SUBDIT·
QUO FURIBUNDA DOMUM· MONSTRO PERMISCEAT OMNE·
ILLE INTER UESTES, ET LEUIA PECTORA LAPSUS·

UOLUITUR ATTACTU NULLO· FALLITQ· FURENTEM·
UIPEREAM SPIRANS ANIMAM· FIT TORTILE COLLO
AURUM INGENS COLUBER· FIT LONGAE TENIA UITTAE·
INNECTITQ· COMAS, ET MEMBRIS LUBRICUS ERRAT·
HAC DUM PRIMA LUES· UDO SUBLAPSA UENENO
PERTEMPTAT SENSUS· ATQ· OSSIB· IMPLICAT IGNEM·
NECDUM ANIMUS TOTO PERCEPIT PECTORE FLAMMA·,
MOLLIUS· ET SOLITO MATRUM DE MORE LOCUTA·
MULTA SUPER NATAE LACRIMANS, PHRYGIISQ· HYMAENAEIS·
EXULIB'NE DATUR, DUCENDA LAUINIA TEUCRIS'
Ó· GENITOR· NEC TE MISERET GNATAEQ·. TUIQ·.
NEC MATRIS MISERET· QUAM PRIMO AQUILONE RELINQUET
PERFIDUS· ALTA PETENS ABDUCTA UIRGINE PRAEDO·
ANNON SIC PHYGIOS PENETRAT LACAEDEMONA PASTOR·
LEDAEAMQ HELENAM, TROIANAS UEXIT AD URBES·
QUIT TUA SANCTA FIDES· QUID CURA ANTIQUA TUORU·
ET CONSANGUINEO TOTIENS DATA DEXTERA TURNO·
SI GENER EXTERNA PETITUR DE GENTE LATINIS·
IDQUE SEDET· FAUNIQ· PREMUNT TE IUSSA PARENTIS·
OMNEM EQUIDEM SCEPTRIS· TERRAM QAE LIBERA NOSTRIS
DISSIDET· EXTERNAM REOR· ET SIC POSCERE DIUOS·
ET TURNO SI PRIMA DOMUS REPETATUR ORIGO·
INACHUS ACRISEUSQ· PATRES· MEDIAEQ· MYCENAE·
HIS UBI NEQUICQUAM DICTIS EXPERTA LATINUM
CONTRA STARE UIDET· PENITUSQ· IN UISCERA LAPSU·
SERPENTIS FURIALE MALUM· TOTAMQ· PERERRAT·
TUM UERO INFELIX· INGENTIB· EXCITA MONSTRIS·
INMENSAM SINE MORE FURIT LYMPHATA PER URBE·
CEU QUONDAM TORTO UOLITANS SUB UERBERE TURBO·

QUEM PUERI MAGNO IN GYRO. UACUA ATRIA CIRCŪ·
INTENTI LUDO EXERCENT· ILLE ACTUS HABENA·
CURUATIS FERTUR SPATIIS· STUPET INSCIA SUPRA·
INPUBESQ· MANUS, MIRATA UOLUBILE BUXUM·
DANT ANIMOS PLAGAE NON CURSU SEGNIOR ILLO·
PER MEDIAS URBES AGITUR· POPULOSQ· FEROCIS·
QUINETIAM IN SILUAS· SIMULATO NUMINE BACCHI·
MAIUS ADORTA NEFAS, MAIOREMQ· ORSA FURORĒ·
EUOLAT, ET NATAM FRONDOSIS MONTIB· ABDIT·
QUO THALAMUM ERIPIATEUCRIS· TAEDASQ· MORETUR·
EUHOE BACCHAE FREMENS· SOLUM TE UIRGINE DIGNŪ·
UOCIFERANS· ETENIM MOLLIS TIBI SUMERE THYRSOS·
TE LUSTRARE CHORO SACRUM TIBI PASCERE CRINĒ·
FAMA UOLAT· FURIISQ· ACCENSAS PECTORE MATRES·
IDEM OMNIS SIMUL ARDOR AGIT· NOUA QUAERERE TECTA·
DESERUERE DOMOS. UENTIS DANT COLLA· COMASQ·
AST ALIAE TREMULIS ULULATIB· AETHERA COMPLENT·
PANPINEASQ· GERUNT INCINCTAE PELLIB· HASTAS·
IPSA INTER MEDIAS, FLAGRANTEM FERUIDA PINUM
SUSTINET· AC NATAE TURNIQ· CANIT HYMAENEOS·
SANGUINEAM TORQUENS ACIEM· TORUUMQ· REPENTĒ
CLAMAT· IO MATRES· AUDITE UBI QUAEQ· LATINAE·
SI QUA PIIS ANIMIS MANET INFELICIS AMATAE
GRATIA· SI IURIS MATERNI CURA REMORDET·
SOLUITE CRINALIS UITTAS, CAPITE ORGIA MECUM·
TALEM INTER SILUAS, INTER DESERTA FERARUM·
REGINAM ALLECTO, STIMULIS AGIT UNDIQ· BACCHI·
POSTQUAM UISA SATIS· PRIMOS ACUISSE FURORES·
CONSILIUMQ·. OMNEMQ· DOMUM UERTISSE LATINI·

PROTINUS HINC FUSCIS TRISTIS DEA TOLLITUR ALIS·
AUDACIS RUTULI AD MUROS· QUAM DICITUR URBEM·
ACRISIONEIS DANAE FUNDASSE COLONIS·
PRECIPITI DELATA NOTO· LOCUS ARDEA QUONDAM
DICTUS AUIS· ET NUNC MAGNUM MANET ARDEA NOMĒ·
SET FORTUNA FUIT· TECTIS HIC TURNUS IN ALTIS·
IAM MEDIAM NIGRA CARPEBAT NOCTE QUIETEM·
ALLECTO TORUAM FACIEM· ET FURIALIA MEMBRA
EXUIT· IN UULTUS SESE TRANSFORMAT ANILES·
ET FRONTEM OBSCENAM RUGIS ARAT· INDUIT ALBOS
CUM UITTA CRINIS· TUM RAMUM INNECTIT OLIUAE·
FIT CALYBE IUNONIS ANUS· TEMPLIQ· SACERDOS·
ET IUUENI ANTE OCULOS, HIS SE CUM UOCIB· OFFERT·
TURNE· TOT INCASSUM FUSOS PATIERE LABORES·
ET TUA DARDANIIS TRANSCRIBI SCEPTRA COLONIS·
REX TIBI CONIUGIUM· ET QUAESITAS SANGUINE DOTES
ABNEGAT· EXTERNUSQ· IN REGNUM QUAERITUR HERES·
I NUNC INGRATIS OFFER TE INRISE PERICLIS·
TYRRHENAS ISTERNE ACIES· TEGE PACE LATINOS·
HAEC ADEO TIBI ME PLACIDA CUM NOCTE IACERES·
IPSA PALAM FARI OMNIPOTENS SATURNIA IUSSIT·
QUARE AGE· ET ARMARI PUBEM· PORTISQ· MOUERI·
LAETUS IN ARMA IUBE· ET PHRYGIOS QUI FLUMINE PULCHRO·
CONSEDERE DUCES· PICTASQ· EXURE CARINAS·
CAELESTUM UIX MAGNA IUBET· REX IPSE LATINUS·
NI DARE CONIUGIUM, ET DICTO PARERE FATETUR
SENTIAT· ET TANDEM TURNUM EXPERIATUR IN ARMIS·
HIC IUUENIS UATEM INRIDENS· SIC ORSA UICISSIM
ORE REFERT· CLASSES INUECTAS THYBRIDIS UNDĀ·

NON UT RERE, MEAS EFFUGIT NUNTIUS AURES·
NE TANTOS MIHI FINGE METUS, NEC REGIA IUNO
INMEMOR EST NOSTRI·
SET TE UICTA SITU. UERIQ; ETFETA SENECTUS·
Ó MATER· CURIS NEQUIQUAM EXERCET· ET ARMA
REGUM INTER FALSA UATEM FORMIDINE LUDIT·
CURA TIBI DIUUM EFFIGIES· ET TEMPLA TUERI·
BELLA UIRI· PACEMQ; GERANT· QUIS BELLA GERENDA·
TALIB· ALLECTO DICTIS· EXARSIT IN IRAS·
AD[T] IUUENI ORANTI. SUBITUS TREMOR OCCUPAT ARTUS·
DERIGUERE OCULI· TOT ERYNIS SIBILAT HYDRIS
TANTAQ; SE FACIES APERIT· TUM FLAMMEA TORQUENS
LUMINA, CUNCTANTEM· ET QUAERENTEM DICERE PLURA
REPPULIT. ET GEMINOS EREXIT CRINIB· ANGUIS·
UERBERAQ; INSONUIT· RABIDO[q] HAEC ADDIDIT ORE·
EN EGO UICTA SITU· QUAM UERI EFFETA SENECTUS·
ARMA INTER REGUM FALSA FORMIDINE LUDIT·
RESPICE AD HAEC· ADSUM DIRARUM AB SEDE SORORU·
BELLA MANU· LETUMQ; GERO·
SIC EFFATA· FACEM IUUENI CONIECIT· ET ATRO
LUMINE· FUMANTIS FIXIT SUB PECTORE TAEDAS·
OLLI SOMNUM INGENS RUMPIT PAUOR· OSSAQ; ET ARTUS
PERFUDIT TOTO PRORUPTUS CORPORE SUDOR·
ARMA AMENS FREMIT· ARMA TORO· TECTISQ; REQUIRIT·
SAEUIT AMOR FERRI· ET SCELERATA INSANIA BELLI·
IRA SUPER· MAGNO UELUTI CUM FLAMMA SONORE·
UIRGEA SUGGERITUR COSTIS UNDANTIS AENI·
EXSULTANTQ; AESTU LATICES· FURIT INTUS AQUAI
FUMIDUS· ATQ; ALTE SPUMIS EXUBERAT AMNIS·

NEC IAM SE CAPIT UNDA· UOLAT UAPOR ATER AD AURAS·
ERGO ITER AD REGEM· POLLUTA PACE LATINUM·
INDICIT PRIMIS IUUENUM· ET IUBET ARMA PARARI
TUTARI ITALIAM. DETRUDERE FINIB· HOSTEM·
SE SATIS AMBOBUS· TEUCRISQ· UENIRE LATINISQ·
HAEC UBI DICTA DEDIT· DIUOSQ· IN UOTA UOCAUIT·
CERTATIM SESE RUTULI EXHORTANTUR IN ARMA·
HUNC DECUS ẊEGREGIUM FORMAE MOUET· ATQ· IUUEÑAE·
HUNC ATAUI REGES· HUNC CLARIS DEXTERA FACTIS·
DUM TURNUS RUTULOS ANIMIS AUDACIB· IMPLET·
ALLECTO IN TEUCROS, STYGIIS SE CONCITAT ALIS·
ARTE NOUA SPECULATA LOCUM· QUO LITORE PULCHER
INSIDIIS, CURSUQ·. FERAS AGITABAT IULUS·
HIC SUBITAM CANIB· RABIEM· COCYTHIA UIRGO
OBICIT· ET NOTO NARIS CONTINGIT ODORE·
UT CERUUM ARDENTES AGERENT· QUAE PRIMA LABORŪ [M L]·
CAUSA FUIT· BELLOQ· ANIMOS ACCENDIT AGRESTIS·
CERUUS ERAT, FORMA PRAESTANTI· ET CORNIB· INGENS·
TYRRIDAE PUERI. QUEM MATRIS AB UBERE RAPTUM
NUTRIBANT. TYRRUSQ· PATER· CUI REGIA PARENT
ARMENTA· ET LATI [E] CUSTODIA CREDITA CAMPI·
ADSUETUM IMPERIIS. SOROR OMNI SILUIA CURA·
MOLLIB· INTEXENS ORNABAT CORNUA SERTIS·
PECTEBATQ· FERUM· PUROQ· IN FONTE LAUABAT·
ILLE MANU [M] PATIENS, MENSAEQ· ADSUETUS ERILI·
ERRABAT SILUIS· RURSUSQ· AD LIMINA NOTA·
IPSE DOMUM SERA QUAMUIS SE NOCTE FEREBAT·
HUNC PROCUL ERRANTEM· RABIDAE UENANTIS IULI
COMMOUERE CANES· FLUUIO CUM FORTE SECUNDO

DEFLUERET· RIPAQ· AESTUS UIRIDANTE LEUARET·
IPSE ETIAM EXIMIAE LAUDIS SUCCENSUS AMORE
ASCANIUS· CURUO DIREXIT SPICULA CORNU·
NEC DEXTRAE ERRANTI DEUS AFUIT· ACTAQ· MULTO·
PERQ· UTERUM SONITU· PERQ· ILLA UENIT HARUNDO·
SAUCIUS AD QUADRUPES· NOTA INTRA TECTA REFUGIT·
SUCCESSITQ· GEMENS STABULIS, QUESTUQ· CRUENTUS·
ATQ· IMPLORANTE SIMILIS. TECTUM OMNE REPLEBAT·
SILUIA PRIMA SOROR· PALMIS PERCUSSA LACERTOS·
AUXILIUM UOCAT· ET DUROS CONCLAMAT AGRESTIS·
OLLI· PESTIS ENIM TACITIS LATET ASPERA SILUIS·
INPROUISI ADSUNT. HIC TORRE ARMATUS OBUSTO·
STIPITIS HIC GRAUIDI NODIS· QUOD CUIQ· REPERTU̅
RIMANTI· TELUM IRA FACIT' UOCAT AGMINA TYRRUS·
QUADRIFIDAMQ UERCUM. CUNEIS UT FORTE COACTIS
SCINDEBANT· RAPTA SPIRANS IMMANE SECURI·
AD SAEUA·E· SPECULIS. TEMPUS DEA NACTA NOCENDI·
ARDUA TECTA PETIT STABULI· ET DE CULMINE SUMMO·
PASTORALE CANIT SIGNUM· CORNUQ· RECURUO·
TARTAREAM INTENDIT UOCEM· QUA PROTINUS OMNE
CONTREMUIT NEMUS· ET ET SILUAE INSONUERE PROFUNDAE
AUDIIT ET TRIUIAE LONGE LACUS· AUDIIT AMNIS·
SULPUREA NAR ALBUS AQUA· FONTESQ· UELINI·
ET TREPIDAE MATRES· PRAESSERE AD PECTORA NATOS'
TUM UERO AD UOCEM CELERES· QUA BUCINA SIGNU̅
DIRA DEDIT· RAPTIS CONCURRUNT UNDIQ· TELIS·
INDOMITI AGRICOLAE· NECNON ET TROIA PUBES·
ASCANIO AUXILIUM CASTRIS EFFUNDIT APERTIS·
DEREXERE ACIES, NON IAM CERTAMINE AGRESTI·

STIPITIB· DURIS AGITUR· SUDIBUSUE PRAEUSTIS·
SED FERRO ANCIPITI DECERNUNT· ATRAQ· LATE
HORRESCIT STRICTIS SEGES ENSIBUS· AERAQ· FULGENT
SOLE LACESSITA· ET LUCEM SUB NUBILA IACTANT·
FLUCTUS UTI PRIMO COEPIT CUM ALBESCERE PONTO·
PAULATIM SESE TOLLIT MARE· ET ALTIUS UNDAS
ERIGIT· INDE IMO CONSURGIT AD AETHERA FUNDO·
HIC IUUENIS. PRIMAM ANTE ACIEM. STRIDENTE SAGITTA
NATORUM TYRRHI FUERAT QUI MAXIMUS· ALMO
STERNITUR· HAESIT ENIM SUB GUTTURE UULNUS. EUDE
UOCIS ITER· TENUEMQ· INCLUSIT SANGUINE UITAM·
CORPORA MULTA UIRUM CIRCA· SENIORQ· GALAESUS·
DUM PACI MEDIUM SE OFFERT· IUSTISSIMUS UNUS
QUI FUIT· AUSONIISQ· OLIM DITISSIMUS ARUIS·
QUINQ· GREGES ILLI BALANTUM· QUINA REDIBANT
ARMENTA· ETERRAM CENTUM UERTEBAT ARATRIS·
ATQ· EA PER CAMPOS EQUO DUM MARTE GERUNTUR·
PROMISSI DEA FACTA POTENS, UBI SANGUINE BELLUM
IMBUIT· ET PRIMAE COMMISIT FUNERA PUGNAE·
DESERIT HESPERIAM· ET CAELI CONUERSA PER AURAS·
IUNONEM UICTRIX ADFATUR UOCE SUPERBA·
EN PERFECTA TIBI BELLO DISCORDIA TRISTI·
DIC IN AMICITIAM COEANT· ET FOEDERA IUNGANT·
QUANDOQUIDEM AUSONIO RESPERSI SANGUINE TEUCROS·
HOC ETIAM HIS ADDAM· TUA SI MIHI CERTA UOLUNTAS·
FINITIMAS IN BELLA FERAM RUMORIB· URBES·
ACCENDAMQ· ANIMOS INSANI MARTIS AMORE·
UNDIQ· UT AUXILIO UENIANT SPARGAM ARMA PER AGROS·
TUM CONTRA IUNO· TERRORUM· ET FRAUDIS ABUNDE EST·

STANT BELLI CAUSAE· PUGNATUR COMMINUS ARMIS·
QUAE FORS PRIMA DEDIT SANGUIS NOUUS IMBUIT ARMA·
TALIA CONIUGIA· ET TALIS CELEBRENTUR HYMAENEOS·
EGREGIUM UENERIS GENUS· ET REX IPSE LATINUS·
TE SUPER AETHERIAS ERRARE LICENTIUS AURAS·
HAUD PATER ILLE UELIT. SUMMI REGNATOR OLYMPI·
CEDE LOCIS· EGO SIQUA SUPER FORTUNA LABORUM EST·
IPSA REGAM· TALES DEDERAT SATURNIA UOCES·
ILLA AUTEM· ATTOLLIT STRIDENTES ANGUIB· ALAS·
COCYTIQ· PETIT SEDEM SUPERA ARDUA LINQUENS·
EST LOCUS ITALIAE MEDIO· SUB MONTIB· ALTIS·
NOBILIS· ET FAMA MULTIS MEMORATUS IN ORIS·
AMPSACTI UALLES· DENSIS HUNC FRONDIB· ATRUM.
URGET UTRIMQ· LATUS NEMORIS· MEDIOQ· FRAGOSUS
DAT SONITUM SAXIS· ET TORTO UERTICE TORRENS·
HIC SPECUS HORRENDUM· ET SAEUI SPIRACULA DITIS·
MONSTRANTUR· RUPTOQ· INGENS ACHERONTE UORAGO
PESTIFERAS APERIT FAUCES· QUIS CONDIT ERYNYS
INUISUM NUMEN· TERRAS CAELUMQ· LEUABAT·
NEC MINUS INTEREA· EXTREMAM SATURNIA BELLO
INPONIT REGINA MANUM· RUIT OMNIS IN URBEM
PASTORUM EX ACIE NUMERUS· CAEGOSQ· REPORTANT·
ALMONEM PUERUM· FOEDATIQ· ORA GALAESI·
IMPLORANTQ· DEOS· OBTESTANTURQ· LATINUM·
TURNUS ADEST. MEDIOQ· IN CRIMINE CAEDIS· ET IGNI·
TERROREM INGEMINAT· TEUCROS IN REGNA UOCARI·
STIRPEM ADMISCERI PHRYGIAM· SE LIMINE PELLI·
TUM QUORUM ATTONITAE BACCHO NEMORA AUIA MATRES

INSULTANT THIASIS· NEQ· ENIM LEUE NOMEN AMATAE·
UNDIQ· COLLECTI COEUNT· MARTEMQ· FATIGANT·
ILICET INFANDUM CUNCTI· CONTRA HOMINA BELLŪ·
CONTRA FATA DEUM PERUERSO NOMINE POSCUNT·
CERTATIM REGIS CIRCUMSTANT TECTA LATINI:
ILLE· UELUT PELAGI RUPES IMMOTA RESISTIT·
UT PELAGI RUPES· MAGNO UENIENTE FRAGORE·
QUAE SESE MULTIS CIRCUMLATRANTIB· UNDIS·
MOLE TENET SCOPOLI· NEQUIQUAM ET SPUMEA CIRCŪ
SAXA FREMUNT· LATERIQ· INLISA REFUNDITUR ALGA·
UERUM UBI NULLA DATUR CAECUM EXUPERARE POTESTAS
CONSILIO M ET SAEUAE NUTU IUNONIS EUNTRES·
MULTA DEOS AURASQ· PATER TESTATUR INANIS·
FRANGIMUR HEU FATIS [INQUIT.] FERIMURQ· PROCELLA&
·IPSI HAS SACRILEGO PERDETIS [N] SANGUINE POENAS·
O MISERI· TE TURNE NEFAS TE TRISTE MANEBIT
SUPPLICIUM· UOTISQ· DEOS UENERABERE SERIS
NAM MIHI PARTA QUIES· OMNISQ· IN LIMINE PORTUS
FUNERE FELICI SPOLIOR· NEC PLURA LOCATUS [U]·
SEPSIT SE TECTIS· RERUMQ· RELIQUIT HABENAS·

MOS ERAT HESPERIO IN LATIO' QUEM PROTINUS URBES·
ALBANE COLUERE [SACRUMA] NUNC MAXIMA RERUM
ROMA COLIT CUM PRIMA MOUENTIS [N] PROELIA MARTE·
SIUE GETIS INFERRE MANUM LACRIMABILE BELLU~
HYRCANISUE ARAUISUE PARANT· SEU TENDERE AD INDOS·
AURORAMQ: SEQ [UI] PARTHOSQ: REPOSCERE SIGNA·
SUNT GEMINE BELLI PORTAE· SIC NOMINE DICUNT·
RELIGIONE SACRAE· ET SAEUI FORMIDINE MARTIS·
CENTUM AEREI CLAUDUNT UECTES AETERNAQ: FERRI
ROBARA' NEC CUSTOS ABSTIT [IS] LIMINE IANUS·
HAS [EC] UBI CERTA SEDET PATRIB· SENTENTIA PUGNAE·
IPSE CYRINALI TRABEA CINTUQ: GABINO·
INSIGNIS RESERAT STRIDENTIA LIMINA CONSUL·
IPSE UOCAT PUGNAS· SEQUITUR TUNC CETERA PUBES·
AEREAQ: ADSENSU· CONSPIRANT CORNUA RAUCO'

c UNDIQ· COLLECTI COEUNT· MARTEMQ· FATIGANT· ɔ
c SCILICET INFANDUM CUNCTI CONTRA OMNA BELLŪ· ɔ
c CONTRA FATA DEUM PERUERSO NUMINE POSCUNT· ɔ
c CERTATIM REGIS CIRCUMSTANT TECTA LATINI· ɔ
HOC ET TUM AENEADIS INDICERE BELLA LATINUS·
MORE IUBEBATUR· TRISTISQ· RECLUDERE PORTAS·
ABSTINUIT TACTU PATER· AUERSUSQ· REFUGIT
FOEDA MINISTERIA· ET CAECIS SE CONDIDIT UMBRIS·
TUM REGINA DEUM· CAELO DELAPSA· MORANTIS
IMPULIT IPSA MANU PORTAS· ET CARDINE UERSO·
BELLI FERRATOS RUMPIT SATURNIA POSTES·
ARDET IN EXCITA AUSONIA· ATQ· IMMOBILIS ANTE·
PARS PEDES IRE PARAT CAMPIS· PARS ARDUUS AKTIS
PULUERULENTUS EQUIS FURIT· OMNIS ARMA REQUIRŪT·
PARS LEUIS CLIPEOS· ET SPICULA LUCIDA TERGENT·
ARUINA PINGUI· SUBIGUNTQ· IN COTE SECURES·
SIGNAQ· FERRE IUBET· SONITUSQ· AUDIRE TUBARŪ·
QUINQ· ADEO. MAGNAE. POSITIS INCUDIB· URBES·
TELA NOUANT· ATINA POTENS, TIBURQ· SUPERBUM·
ARDEA· CRUSTUMERIQ·. ET TURRIGERAE ANTEMNAE·
TEGMINA TUTA CAUANT CAPITUM· FLECTUNTQ· SALIGNAS
UMBONUM CRATES· ALLI THORACAS ·A·ENEOS·
AUT LEUIS OCREAS· LENTO DUCUNT ARGENTO·
UOMERIS HUC ET FALCIS HONOS. HUC OMNIS ARATRI
CESSIT AMOR· REQUOQUONT PATRIOS FORNACIB· ENSES·
CLASSICA IAMQ· SONANT· IT BELLO TESSERA SIGNUM·
HIC GALEAM TECTIS RAPIDUS RAPIT· ILLE TREMENTIS
AD IUGA COGIT EQUOS· CLIPEUMQ. AUROQ. TRILICEM
LORICAM INDUITUR· FIDOQ· ACCINGITUR ENSE·

PANDITE NUNC HELICONA DEAE· CANTUSQ· MOUETE·
QUI BELLO ACCITI REGES· QUAE QUEMQ· SECUTAE
COMPLERINT CAMPOS ACIES· QUIB· ITALA IAM TUM
FLORUERIT TERRA ALMA UIRIS· QUIB· ADSERIT ARMIS·
ET MEMINISTIS ENIM DIUAE. ET MEMORARE POTESTIS·
AD NOS UIX TENUIS FAMAE PERLABITUR AURA·
PRIMUS INIT BELLUM TYRRHENIS ASPER AB ORIS·
CONTEMTOR DIUUM MEZENTIUS· AGMINAQ· ARMAT·
FILIUS HUNC IUXTA LAUSUS· QUO PULCHRIOR ALTER
NON FUIT· EXCEPTO LAURENTIS CORPORE TURNI·
LAUSUS EQUUM DOMITOR· DEBELLATORQ· FERARŪ·
DUCIT AGYLLINA. NEQUICQUAM EX URBE SECUTOS
MILLE UIROS· DIGNUS PATRIIS QUI LAETIOR ESSET·
IMPERIIS· ET CUI PATER HAUD MEZENTIUS ESSET·
POST HOS· INSIGNEM PALMA PER GRAMINA CURRŪ·
UICTORESQ· OSTENTAT EQUOS· SATUS HERCULE PULCHRO·
PULCHER AUENTINUS· CLIPEOQ· INSIGNE PATERNŪ·
CENTUM ANGUES. CINCTAMQ· GERIT SERPENTIB· HYDRĀ
COLLIS AUENTINI SILUA· QUEM RHEA SACERDOS·
FURTIUUM PARTU SUB LUMINIS EDIDIT ORAS·
MIXTA DEO MULIER· POSTQUAM LAURENTIA UICTOR
GERYONE EXTINCTO· TIRYNTIUS ATTIGIT ARUA·
TYRRHENOQ· BOUES IN FLUMINE LAUIT HIBERAS·
PILA MANU· SAEUOSQ· GERUNT IN BELLA DOLONES·
ET TERETI PUGNANT MUCRONE· UERUQ· SABELLO·
IPSE PEDES, TEGIMEN TORQUENS, INMANE LEONIS·
TERRIBILI INPEXUM SAETA· CUM DENTIB· ALBIS·
INDUTUS CAPITI SIC REGIA TECTA SUBIBAT
HORRIDUS. HERCULEOQ· UMEROS INNEXUS AMICTU·

TUM GEMINI FRATRES. TYBURTIA MOENIA LINQUUNT·
FRATRES TIBURTI· DICTAM COGNOMINE GENTEM·
CATILLUSQ·. ACERQ· CORAS· ARGIUA IUUENTUS·
ET PRIMAM ANTE ACIEM, DENSA INTER TELA FERUNTUR·
CEU DUO NUBIGENAE, CUM UERTICE MONTIS AB ALTO
DISCENDUNT CENTAURI· HOMOLEN, OTRUMQ· NIUALĒ·
LINQUENTES· CURSU RAPIDO· DAT EUNTIB· INGENS
SILUA LOCUM· ET MAGNO CAEDUNT UIRGULTA FRAGORE.
NEC PRAENESTINAE FUNDATOR DEFUIT URBIS·
UOLCANO GENITUM· PECORA INTER AGRESTIA REGĒ·
INUENTUMQ· FOCIS· OMNIS QUEM CREDIDIT AETAS·
CAECULUS· HUNC LATE LEGIO COMITATUR AGRESTIS·
QUIQ· ALTUM PRAENESTE UIRI· QUIQ· ARUA GABINAE
IUNONIS GELIDUMQ· ANIENEM· ET ROSCIDA RIUIS
HERNICA SAXA COLUNT· QUOS DIUES ANAGNIA PASCIT·
QUOS AMASENE PATER· NON ILIIS OMNIB· ARMA·
NEC CLIPEI CURRUSUE SONANT· PARS MAXIMA GLANDES
LIUENTIS PLUMBI SPARGIT· PARS SPICULA GESTAT
BINA MANU· FULUOSQ· LUPI DE PELLE GALEROS·
TEGMEN HABENT CAPITIS· UESTIGIA NUDA SINISTRI
INSTITUERE PEDES· CRUDUS TEGIT ALTERA PERO·
AT MESSAPUS EQUUM DOMITOR·· NEPTUNIA PROLES·
QUEM NEQ· FAS IGNI CUIQUAM· NEC STERNERE FERRO·
IAMPRIDEM RESIDES POPULOS· DESUETAQ· BELLO
AGMINA IN ARMA UOCAT SUBITO· FERRUMQ· RETRACTAT·
HI FESCENNINAS ACIES· AEQUOSQ· FALISCOS·
HI SORACTIS HABENT ARCES· FLAUINIAQ· ARUA·
ET CIMINI CUM MONTE LACUM· LUCOSQ· CAPENOS·
IBANT AEQUATI NUMERO, REGEMQ· CANEBANT·

CEU QUONDAM NIUEI LIQUIDA INTER NUBILA CYCNI·
CUM SESE E PASTU REFERUNT· ET LONGA CANOROS
DANT PER COLLA MODOS· SONAT AMNIS· ET ASIA LONGE
PULSA PALUS· NEC QUISQUAM AERATAS ACIES· EX AGMINE TAÑO
E
MISCERI PUTAT· AERIAM SET GURGITE AB ALTO·
U
URGUERI UOLUCREM RAUCARUM AD LITORA NUBEM·
ECCE SABINORUM PRISCO DE SANGUINE, MAGNUM
AGMEN AGENS CLAUSUS· MAGNIQ· IPSE AGMINIS INSTAR·
CLAUDIA NUNC AQUO DIFFUNDITUR· ET TRIB· ET INGENS
PER LATIUM· POSTQUAM IN PARTEM DATA ROMA SABINIS:
UNA INGENS AMITERNA COHORS· PRISCIQ· QUIRITES·
·ÉRETI MANUS OMNIS· OLIUIFERAEQ· MUTUSCAE·
QUI NOMENTUM URBEM QUI ROSA RURA UELINI
QUI TETRICAE HORRENTIS RUPES· MONTEMQ· SEUERU̅·
ET FLUMEN
CASPERIAMQ· COLUNT· EORULOSQ· HIMELLAE·
QUI TIBERIM FABARIMQ· BIBUNT· QUOS FRIGIDA MISIT
UR II
NØSIA ET ORTINAE CLASSES· POPULIQ· LATINI·
QUOSQ· SECANS INFAUSTUM INTERLUIT ALLIA NOME̅·
QUAM MULTI LYBICO UOLUONTUR MARMORE FLUCTUS·
SAEUUS UBI ORION HIBERNIS CONDITUR UNDIS·
UEL CUM SOLE NOUO DENSAE TORRENTUR HARISTAE·
AUT HERMI CAMPO· AUT LYCIAE FLAUENTIB· ARUIS
SCUTA SONANT· CURSUQ· PEDUM CONTERRITA TELLUS·
HINC AGAMEMNONIUS, TROIANI NOMINIS HOSTIS
CURRU IUNGIT HALAESUS AEQUOS· TURNOQ· FEROCES
MILLE RAPIT POPULOS· UERTUNT FELICIA BACCHO
MASSICA QUI RASTRIS· ET QUOS DE COLLIB· ALTIS
SE N
AURUNCI MISERE PATRES· SIDICINAQ· IUXTA
II
AEQUORA· QUIQ· CALES LIQUENT· AMNESQ· UADOSI·

ACCOLLA UOLTURNI· PARITERQ· SATICULUS ASPER·
OSCORUMQ· MAUS· TERETES SUNT ACLYDES ILLIS
TELA· SET HAEC LENTO MOL EST APTARE FLAGELLO·
LAEUAS CETRA TEGIT· FALCATI COMMINUS ENSES'
NEC TU CARMINIB· NOSTRIS INDICTUS ABEBIS
OEBALE QUEM GENERASSE TELON· SEBETIDE NYMPHA
FERTUR· TELEBOUM CAPREAS CUM REGNA TENERET·
IAM SENIOR· PATRIIS SET NON ET FILIUS ARUIS
CONTENTUS· LATE IAM TUM DICIONE TENEBAT·
SARRASTIS POPULOS· ET QUAE RIGAT AEQUORA SARNUS·
QUIQ· RUFRAS· BATULUMQ· TENENT· ATQ· ARUA CELENE·
ET QUOS MALIFERAE DESPECTANT MOENIA BELLAE·
TEUTONICO RITU· SOLITI TORQUERE CATELLAS·
TEGMINA QUIS CAPITUM· APTUS DE SUBERE CORTEX·
AERATEQ· MICANT PELTAE· MICAT AEREUS ENSIS·
ET TE MONTOSAE MISERE IN PROELIA NERSAE
UFENS· INSIGNEM FAMA· ET FELICIB· ARMIS·
HORRIDA PRAECIPUE CUI GENS· ADSUETAQ· MULTO
UENATU NEMORUM· DURIS AEQUICULA GLAEBIS.·
ARMATI TERRAM EXERCENT· SEMPERQ· RECENTIS
CONUECTARE IUUAT PRAEDAS· ET UIUERE RAPTO·
QUIN ET MARRUUIA UENIT DE GENTE SACERDOS·
FRONDE SUPER GALEAM· ET FELICI COMPTUS OLIUA·
ARCHIPPI REGIS MISSU· FORTISSIMUS UMBRO·
UIPEREO GENERI· ET GRAUITER SPIRANTIB· HYDRIS·
SPARGERE QUI SOMNOS· CANTUQ· MANUQ· SOLEBAT·
MULCEBATQ· IRAS· ET MORSUS ARTE LEUABAT·
SED NON DARDANIAE MEDICARI CUSPIDIS ICTUM
EUALUIT· NEQ· EUM IUUERE IN UOLNERE CANTUS

SOMNIFERI· ET MARSIS QUAESIETE[IN] MONTIB· HERBAE·
TE NEMUS ANGUETIAE· UITREA TE FUCINUS UNDA·
TE LIQUIDI FLEUERE LACUS·
IBAT ET HIPPOLYTI PROLES· PULCHERRIMA BELLO·
UIRBIUS· INSIGNEM QUEM MATER ARICIA MISIT·
EDUCTUM EGERIAE LUCIS· UMENTIA CIRCUM
LITORA· PINGUIS. UBI· ET PLACABILIS ARA DIANAE·
NAM[Q] FERUNT FAMA HIPPOLYTUM·POSTQUAM ARTE NOUERCAE
OCCIDERIT· PATRIASQ· EXPLERIT SANGUINE POENAS·
TURBATIS DISTRACTUS EQUIS· AD SIDERA RURSUS
AETHERIA· ET SUPERAS CAELI UENISSE SUB AURAS·
PAEONI'S REUOCATUM HERBIS· ET AMORE DIANAE·
TUM PATER OMNIPOTENS· ALIQUEM INDIGNATUS AB UMBRIS
MORTALEM INFERNIS· AD LUMINA SURGERE UITAE·
IPSE REPERTOREM MEDICINAE TALIS· ET ARMIS[T]
FULMINE POENIGENAM. STYGIAS DETRUSIT AD UNDAS·
AT TRIUIA· HYPPOLITUM· SECRETIS ALMA RECONDIT
SEDIB· ET NYMPHA[E] EGERIAE· NEMORIQ· RELIGAT·
SOLUS I[U]BI IN SILUIS ITALIS· IGNORABILIS AEUUM
IXIGERET· UERSOQ· UBI NOMINE UIRBIUS ESSET·
UNDE ETIAM TEMPLO TRIUIAE· LUCISQ· SACRATIS
CORNIPEDES ARCENTUR EQUI· QUOD LITORE CURRU·
ET IUUENEM MONSTRIS PAUIDI EFFUNDERE MARINIS·
FILIUS ARDENTIS HAUT SETIUS AEQUORE CAMPI
EXERCEBAT EQUOS· CURRUQ· IN BELLA RUEBAT·
IPSE INTER PRIMOS. PRESTANTI CORPORE TURNUS
UERTITUR· ARMA TENENS· ET TOTO UERTICE SUPRA EST·
CUI TRIPLICI CRINITA IUBA· GALEA ALTA CHIMERA
SUSTINET· AETNEOS EFFLANTEM FAUCIB· IGNIS·

IAM MAGIS ILLA FREMENS· ET TRISTIB· EFFERA FLAMMIS·
QUAM MAGIS EFFUSO CRUDESCUNT SANGUINE PUGNAE·
AT LEUEM CLIPEUM· SUBLATIS CORNIB· IO
AURO INSIGNIBAT· IAM SAETIS OBSITA· IAM·BOS·
ARGUMENTUM INGENS· ET CUSTOS UIRGINIS ARCUS·
CAELATAMQ· AMNEM FUNDENS PATER INACHUS URNA·
INSEQUITUR NIMBUS PEDITUM· CLIPEATAQ· TOTIS
AGMINA DENSENTUR CAMPIS· ARGIUAQ· PUBES·
AURUNCAEQ· MANUS· RUTULI· UETERESQ· SICANI·
ET SACRANAE ACIES· ET PICTI SCUTA LABICI·
QUI SALTUS TIBERINE TUOS· SACRUMQ· NUMICI
LITUS ARANT· RUTULOSQ· EXERCENT UOMERE COLLES·
CIRCEUMQ· IUGUM. QUIS IUPPITER ANXURUS ARUIS
PRAESIDET· ET UIRIDI GAUDENS FERONIA LUCO·
QUA SATURAE IACET ATRA PALUS· GELIDUSQ· PER IMAS
QUAERIT ITER UALLES· ATQ· IN MARE CONDITUR UFENS·
HOS SUPER ADUENIT· UOLSCA DE GENTE CAMILLA·
AGMEN AGENS EQUITUM· ET FLORENTIS AERE CATERUAS
BELLATRIX· NON ILLA COLO· CALATHISUE MINERUAE
FEMINEAS ADSUETA MANUS· SED PROELIA UIRGO
DURA PATI· CURSUQ· PEDUM PRAEUERTERE UEÑTOS·
ILLA UEL INTACTAE SEGETES PER SUMMA UOLARET
GRAMINA· NEC TENERAS CURSU LAESISSET HARISTAS·
UEL MARE PER MEDIUM· FLUCTU SUSPENSA TUMEÑTI
FERRET ITER· CELERIS NEC TINGUERET AEQUORE PLAÑTAS·
ILLAM OMNIS TECTIS· AGRISQ· EFFUSA IUUENTUS·
TURBAQ· MIRATUR MATRUM ET PROSPECTAT EUNTE̅·
ATTONITIS INHIANS ANIMIS· UT REGIUS OSTRO
UELET HONOS· LEUIS UMEROS. UT FIBULA CRINEM

AVRO INTERNECTAT· LYCIAM VT GERAT IPSA PHARETRĀ·
ET PASTORALEM PRAEFIXA CVSPIDE MYRTVM·

·P· VERGILI ⸗ MARONIS

AENEIDOS ⸗ LIBER VII ⸗ EXP·

INC· LIB· VIII ⸗ FELICI·

UT BELLI SIGNUM LAURENTI TURNUS AB ARCE
EXTULIT ET RAUCO STREPUERUNT CORNUA CANTU
UTQ· ACRIS CONCUSSIT EQUOS UTQ· IMPULIT ARMA
EXTEMPLO TURBATI ANIMI· SIMUL OMNE TUMULTU
CONIURAT TREPIDO LATIUM· SAEUITQ· IUUENTUS
EFFERA· DUCTORES PRIMI· MESSAPUS. ET UFENS·
CONTEMPTORQ· DEUM MEZENTIUS· UNDIQ· COGUNT
AUXILIA· ET LATOS UASTANT CULTORIB· AGROS·
MITTITUR ET MAGNI UENULUS DIOMEDIS AD URBEM·
QUI. PETAT AUXILIUM· ET LATIO CONSISTERE TEUCROS·
ADUECTUM AENEAN CLASSI, UICTOSQ· PENATIS
INFERRE· ET FATIS REGEM SE DICERE POSCI
EDOCEAT· MULTASQ· UIRO SE ADIUNGERE GENTIS
DARDANIO· ET LATE LATIO INCREBRESCERE NOMEN·
QUID STRUAT HIS COEPTIS· QUEM SI FORTUNA SEQUATUR
EUENTUM PUGNAE CUPIAT· MANIFESTIUS IPSI
QUAM TURNO REGI AUT REGI APPARERE LATINO·
TALIA PER LATIUM, QUAE LAOMEDONTIUS· HEROS
CUNCTA UIDENS· MAGNO CURARUM FLUCTUAT AESTU·
ATQ· ANIMUM NUNC HUC CELEREM· NUNC DIUIDIT ILLUC·
IN PARTISQ· RAPIT UARIAS· PERQ· OMNIA UERSAT·
SICUT AQUAE TREMULUM LABRIS UBI LUMEN AENIS·
SOLE REPERCUSSUM· AUT RADIANTIS IMAGINE LUNAE
OMNIA PERUOLITAT LATE LOCA· IAMQ· SUB AURAS
ERIGITUR· SUMMIQ· FERIT LAQUEARIA TECTI·
NOX ERAT ET TERRAS ANIMALIA FESSA PER OMNIS·
ALITUUM PECUDUMQ· GENUS· SOPOR ALTUS HABEBAT·
CUM PATER IN RIPA· GELIDIQ· SUB AETHERIS AXE
AENEAS· TRISTI TURBATUS PECTORE BELLO

PROCUBUIT· SERAMQ· DEDIT PER MEMBRA QUIETEM·
HUIC DEUS IPSE LOCI. FLUUIO TIBERINUS AMOENO·
POPULEAS INTER SENIOR SE ATTOLLERE FRONDES
UISUS· EUM TENUIS GLAUCO UELABAT AMICTU
CARBASUS· ET CRINIS UMBROSA TEGEBAT HARUNDO·
TUM SIC ADFARI· ET CURAS HIS DEMERE DICTIS·
O SATE GENTE DEUM· TROIANAM EX HOSTIB· URBEM·
QUI REUEHIS NOBIS· AETERNAQ· PERGAMA SERUAS·
ALIBI SOLO EXSPECTATE LO[co] LAURENTI· ARUISQ· LATINIS·
HIC TIBI CERTA DOMUS· CERTI, NE ABSISTE PENATES·
NEU BELLI TERRERE MINIS· TUMOR OMNIS· ET IRAE
CONCESSERE DEUM·
IAMQ· TIBI· NE UANA PUTES HAEC FINGERE SOMNUM
LITOREIS INGENS INUENTA[a] UB ILICIB·[su] USUS·
TRIGINTA CAPITUM FETUS ENIXA IACEBIT·
ALBA· SOLO RECUBANT ALBI CIRCUM UBERE NATI·
EX QUO TERDENIS URBEM REDEUNTIB· ANNIS·
ASCANIUS· CLARI CONDET COGNOMINIS ALBAM·
HAUD INCERTA CANO· NUNC, QUA RATIONE QOD INSTAT
EXPEDIA[m]S UICTOR· PAUCIS ADUERTE DOCEBO·
ARCADES HIC ORIS. GENUS APPALLANTE PROFECTUM·
QUI REGEM EUANDRUM COMITES· QUI SIGNA SECUTI·
DELEGERE LOCUM· ET POSUERE IN MONTIB· URBEM·
PALLANTIS PROAUI· DE NOMINE PALLANTEUM·
HI BELLUM ADSIDUE DUCUNT CUM GENTE LATINA·
HOS CASTRIS ADHIBE SOCIOS· ET FOEDERA IUNGE·
IPSE EGO TE RIPIS. ET RECTO FLUMINE DUCAM·
ADUERSUM REMIS· SUPERES SUBUECTUS UT AMNEM·
SURGE AGE, NATE DEA· [p]RIMISQ· CADENTIB· ASTRIS·

IUNONI PER RITE PRECIS· IRAMQ· MINASQ·
SUPLICIB· SUPERA UOTIS· MIHI UICTOR HONOREM
PERSOLUES· EGO SUM PLENO QUEM FLUMINE CERNIS·
STRINGENTEM RIPAS· ET PINGUIA CULTA SECANTEM·
CAERULEUS THYBRIS· CAELO GRATISSIMUS AMNIS·
HIC MIHI MAGNA DOMUS· CELSIS CAPUT URBIB· EXIT·
DIXIT· DEINDE LACU· FLUUIUS SE CONDIDIT ALTO·
IMA PETENS· NOX AENEAN· SOMNUSQ· RELIQUIT·
SURGIT· ET AETHERII SPECTANS ORIENTIA SOLIS
LUMINA· RITE CAUIS UNDAM DE FLUMINE PALMIS
SUSTINET· AC TALIS EFFUNDIT AD AETHERA UOCES·
NYMPHAE· LAURENTES NYMPHAE· GENUS AMNIB· UNDEST·
TUQUE Ó THYBRE· TU O GENITOR CUM FLUMINE SÑACTO·
ACCIPITE AENEAN· ET TANDEM ARCETE PERICLIS·
QUO TE CUMQ· LACUS· MISERANTEM INCOMMODA NOSTRA
FONTE TENET· QUOCUMQ· SOLO PULCHERRIMUS EXIS·
SEMPER HONORE MEO· SEMPER CELEBRABERE DONIS·
CORNIGER, HESPERIDUM FLUUIUS REGNATOR AQUARŪ·
ADSIS Ó TANTUM· ET PROPIUS TUA NUMINA FIRMES·
SIC MEMORAT· GEMINASQ· LEGIT DE CLASSE BIREMIS·
REMIGIOQ· APTAT· SOCIOS SIMUL INSTRUIT ARMIS·
ECCE AUTEM SUBITUM ATQ· OCULIS MIRABILE MONSTRŪ·
CANDIDA PER SILUAM CUM FETU CONCOLOR ALBO
PROCUBUIT· UIRIDIQ· IN LITORE CONSPICITUR SÚS·
QUAM PIUS AENEAS. TIBI ENIM· TIBI MAXIMA IUNO·
MACTAT SACRA FERENS· ET CUM GREGE SISTIT AD ARĀ·
THYBRIS, EA FLUUIUM QUAM LONGA EST NOCTE TUMENS·
LENIIT· ET TACITA REFLUENS ITA SUBSTITIT UNDA·
MITIS UT IN MOREM STAGNI· PLACIDAEQ· PALUDIS.

STERNERET AEQUOR AQUIS· REMO UT LUCTAMEN ABESSET.
ERGO ITER INCEPTUM CELERANT RUMORE SECUNDO·
LABITUR UNCTA UADIS ABIES· MIRANTUR ET UNDAE·
MIRATUR NEMUS INSUETUM· FULGENTIA LONGE
SCUTA UIRUM FLUUIO· SPICTASQ· INNARE CARINAS·
OLLI REMIGIO· NOCTEMQ· DIEMQ· FATIGANT·
ET LONGOS SUPERANT FLEXUS· UARIISQ· TEGUNTUR
ARBORIBUS. UIRIDISQ· SECANT PLACIDO AEQUORE SILUAS·
SOL MEDIUM CAELI CONSCENDERAT IGNEUS ORBEM·
CUM MUROS· ARCEMQ· PROCUL· AC RARA DOMORUM
TECTA UIDENT· QUAE NUNC ROMANA POTENTIA CAELO
AEQUAUIT· TUM RES INOPES EUANDRUS HABEBAT·
OCIUS ADUERTUNT PRORAS. URBIQ· PROPINQUANT·
FORTE DIE SOLLEMNEM ILLO. REX ARCAS HONOREM·
AMPHITRYONIADAE MAGNO· DIUISQ· FEREBAT·
ANTE URBEM IN LUCO· PALLAS HUIC FILIUS UNA·
UNA OMNES IUUENUM PRIMI· PAUPERQ· SENATUS·
TURA DABANT· TEPIDUSQ· CRUOR FUMABAT AD ARAS·
UT CELSAS UIDERE RATES· ATQ· INTER OPACUM·
ADLABI NEMUS· ET TACITOS INCUMBERE REMIS·
TERRENTUR UISU SUBITO. CUNCTIQ· RELICTIS
CONSURGUNT MENSIS· AUDAX QUOD RUMPERE PALLAS
SACRA UETAT· RAPTOQ· UOLAT TELO OBUIUS IPSE·
ET PROCUL É TUMULO· IUUENES· QUAE CAUSA SUBEGIT
IGNOTAS TEMPTARE UIAS· QUO TENDITIS INQUIT·
QUI GENUS· UNDE DOMO· PACEMNE HUC FERTIS, AN ARMA·
TUM PATER AENEAS· PUPPI SIC FATUR AB ALTA·
PACIFERAEQ· MANU RAMUM PRAETENDIT OLIUAE·
TROIUGENAS· AC TELA UIDES INIMICA LATINIS·

QUOS ILLI BELLO PROFUGOS EGERE SUPERBO·
EUANDRUM PETIMUS· FERTE HAEC, ET DICITE LECTOS
DARDANIAE UENISSE DUCES· SOCIA ARMA ROGANTES·
OBSTIPUIT TANTO PERCUSSUS NOMINE PALLAS·
ETGREDERE Ó QUICUMQ· ES AIT· CORAMQ· PARENTEM
ADLOQUERE· ET [AC] NOSTRIS SUCCEDE PENATIB· HOSPES·
EXCEPITQ· MANU. DEXTRAMQ· AMPLEXUS INHAESIT·
PROGRESSI SUBEUNT LUCO· FLUUIUMQ· RELINCUNT·
TUM REGEM AENEAS DICTIS ADFATUR AMICIS·
OPTUME GRAIUGENUM· CUI ME FORTUNA PRECARI·
ET UITTA COMPTOS UOLUIT PRAETENDERE RAMOS·
NON EQUIDEM EXTIMUI. DANAUM QUOD [D] UCTOR, ET ARCAS·
QUODQ· AB STIRPE FORES GEMINIS CONIUNCTUS ATRIDIS·
SED MEA ME UIRTUS· ET SANCTA ORACULA DIUOM·
COGNATIQ· PATRES· TUA TERRIS DIDITA FAMA·
CONIUNXERE TIBI· ET FATIS EGERE UOLENTEM·
DARDANUS ILIACAE PRIMUS PATER URBIS, ET AUCTOR·
ELECTRA UT GRAI PERHIBENT ATLANTIDE CRETUS·
ADUEHITUR TEUCROS· ELECTRAM MAXIMUS ATHLANS·
EDIDIT· [AT] EHERIOS UMERO QUI SUSTINET ORBES·
UOBIS MERCURIUS PATER EST· QUEM CANDIDA MAIA·
CYLLAENE GELIDO CONCEPTUM UERTICE FUDIT·
AT MAIAM, AUDITIS SI QUICQUAM CREDIMUS· ATLANS
IDEM ATLANS GENERAT· CAELI QUI SIDERA TOLLIT·
SIC GENUS AMBORUM· SCINDIT SE SANGUINE AB UNO·
HIS FRETUS· NON LEGATOS· NEQ· PRIMA PER ARTEM
TEMPTAMENTA TUI PEPIGI· MEME IPSE· MEUMQ·
OBIECI CAPUT· ET SUPPLEX AD LIMINA UENI·
GENS EADEM· QUAE TE CRUDELI DAUNIA. BELLO

INSEQUITUR· NOS SI PELLANT· NIHIL ATFORE CREDUNT·
QUIN OMNEM HESPERIAM. PENITUS SUA SUB IUGA MITTANT·
ET MARE QUOD SUPRA TENEANT· QUODQ· ADLUIT INFRA·
ACCIPE DAQ· FIDEM· SUNT NOBIS FORTIA BELLO
PECTORA· SUNT ANIMI· ET REBUS SPECTATA IUUENTUS·
DIXERAT AENEAS. ILLE OS. OCULOSQ· LOQUENTIS
IANDUDUM· ET TOTUM LUSTRABAT LUMINE CORPUS·
TUM SIC PAUCA REFERT· UT, TIXE, FORTISSIME TEUCRUM
ACCIPIO· ABNOSCOQ· LIBENS· UT UERA PARENTIS·
ET UOCEM ANCHISAE MAGNI· UOLTUMQ· RECORDOR·
NAM MEMINI, HESIONE UISENTEM REGNA SORORIS·
LAOMEDONTIADEN PRIAMUM SALAMINA PETENTE·
PROTINUS ARCADIAE GELIDOS INUISERE FINIS·
TUM MIHI PRIMA GENAS UESTIBAT FLORE IUUENTAS·
MIRABARQ· DUCES TEUCROS· MIRABAR ET IPSUM
LAOMEDONTIADEN· SET CUNCTIS ALTIOR IBAT
ANCHISES· MIHI MENS IUUENALI ARDEBAT AMORE·
COMPELLARE UIRUM· ET DEXTRAE CONIUNGERE DEXTRA·
ACCESSI· ET CUPIDUS PHAENEI SUB MOENIA DUXI·
ILLE MIHI INSIGNEM PHARETRAM· LYCIASQ· SAGITTAS
DISCEDENS·CHLAMYDEMQ· AURO DEDIT INTERTEXTA·
FRENAQ· BINA· MEUS QUAE NUNC HABET AUREA PALLAS·
ERGO ET QUAM PETITIS IUNCTA EST MIHI FOEDERE DEXTRA·
ET LUX. CUM PRIMUM TERRIS SE CRASTINA REDDET·
AUXILIO LAETOS DIMITTAM· OPIB·Q· IUUABO·
INTEREA SACRA HAEC· QUANDO HUC UENISTIS AMICI·
ANNUA QUAE DIFFERRE NEFAS· CELEBRATE FAUENTES
NOBISCUM· ET IAM NUNC SOCIORUM ADSUESCITE MENSIS·
HAEC UBI DICTA, DAPES IUBET· ET SUELATA REPONI

POCULA· GRAMINEOQ: UIROS LOCAT IPSE SEDILI·
PRECIPUUMQ: TORO· ET UILLOSI PELLE LEONIS
ACCIPIT AENEAN· SOLIOQ: INUITAT ACERNO·
TUM LECTI IUUENES CERTATIM· ARAEQ: SACERDOS·
UISCERA TOSTA FERUNT TAURORUM· ONERANTQ: CANISTRIS·
DONA LABORATAE CERERIS· BACCHUMQ: MINISTRANT·
UESCITUR AENEAS· SIMUL ET TROIANA IUUENTUS·
PERPETUI TERGO BOUIS· ET LUSTRALIB· EXTIS·
POSTQUAM EXEMPTA FAMIXES· ET AMOR COMPRESSUS EDENDI·
REX EUANDRUS AIT· NON HAEC SOLLEMNIA NOBIS·
HAS EX MORE DAPES, HANC TANTI NUMINIS ARAM
UANA SUPERSTITIO· UETERUMQ: IGNARA DEORUM
INPOSUIT· SAEUIS HOSPES TROIANIXE PERICLIS
SERUATI FACIMUS· MERITOSQ: NOUAMUS HONORES·
IAM PRIMUM SAXIS SUSPENSAM HANC ASPICE RUPĒ·
DISIECTAE PROCUL UT MOLES· DESERTAQ: MONTIS
STAT DOMUS· ET SCOPULI INGENTEM TRAXERE RUINA·
HIC SPELUNCA FUIT· UASTO SUMMOTA RECESSU·
SEMIHOMINIS CACI· FACIES QUAM DIRA TEGEBAT·
SOLIS INACCESSAM RADIIS· SEMPERQ: RECENTI
CAEDE TEPEBAT HUMUS· FORIB·Q: ADFIXA SUPERBIS
ORA UIRUM· TRISTI PENDEBANT PALLIDA TABO·
HUIC MONSTRO. UOLCANUS ERAT PATER· ILLIUS ATROS
ORE UOMENS IGNIS· MAGNA SE MOLE FEREBAT·
ATTULIT ET NOBIS ALIQUANDO OPTANTIB· AETAS
AUXILIUM· ADUENTUMQ: DEI· NAM MAXIMUS ULTOR·
TERGEMINI NECE GERYONE· SPOLIISQ: SUPERBUS
ALCIDES ADERAT· TAUROSQ: HAC UICTOR AGEBAT
INGENTIS, UALLEMQ: BOUES· AMNEMQ: TENEBANT·

AT FURIIS CACI MENS EFFERA· NE QID INAUSUM·
AUT INTRACTATUM, SCELERISUE, DOLIUE FUISSENT
QUATTUOR A STABULIS PRAESTANTI CORPORE TAUROS
AUERTIT· TOTIDEM FORMA SUPERANTE IUUENCAS·
ATQ· HOS, NEQUA FORENT PEDIB· UESTIGIA RECTIS·
CAUDA IN SPELUNCAM TRACTOS· UERSISQ· UIARUM
INDICIIS· RAPTOS SAXO OCCULTABAT OPACO·
QUAERENTI NULLA AD SPELUNCAM SIGNA FEREBANT·
INTEREA CUM IAM STABULIS SATURATA MOUERET
AMPHITRYONIADES ARMENTA· ABITUMQ· PARABAT·
DISCESSU MUGIRE BOUES· ATQ· OMNE QUERELLIS
IMPLERI NEMUS· ET COLLES CLAMORE RELINQUI·
REDDIDIT UNA BOUM UOCEM, UASTOQ· SUB ANTRO
MUGIIT· ET CACI SPEM CUSTODITA FEFELLIT·
HIC UERO ALCIDEAE FURIIS EXARSERAT· ATRO
FELLE DOLOR· RAPIT ARMA MANU· NODISQ· GRAUATUM
ROBUR· AETHERII CURSU PETIT ARDUA MONTIS·
TUM PRIMUM NOSTRI CACUM UIDERE TIMENTEM·
TURBATUMQ· OCULIS, FUGIT ILICET OCIOR EURO·
SPELUNCAMQ· PETIT PEDIB· TIMOR ADDIDIT ALAS·
UT SESE INCLUSIT. RUPTISQ· IMMANE CATENIS
DEIECIT SAXUM· FERRO. QUOD ET ARTE PATERNA
PENDEBAT· FULTOSQ· EMUNIIT OBICE POSTES·
ECCE FURENS ANIMIS ADERAT TIRYNTHIUS· OMNEMQ·
ACCESSUM LUSTRANS. HUC ORA FEREBAT· ET ILLUC·
DENTIB· INFRENDENS· TER TOTUM FERUIDUS IRA
LUSTRAT AUENTINI MONTEM· SAXEA TEMPTAT
LIMINA NEQUIQUAM· TER· FESSUS UALLE RESEDIT·
STABAT ACUTA SILEX· PRAECISIS UNDIQ· SAXIS

SPELUNCAE DORSO INSURGENS· ALTISSIMA UISU·
DIRARUM NIDIS DOMUS OPPORTUNA UOLUCRUM·
HANC UT PRONA IUGO LAEUUM INCUMBEBAT AD AMNEM
DEXTER· IN ADUERSUM NITENS CONCUSSIT· ET IMIS
ABUOLSAM SOLUIT RADICIB·. INDE REPENTE
IMPULIT· INPULSU QUO MAXIMUS INTONAT AETHER·
DISSULTANT RIPAE· REFLUITQ· EXTERRITUS AMNIS·
AT SPECUS· ET CACI DETECTA APPARUIT INGENS
REGIA ET UMBROSAE PENITUS PATUERE CAUERNAE·
NON SECUS· AC SIQUA PENITUS UI· TERRA DEHISCENS·
INFERNAS RESERET SEDES· ET REGNA RECLUDAT
PALLIDA· DIS INUISA· SUPERQ· IMMANE BARATHRUM
CERNATUR· TREPIDENT INMISSO LUMINE MANES·
ERGO INSPERATA DEPRENSUM IN LUCE REPENTE·
INCLUSUMQ· CAUO SAXO· ATQ· INSUETA RUDENTEM
DESUPER ALCIDES TELIS PREMIT· OMNIAQ· ARMA
ADUOCAT· ET RAMIS UASTISQ· MOLARIB·. INSTAT·
ILLE AUTEM· NEQ· ENIM FUGA IAM SUPER ULLA PERICLI·
FAUCIB· INGENTEM FUMUM MIRABILE DICTU
EUOMIT INUOLUITQ· DOMUM CALIGINE CAECA·
PROSPECTUM ERIPIENS OCULIS· GLOMERATQ· SUB AÑRO
FUMIFERAM NOCTEM· COMMIXTIS IGNE TENEBRIS·
NON TULIT ALCHIDES ANIMIS· SEQ· IPSE PER IGNEM
PRECIPITI IECIT SALTU· QUA PLURIMUS UNDAM
FUMUS AGIT· NEBULAMQ· INGENS SPECUS AESTUAT ATRA·
HIC CACUM IN [illegible] TENEBRIS· INCENDIA UANA UOMENTE·
CORRIPIT· IN NODUM COMPLEXUS· ET ANGIT INHAERENS·
ELISOS OCULOS· ET SICCUM SANGUINE GUTTUR·
PANDITUR EXTEMPLO FORIB· DOMUS ATRA REUOLSIS·

ABSTRACTAEQ· BOUES· ADIURATAEQ· RAPINAE·
CAELO OSTENDUNTUR· PEDIB·Q· INFORME CADAUER
PROTRAHITUR· NEQUEUNT EXPLERI CORDA TUENDO·
TERRIBILIS OCULOS. UULTUM· UILLOSAQ· SAETIS
PECTORA SEMIFERI· ATQ· EXTINCTOS FAUCIB· IGNIS·
EX ILLO CELEBRATUS HONOS· LAETIQ· MINORIS
SERUAUERE DIEM· PRIMUSQ· POTITIUS AUCTOR·
ET DOMUS HERCULEI CUSTOS, PINARIA SACRI·
HANC ARAM LUCO STATUIT· QUAE MAXIMA SEMPER·
DICETUR NOBIS· ET ERIT QUAE MAXIMA SEMPER·
QUARE AGITE O IUUENES TANTARUM IN MUNERE LAUDU~
ET POCULA PORGITE DEXTRIS
CINGITE FRONDE COMAS· FOLIISQ· INNEXA PEPENDIT
E ET SACER INPLEUIT DEXTRAM SCHYPUS· OCIUS OMNES
IN MENSAM LAETI LIBANT· DIUOSQ· PRECANTUR·
DEUEXO INTEREA PROPIOR FIT UESPER OLYMPO·
IAMQ· SACERDOTES. PRIMUSQ· POTITIUS IBANT·
PELLIB' IN MOREM CINCTI· FLAMMASQ· FEREBANT·
INSTAURANT EPULAS· ET MENSAE GRATA SECUNDAE
DONA FERUNT· CUMULANTQ· ONERATIS LANCIB· ARAS·
TUM SALII ✝ AD CANTUS· INCENSA ALTARIA CIRCUM·
POPULEIS ADSUNT EUINCTI TEMPORA RAMIS·
HIC IUUENUM CHORUS, ILLE SENUM· QUI CARMINE LAUDES
HERCULEAS· ET FACTA FERUNT· UT PRIMA NOUERCAE
MONSTRA MANU· GEMINOSQ· PREMENS ELISERIT ANGUES·
UT BELLO EGREGIAS IDEM DISIECERIT URBES·
TROIAMQ· OECHALIAM· & DUROS MILLE LABORIS
REGE SUB EURYSTHEO· FATIS IUNONIS INIQUAE
PERTULERIT· TU NUBIGENAS INUICTE BIMEMBRIS·
HYLAEUMQ·. PHOLUMQ· MANU TU CRESIA MACTAS

B COMMUNEMQ· UOCATE DEUM ET DATE UINEA UOLENTES
C DIXERAT HERCULEA BICOLOR CUM POPULUS UMBRA
D UELABITQ· COMAS FOLIISQ· INNEXA PEPENDIT·

PRODIGIA· ET UASTUM NEMAEA SUB RUPE LEONEM·
TE STYGII TREMUERE LACUS· TE IANITOR ORCI·
OSSA SUPER RECUBANS· ANTRO SEMESA CRUENTO·
NEC TE ULLAE FACIES, NON TERRUIT IPSE TYPHOEUS·
ARDUUS ARMA TENENS· NON TE RATIONIS EGENTẼ·
LAERNEUS TURBA CAPITUM CIRCUMSTETIT ANGUIS·
SALUE UERA IOUIS PROLES· DECUS ADDITE DIUIS·
ET NOS, ET TUA DEXTER· ADI· PEDE· SACRA SECUNDO·
TALIA CARMINIB· CELEBRANT· SUPER OMNIA CACI
SPELUNCAM ADICIUNT· SPIRANTEMQ· IGNIB· IPSUM·
CONSONAT OMNE NEMUS STREPITU· COLLESQ· RESULTÃN·
EXIM SE CUNTI· DIUINIS REBUS AD URBEM
PERFECTIS REFERUNT· IBAT REX OBSITUS AEUO·
ET COMITEM AENEAN IUXTA· NATUMQ· TENEBAT
INGREDIENS· UARIOQ· UIAM SERMONE LEUABAT·
MIRATUR· FACILISQ· OCULOS· FERT OMNIA CIRCUM
AENEAS· CAPITURQ· LOCIS· ET SINGULA LAETUS·
EXQUIRITQ·. AUDITQ· UIRUM MONIMENTA PRIORŨ·
TUM REX EUANDRUS· ROMANAE CONDITOR ARCIS·
HAEC NEMORA· INDIGENAE FAUNI· NYMPHAEQ· TENEBÃN·
GENSQ· UIRUM TRUNCIS, ET DURO ROBORE NATA·
QUIS NEQ· MOS· NEQ· CULTUS ERAT· NEC IUNGERE TAUROS
AUT COMPONERE OPES NORANT· AUT PARCERE RAPTO·
SED RAMI· ATQ· ASPER UICTU UENATUS ALEBAT·
PRIMUS AB AETHERIO UENIT SATURNUS OLYMPO·
ARMA IOUIS FUGIENS· ET REGNIS EXUL ADEMPTIS·
IS GENUS INDOCILE AC DISPERSUM MONTIB· ALTIS
COMPOSUIT· LEGESQ· DEDIT· LATIUMQ· UOCARI
MALUIT, HIS QUONIAM LATUISSET TUTUS IN ORIS·

AUREA QUAE PERHIBENT· ILLO SUB REGE FUERE,
SAECULA· SIC PLACIDA POPULOS IN PACE REGEBAT·
DETERIOR· DONEC PAULATIM AC DECOLOR AETAS·.
ET BELLI RABIES· ET AMOR SUCCESSIT HABENDI·
TUM MANUS AUSONIA, ET GENTES UENERE SICANAE
SAEPIUS· ET NOMEN POSUIT SATURNIA TELLUS·
TUM REGES· ASPERQ; IMMANI CORPORE THYBRIS·
A QUO, POST ITALI FLUUIUM COGNOMINE THYBRIM
DIXIMUS· AMISIT UERUM UETUS ALBULA NOMEN·
ME PULSUM PATRIA· PELAGIQ; EXTREMA SEQUENTEM·
FORTUNA OMNIPOTENS· ET INELUCTABILE FATUM·
HIS POSUERE LOCIS· MATRISQ; EGERE TREMENDA·
CARMENTIS NYMPHAE MONITA· ET DEUS AUCTOR APOLLO;
UIX EA DICTA· DEHINC PROGRESSUS MONSTRAT· ET ARMA̅·
ET CARMENTALEM ROMANI NOMINE PORTAM·
QUAM MEMORANT NYMPHAE PRISCUM CARMENTIS HONORE̅·
UATIS FATIDICAE, CAECINIT QUAE PRIMA FUTUROS·
AENEADAS MAGNOS· ET NOBILE PALLANTEUM·
HINC LUCUM INGENTEM· QUEM ROMULUS ACER ASASYLU̅
RETTULIT·ET GELIDA MONSTRAT ~~ARGILETI~~ SUB RUPE LUPERCAL·
PARRHASIO DICTAM· PANOS DE MORE LYCAEI·
NECNON ET SACRI MONSTRAT NEMUS ARGILETI·
TESTATURQ; LOCUM· ET LAETUM DOCET HOSPITIS ARGI·
HINC AD TARPEIAM ~~ET~~ SAEDEM· ET CAPITOLIA DUCIT·
AUREA NUNC· OLIM SILUESTRIB· HORRIDA DUMIS·
IAM TUM RELIGIO PAUIDOS TERREBAT AGRESTIS
DIRA LOCI· IAM TUM SILUAM· SAXUMQ; TENEBANT·
HOC NEMUS, HUC INQUIT FRONDOSO UERTICE COLLEM·
QUIS DEUS INCERTU EST, HABITAT DEUS· ARCADES IPSU̅·

CREDUNT SE UIDISSE IOUEM· CUM SAEPE NIGRANTEM·
AEGIDA CONCUTERET DEXTRA· NIMBOSQ· CIERET·
HAEC DUO PRAETEREA· DISIECTIS OPPIDA MURIS·
RELIQUIAS UETERUMQ· UIDES MONIMENTA UIRORUM·
HANC IANUS PATER· HANC SATURNUS CONDIDIT ARCEM·
IANICULUM HUIC ILLI FUERAT SATURNIA NOMEN·
TALIBUS INTER SE DICTIS· AD TECTA SUBIBANT
PAUPERIS EUANDRI· PASSIMQ· ARMENTA UIDEBANT·
ROMANOQ· FORO ET LATIS MUGIRE CARINIS·
UT UENTUM AD SEDES: HAEC INQUIT LIMINA UICTOR
ALCIDES SUBIT. HAEC ILLUM REGIA CEPIT·
AUDE HOSPES CONTEMNERE OPES· ET TE QUOQ· DIGNU·
FINGE DEO· REB·Q· UENI NON ASPER EGENIS·
DIXIT· ET ANGUSTI SUBTER FASTIGIA TECTI·
INGENTEM AENEAN DUXIT· STRATISQ· LOCAUIT·
EFFULTUM FOLIIS· ET PELLE LIBYSTIDIS URSAE·
NOX RUIT ET FUSCIS TELLUREM AMPLECTITUR ALIS·
AT UENUS HAUD ANIMO NEQUIQUAM EXTERRITA MATER·
LAURENTUMQ· MINIS ET DURO MOTA TUMULTU·
UOLCANUM ADLOQUITUR· THALAMOQ· HAEC CONIUGIS AURO
INCIPIT· ET DICTIS DIUINUM ADSPIRAT AMOREM·
DUM BELLO ARGOLICI UASTABANT PERGAMA REGES
DEBITA· CASURASQ· INIMICIS IGNIB· ARCES
NON ULLUM AUXILIUM MISERIS NON ARMA ROGAUI
ARTIS OPISQ· TUAE· NEC TE CARISSIME CONIUNX·
INCASSUMQ· TUOS UOLUI EXERCERE LABORES·
QUAMUIS ET PRIAMI DEBEREM PLURIMA NATIS·
ET DURUM AENEAE FLEUISSEM SAEPE LABOREM·
NUNC IOUIS IMPERIIS, RUTULORUM CONSTITIT ORIS

ERGO EADEM SUPPLEX UENIO· ET SANCTUM MIHI NUMĒ·
ARMA ROGO, GENETRIX NATO· TE FILIA NEREI·
TE POTUIT LACRIMIS· TITHONIA FLECTERE CONIUNX·
ASPICE QUI COEANT POPULI· QUAE MOENIA CLAUSIS
FERRUM ACUANT PORTIS· IN ME EXCIDIUMQ: MEORŪ·
DIXERAT· ET NIUEIS· HINC ATQ: HINC DIUA LACERTIS·
CUNCTANTEM· AMPLEXU MOLLI FOUET· ILLE REPENTE
ACCEPIT SOLITAM FLAMMAM· NOTUSQ: MEDULLAS
INTRAUIT CALOR· ET LABEFACTA PER OSSA CUCURRIT·
HAUT SECUS· ATQ: OLIM TONETRUM CUM RUPTA CORUSCO
IGNEA RIMA MICANS PERCURRIT LUMINE NIMBOS·
SENSIT LAETA DOLIS' ET FORMAE CONSCIA CONIUNX·
TUM PATER AETERNO FATUR DEUINCTUS AMORE·
QUIT CAUSAS PETIS EX ALTO· FIDUCIA CESSIT
QUAE TIBI DIUA MEI· SIMILIS SI CURA FUISSET·
TUM QUOQ: FAS NOBIS TEUCROS ARMARE FUISSENT·
NEC PATER OMNIPOTENS TROIAM· NEC FATA UETABANT
STARE· DECEMQ: ALIOS PRIAMUM SUPERESSE PER ANNOS·
ET NUNC SI BELLARE PARAS· ATQ: HAEC TIBI MENS EST·
QUITQUIT IN ARTE MEA POSSUM PROMITTERE CURAE·
QUOD FIERI FERRO· LIQUIDOUE POTEST ELECTRO·
QUANTUM IGNES ANIMAEQ: UALENT· ABSISTE PRAECANDO·
UIRIB· INDUBITARE TUIS· EA UERBA LOCUTUS·
OPTATOS DEDIT AMPLEXUS· PLACIDUMQ: PETIUIT
CONIUGIS INFUSUS GREMIO, PER MEMBRA SOPOREM·
INDE UBI PRIMA QUIES· MEDIO IAM NOCTIS ABACTAE
CURRICULO· EXPULERAT SOMNUM, CUM FEMINA PRIMŪ·
CUI TOLERARE COLO UITAM· TENUIQ: MINERUA
INPOSITUM CINEREM· ET SOPITOS SUSCITAT IGNES

NOCTEM ADDENS OPERI· FAMULASQ· AD LUMINA LONGO
EXERCENS PENSO· CASTUM UT SERUARE CUBILE
CONIUGIS, ET POSSIT PARUOS EDUCERE NATOS·
HAUD SECUS IGNIPOTENS· NEC TEMPORE SEGNIOR ILLO:
MOLLIB· E STRATIS: OPERA AD FABRILIA SURGIT:
INSULA SICANIUM IUXTA LATUS· AEOLIAMQ·
ERIGITUR LIPAREN· FUMANTIB· ARDUA AXIS·
QUAM SUBTER SPECUS· ET CYCLOPUM EXESA CAMINIS
ANTRA AETNEA TONANT· UALIDIQ· INCUDIB· ICTUS
AUDITI REFERUNT GEMITUS· TRIDENTQ· CAUERNIS·
STRICTURAE CHALYBUM· ET FORNACIB· IGNIS ANHELAT·
UOLCANI DOMUS· ET UOLCANIA NOMINE TELLUS·
HOC TUNC IGNIPOTENS CAELO DESCENDIT AB ALTO·
FERRUM EXERCEBANT UASTO CYCLOPES IN ANTRO·
BRONTESQ: STEROPESQ·. ET NUDUS MEMBRA PYRAGMON·
HIS INFORMATUM MANIB·. IAM PARTE POLITA·
FULMEN ERAT· TOTO GENITOR QUAE PLURIMA CAELO
DEICIT IN TERRAS· PARS INPERFECTA MANEBAT·
TRIS IMBRIS TORTI RADIOS· TRIS NUBIS AQUOSAE
ADDIDERANT· RUTULI TRIS IGNIS ET ALITIS AUSTRI·
FULGORES NUNC TERRIFICOS· SONITUMQ· METUMQ·
MISCEBANT OPERI· FLAMMISQ· SEQUACIB· IRAS·
PARTE ALIA· MARTI CURRUMQ·. ROTASQ· UOLUCRES·
INSTABANT· QUIB· ILLE UIROS· QUIB· EXCITAT URBIS·
AEGIDAQ· HORRIFERAM TURBATAE PALLIDIS ARMA·
CERTATIM SQUAMIS SERPENTUM· AUROQ· POLIBANT·
CONEXOSQ· ANGUIS· IPSAMQ· IN PECTORE DIUAE
GORGONA· DESECTO UERTENTEM LUMINA COLLO·
TOLLITE CUNCTA INQUIT, COEPTOSQ· AUFERTE LABORES·

AETNAEI CYCLOPES ET HUC ADUERTITE MENTEM·
ARMA ACRI FACIENDA UIRO· NUNC UIRIB USUS·
NUNC MANIB· RAPIDIS· OMNI NUNC ARTE MAGISTRA·
PRAECIPITATE MORAS· NEC PLURA EFFATUS· AT ILLI
OCIUS INCUBUERE OMNES· PARITERQ· LABOREM
SORTITI· FLUIT AES RIUIS· AURIQ· METALLUM·
UOLNIFICUSQ· CALYBS· UASTA FORNACE LIQUESCIT·
INGENTEM CLIPEUM INFORMANT· UNUM OMNIA COÑRA
TELA LATINORUM· SEPTENOSQ· ORBIB·, ORBES
IMPEDIUNT· ALII UENTOSIS FOLLIB· AURAS
ACCIPIUNT REDDUNTQ· ALII STRIDENTIA TINGUNT
AERA LACU· GEMIT INPOSITIS INCUDIB· ANTRUM·
ILLI INTER SESE MULTA UI BRACCHIA TOLLUNT
INNUMERUM· UERSANTQ· TENACI FORCIPE MASSAM·
HAEC PATER AEOLIIS PROPERAT DUM LEMNIUS ORIS·
EUANDRUM EX HUMILI TECTO LUX SUSCITAT ALMA·
ET MATUTINI UOLUCRUM SUB CULMINE CANTUS·
CONSURGIT SENIOR· TUNICAQ· INDUCITUR ARTUS·
T̄E TYRRHENA PEDUM CIRCUMDAT UINCULA PLANTIS·
TUM LATERI ATQ· UMERIS TEGEUM SUBLIGAT ENSEM·
DEMISSA AB LAEUA PANTHERAE TERGA RETORQUENS·
NECNON ET GEMINI CUSTODES LIMINE AB ALTO
PRAECEDUNT· GRESSUMQ· CANES COMITANTUR ERILEM·
HOSPITIS AENEAE SEDEM· ET SECRETA PETEBAT·
SERMONUM MEMOR ET PROMISSI MUNERIS HEROS·
NEC MINUS AENEAS SE MATUTINUS AGEBAT·
FILIUS HUIC PALLAS· ILLI COMES IBAT ACHATES·
CONGRESSI IUNGUNT DEXTRAS MEDIISQ· RESIDUNT
AEDIB· ET LICITO TANDEM SERMONE FRUUNTUR·

REX PRIOR HAEC'

MAXIME TEUCRORUM DUCTOR· QUO SOSPITE NUMQUA-
RES EQUIDEM TROIAE UICTAS, AUT REGNA FATEBOR
NOBIS AT BELLI AUXILIUM· PRO NOMINE TANTO
EXIGUAE UIRES. HINC TUSCO CLAUDIMUR AMNI
HINC RUTULUS PREMIT' ET MURUM CIRCUMSONAT ARMIS·
SED TIBI EGO INGENTIS POPULOS, OPULENTAQ· REGNIS
IUNGERE CASTRA PARO· QUAM FORS INOPINA SALUTE·
OSTENTAT· FATIS HUC TE POSCENTIB· ADFERS'
HAUD PROCUL HINC SAXO INCOLITUR FUNDATA UETUSTO·
URBIS AGYLLINAE SEDES· UBI LYDIA QUONDAM
GENS BELLO PRAECLARA, IUGIS INSEDIT ETRUSCIS'
HANC MULTOS FLORENTEM ANNOS· REX DEINDE SUPERBO
IMPERIO· ET SEUIS TENUIT MEZZENTIUS ARMIS'
QUID MEMOREM INFANDAS CAEDES· QUID FACTA TYRANNI
EFFERA· DI, CAPITI IPSIUS GENERIQ· RESERUENT'
MORTUA QUIN ETIAM IUNGEBAT CORPORA UIUIS
COMPONENS, MANIB·Q· MANUS· ATQ· ORIB· ORA·
TORMENTI GENUS· ET SANIE TABOQ· FLUENTES·
COMPLEXU IN MISERO· LONGA SIC MORTE NECABAT·
AB FESSI TANDEM CIUES· INFANDA FURENTEM
ARMATI CIRCUMSISTUNT IPSUMQ·. DOMUMQ·
OBTRUNCAT SOCIOS· IGNEM AD FASTIGIA IACTANT'
ILLE INTER CAEDEM RUTULORUM ELAPSUS IN AGROS
CONFUGERE· ET TURNI DEFENDIER HOSPITIS ARMIS·
ERGO OMNIS FURIIS SURREXIT ETRURIA IUSTIS.
REGEM AD SUPPLICIUM PRAESENTI MARTE REPOSCUNT·
HIS EGO TE AENEA DUCTOREM MILIBUS ADDAM·
TOTO NAMQ· FREMUNT CONDENSAE LITORE PUPPES·

SIGNAQ· FERRE IUBENT· RETINET LONGAEUS HARUSPEX·
FATA CANENS O MAEONIAE DELECTA IUUENTUS·
FLOS UETERUM, UIRTUSQ· UIRUM· QUOS IUSTUS IN HOSTEM
FERT DOLOR· ET MERITA ACCENDIT MEZENTIUS IRA·
NULLI FAS ITALO TANTAM SUBIUNGERE GENTEM·
EXTERNOS OPTATE DUCES· TUM ETRUSCA RESEDIT
HOC ACIES CAMPO, MONITIS EXTERRITA DIUUM·
IPSE ORATORES AD ME REGNIQ· CORONAM
CUM SCEPTRO MISIT· MANDATQ· INSIGNIA TARCHON·
SUCCEDAM CASTRIS· TYRRHENAQ· REGNA CAPESSAM
SED MIHI TARDA GELU· SECLISQ· EFFETA SENECTUS·
INUIDET INPERIUM· SERAEQ· AD FORTIA UIRES·
NATUM EXHORTARER· NI MIXTUS MATRE SABELLA·
HINC PATREM PATRIAE TRAHERET· TU CIUS ET ANNNIS,
ET GENERI FATA INDULGENT· QUEM NUMINA POSCUNT·
INGREDERE O TEUCRUM ATQ· ITALUM FORTISSIME DUCTOR·
HUNC TIBI PRAETEREA· SPES ET SOLACIA NOSTRI
PALLANTA ADIUNGAM· SUB TE TOLERARE MAGISTRO
MILITIAM· ET GRAUE MARTIS OPUS· TUA CERNERE FACTA
ADSUESCAT· PRIMIS ET TE MIRETUR AB ANNIS·
ARCADAS HUIC EQUITES· BIS CENTUM· ROBORA PUBES
LECTA DABO· TOTIDEMQ· SUO SIBI NOMINE PALLAS·
UIX EA FATUS ERAT· DEFIXIQ· ORA TENEBANT·
AENEAS ANCHISIADES ET FIDUS ACHATES·
MULTAQ· DURA SUO TRISTI CUM CORDE PUTABANT·
NI SIGNUM CAELO CYTHEREA DEDISSET APERTO·
NAMQ· INPROUISO UIBRATUS AB AETHERE FULGOR
CUM SONITU UENIT· ET RUERE OMNIA UISA REPENTE·
TYRRHENUSQ· TUBAE MUGIRE PER AETHERA CLANGOR·

SUSPICIUNT· ITERUM ATQ· ITERUM FRAGOR INCREPAT INGENS·
ARMA INTER NUBEM· CAELI· [IN] REGIONE SERENA·
PER SUDUM RUTILARE UIDENT· ET PULSA TORARE[N]·
OBSTIPUERE ANIMIS ALII· SED TROIUS HEROS·
AGNOUIT SONITUM· ET DIUAE PROMISSA PARENTIS·
TUM MEMORAT NE UERO HOSPES· NE QUAERE PROFECTO·
QUEM CASUM PORTENTA FERANT· EGO POSCOR OLYMPO·
HOC SIGNUM CECINIT MISSURAM DIUA (CREATRIX·
SI BELLUM INGRUERET· UULCANIAQ· ARMA PER AURAS
LATURAM AUXILIO·
HAEU QUANTAE MISERIS CAEDES LAURENTIB· INSTAT·
QUAS POENAS MIHI TURNE DABIS QUAM MULTA SUB UNDAS
SCUTA UIRUM GALEASQ· ET FORTIA CORPORA UOLUES
THYBRI PATER· POSCANT ACIES ET FOEDERA RUMPANT·
HAEC UBI DICTA DEDIT· SOLIO SE TOLLIT AB ALTO·
ET PRIMUM HERCULEIS SOPITAS IGNIB· ARAS
EXCITAT· ESTERNUMQ· LAREM· PARUOSQ· PENATES
LAETUS ADIT· MACTANT LECTAS DE MORE BIDENTIS·
EUANDRUS PARITER· PARITER TROIANA IUUENTUS·
POST HINC AD NAUIS GRADITUR· SOCIOSQ· REUISIT·
QUORUM DE NUMERO, QUI SESE IN BELLA SEQUANTUR
PRAESTANS[TE] UIRTUTE LEGIT· PARS CETERA PRONA
FERTUR AQUA· SEGNISQ· SECUNDO DEFLUIT A[M]NIS
NUNTIA UENTURA ASCANIO· RERUMQ· PATRISQ·
DANTUR EQUI TEUCRIS· TYRRHENA PETENTIB· ARUA·
DUCUNT EXSORTEM AENEAE· QUEM FULUA LEONIS
PELLIS OBIT TOTUM· PRAEFULGENS UNGUIB· AUREIS·
FAMA UOLAT, PARUAM SUBITO UOLGATA PER URBEM
OCIUS IRE EQUITES TYRRHENI AD LITORA REGIS·

UOTA METU DUPLICANT MATRES· PROPIUSQ· PERICLO
IT TIMOR· ET MAIOR MARTIS· IAM APPARET IMAGO·
TUM PATER EUANDRUS. DEXTRAM COMPLEXUS EUNTIS·
HAERET· INEXPLETUS LACRIMIS· AC TALIA FATUR·
O MIHI PRAETERITOS REFERAT SI IUPPITER ANNOS·
QUALIS ERAM· CUM PRIMAM ACIEM PRAENESTE SUB IPSA
STRAUI· SCUTORUMQ· INCENDI UICTOR ACERUOS·
ET REGEM [H]AC, ERYLUM DEXTRA SUB TARTARA MISI·
NASCENTI CUI TRIS ANIMAS· FERONIA MATER·
HORRENDUM DICTU DEDERAT· TERNA ARMA MOUENDA·
TER LETO STERNENDUS ERAT· CUI TUNC TAMEN OMNIS
ABSTULIT HAEC ANIMAS DEXTRA·ET TOTIDEM EXSUIT ARMIS·
NON EGO NUNC DULCI AMPLEXU DIUELLERER USQUAM
NATE TUO· NEQ· FINITIMO MEZZENTIUS UMQUAM·
HUIC CAPITI INSULTANS· TOT FERRO SAEUA DEDISSET
FUNERA· TAM MULTIS UIDUASSET CIUIB· URBEM·
A[T]D UOS O SUPERI, ET DIUOM TU MAXIME RECTOR
IUPPITER· ARCADII QUAESO MISERESCITE REGIS·
ET PATRIAS AUDITE PRECES· SI NUMINA UESTRA
INCOLUMEM PALLANTA MIHI· SI FATA RESERUANT·
SI UISURU[S]M EUM· UIUO· ET UENTURUS IN UNUM·
UITAM ORO· PATIOR QUEMUIS DURARE LABOREM·
SIN ALIQUEM INFANDUM CASUM FORTUNA MINARIS
NUNC NUNC Ó LICEAT CRUDELEM ABRUMPERE UITAM·
DUM CURAE AMBIGUAE DUM SPES INCERTA FUTURI·
DUM TE CARE PUER· MEA SOLA ET SERA UOLUPTAS·
CONPLEXU[S] TENEO· GRAUIOR NEU NUNTIUS AURIS
UOLNERET. HAEC GENITOR DIGRESSU [D I C] MAESTA SUPREMO
FUNDEBAT· FAMULI CONLAPSUM IN TECTA FEREBANT·

.*

IAMQ· ADEO EXIERAT PORTIS EQUITATUS APERTIS·
AENEAS INTER PRIMOS ET FIDUS ACHATES·
INDE ALII TROIAE PROCERES· IPSE AGMINE PALLAS
IN MEDIO CLAMYDE ET PICTIS CONSPECTUS IN ARMIS·
QUALIS. UBI OCEANI PERFUSUS LUCIFER UNDA.
QUEM UENUS ANTE ALIOS ASTRORUM DILIGIT IGNIS.
EXTULIT OS SACRUM CAELO. TENEBRASQ· RESOLUIT·
STANT PAUIDAE IN MURIS MATRES. OCULISQ· SEQUUNTUR
PULUEREAM NUBEM. ET FULGENTIS AERE CATERUAS·
OLLI PER DUMOS. QUA PROXIMA META UIARUM.
ARMATI TENDUNT· IT CLAMOR. ET AGMINE FACTO
QUADRUPEDANTE PUTREM SONITU QUATIT UNGULA CAMPUM·
EST INGENS GELIDUM LUCUS PROPE CHERITIS AMNEM.
RELIGIONE PATRUM LATE SACER· UNDIQ· COLLES
INCLUSERE CAUI. ET NIGRA NEMUS ABIETE CINGUNT·
SILUANO FAMA EST UETERES SACRASSE PELASGOS.
ARUORUM PECORISQ· DEO. LUCUMQ· DIEMQ·
QUI PRIMI FINIS ALIQUANDO HABUERE LATINOS·
HAUD PROCUL HINC TARCHO ET TYRRHENI TUTA TENEBANT
CASTRA LOCIS. CELSOQ· OMNIS DE COLLE UIDERI.
IAM POTERAT LEGIO. ET LATIS TENDEBAT IN ARUIS·
HUC PATER AENEAS. ET BELLO LECTA IUUENTUS
SUCCEDUNT. FESSIQ· ET EQUOS ET CORPORA CURANT·
AT UENUS AETHERIOS INTER DEA CANDIDA NIMBOS
DONA FERENS ADERAT· NATUMQ· IN UALLE REDUCTA
UT PROCUL EGELIDO SECRETUM FLUMINE UIDIT.
TALIBUS ADFATA EST DICTIS. SEQ· OBTULIT ULTRO.
EN PERFECTA MEI PROMISSA CONIUGIS ARTE
MUNERA· NE MOX AUT LAURENTIS. NATE. SUPERBOS

* *

AUT ACREM DUBITES IN PROELIA POSCERE TURNUM·
DIXIT. ET AMPLEXUS NATI CYTHEREA PETIUIT·
ARMA SUB ADUERSA POSUIT RADIANTIA QUERCU·
ILLE DEAE DONIS ET TANTO LAETUS HONORE
EXPLERI NEQUIT. ATQ· OCULOS PER SINGULA UOLUIT.
MIRATURQ· INTERQ· MANUS ET BRACCHIA UERSAT
TERRIBILEM CRISTIS GALEAM FLAMMASQ· UOMENTEM.
FATIFERUMQ· ENSEM. LORICAM EX AERE RIGENTEM.
SANGUINEAM. INGENTEM· QUALIS. CUM CAERULA NUBES
SOLIS INARDESCIT RADIIS. LONGEQ· REFULGET·
TUM LEUIS OCREAS ELECTRO AUROQ· RECOCTO
HASTAMQ· ET CLIPEI NON ENARRABILE TEXTUM·
ILLIC RES ITALAS. ROMANORUMQ· TRIUMPHOS.
HAUD UATUM IGNARUS UENTURIQ· INSCIUS AEUI
FECERAT IGNIPOTENS· ILLIC GENUS OMNE FUTURAE
STIRPIS AB ASCANIO. PUGNATAQ· IN ORDINE BELLA·
FECERAT ET UIRIDI FETAM MAUORTIS IN ANTRO
PROCUBUISSE LUPAM· GEMINOS HUIC UBERA CIRCUM
LUDERE PENDENTIS PUEROS. ET LAMBERE MATREM
INPAUIDOS· ILLAM TERETI CERUICE REFLEXAM
MULCERE ALTERNOS· ET CORPORA FINGERE LINGUA·
NEC PROCUL HINC ROMAM. ET RAPTAS SINE MORE SABINAS·
CONSESSU CAUEAE. MAGNIS CIRCENSIB· ACTIS.
ADDIDERAT. SUBITOQ· NOUUM CONSURGERE BELLUM
ROMULIDIS. TATIOQ· SENI CURIBUSQ· SEUERIS
POST IDEM INTER SE POSITO CERTAMINE REGES
ARMATI IOUIS ANTE ARAM. PATERASQ· TENENTES
STABANT. ET CAESA IUNGEBANT FOEDERA PORCA·
HAUD PROCUL INDE.CITAE METIUM IN DIUERSA QUADRIGAE

DISTULERANT· AT TU DICTIS ALBANE MANERES·
RAPTABATQ· UIRI MENDACIS UISCERA TULLUS
PER SILUAM· ET SPARSI RORABANT SANGUINE UEPRES·
NECNON TARQUINIUM EIECTUM PORSENNA IUBEBAT
ACCIPERE· INGENTIQ· URBEM OBSIDIONE PREMEBAT·
AENEADE IN FERRUM PRO LIBERTATE RUEBANT·
ILLUM INDIGNANTI SIMILEM· SIMILEMQ· MINANTI
ASPICERES· PONTEM AUDERET QUIA UELLERE COCHIES·
ET FLUUIUM UINCLIS INNARET CLOELIA RUPTIS·
IN SUMMO CUSTOS TARPEIAE MANLIUS ARCIS·
STABAT PRO TEMPLO· ET CAPITOLIA CELSA TENEBAT·
ROMULEOQ· RECENS HORREBAT REGIA CULMO·
ATQ· HIC AURATIS UOLITANS ARGENTEUS ANSER·
PORTICIB·, GALLOS IN LIMINE ADESSE CANEBAT·
GALLI PER DUMOS ADERANT· ARCEMQ· TENEBANT·
DEFENSI TENEBRIS· ET DONO NOCTIS OPACAE·
AUREA CAESARIES OLIS· ATQ· AUREA UESTIS·
UIRGATIS LUCEN SAGULIS· TUM LACTEA COLLA
AURO INNECTUNTUR· DUO QUISQ· ALPINA CORUSCANT
GESSA MANU· SCUTIS PROTECTI CORPORA LONGIS·
HIC EXULTANTES SALIOS· NUDOSQ· LUPERCOS·
LANIGEROSQ· APICES· ET LAPSA ANCILIA CAELO
EXTUDERAT· CASTAE DUCEBANT SACRA PER URBEM·
PILENIS MATRES IN MOLLIB·. HINC PROCUL ADDIT
TARTAREAS ETIAM SEDES· ALTA OSTIA DITIS·
ET SCELERUM POENAS· ET TE CATILLINA MINACI
PENDENTEM SCOPULO· FURIARUMQ· ORA TREMENTE·
SECRETOSQ· PIOS HIS DANTEM IURA CATONEM·
HAEC INTER· TUMIDI LATE MARIS IBAT IMAGO

[A]RUREA SED FLUCTU SPUMABAT CAERULA CANO·
ET CIRCUM ARGENTO CLARI DELPHINES IN ORBEM·
AEQUORA UERREBANT CAUDIS· AESTUMQ· SECABANT·
IN MEDIO CLASSIS [A]ERATAS· ACTIA BELLA
CERNERE ERAT· TOTUMQ· INSTRUCTO MARTE UIDERES
FERUERE LEUCATEN· AUROQ· EFFULGERE FLUCTUS·
HINC AUGUSTUS· AGENS ITALOS IN PROELIA CAESAR·
CUM PATRIB: POPULOQ· PENATIB: ET MAGNIS DIS·
STANS CELSA IN PUPPI· GEMINAS CUI TEMPORA FLAMMAS
LAETA UOL[M]UNT· PATRIUMQ· APERITUR A UERTICE SIDUS·
PARTE ALIA, UENTIS ET DIS AGRIPPA SECUNDIS·
ARDUUS AGMEN AGENS· CUI BELLI INSIGNE SUPERBUM·
TEMPORA NAUALI FULGENT ROSTRATA CORONA·
HINC OPE BARBARICA· UARIISQ· ANTONIUS ARMIS·
UICTOR AB AURORAE POPULIS· ET LITORE RUBRO·
AEGYPTUM· UIRESQ· ORIENTIS· ET ULTIMA SECUM
BACTRA UEHIT· SEQUITURQ· NEFAS AEGYPTIA CONIUNX·
UNA OMNES RUERE· AC TOTUM SPUMARE REDUCTIS·
CONUOLSUM REMIS. ROSTRISQ· TRIDENTIB· AEQUOR·
ALTA PETUNT· PELAGO CREDAS INNARE REUOLSAS
CYCLADAS· AUT MONTES CONCURRERE MONTIB· ALTOS·
TANTA MOLE UIRI· TURRITIS PUPPIB· INSTANT·
STUPPEA FLAMMA MANU· TELLISQ· UOLATILE FERRU·
SPARGITUR· ARUA NOUA NEPTUNIA CAEDE RUBESCUNT·
REGINA IN MEDIIS· PATRIO UOCAT AGMINA SISTRO·
NEC DUM ETIAM GEMINOS A TERGO RESPICIT ANGUIS·
[OM]NIGENUMQ· DEUM MONSTRA· ET LATRATOR ANØBIS·
CONTRA NEPTUNUM· ET UENEREM· CONTRAQ· MINERUA
TELA TENENT· SAEUIT MEDIO IN CERTAMINE MAUORS·

CAELATUS FERRO· TRISTESQ· EX AETHERE DIRRE·
ET SCISSA GAUDENS UADIT DISCORDIA PALLA·
QUAM CUM SANGUINEO SEQUITUR BELLONA FLAGELLO·
ACTIUS HAEC CERNENS· ARCUM INTENDEBAT APOLLO
DESUPER· OMNIS EO TERRORE AEGYPTUS· ET INDI·
OMNIS ARABS· OMNES UERTEBANT TERGA SABAEI·
IPSA UIDEBATUR UENTIS REGINA UOCATIS
UELA DARE· ET LAXOS IAM IAMQ· INMITTERE FUNES·
ILLAM INTER CAEDES· PALLENTEM MORTE FUTURA·
FECERAT IGNIPOTENS UNDIS ET IAPYGE FERRI·
CONTRA AUTEM MAGNO MAERENTEM CORPORE NILU·
PANDENTEMQ· SINUS· ET TOTA UESTE UOCANTEM·
CAERULEUM IN GREMIUM· LATEBROSAQ· FLUMINA UICTOS
AT CAESAR· TRIPLICI INUECTUS ROMANA TRIUMPHO
MOENIA· DIS ITALIS UOTUM IMMORTALE SACRABAT·
MAXIMA TERCENTUM TOTAM DELUBRA PER URBEM
LAETITIA· LUDISQ· UIAE· PLAUSUQ· FREMEBANT·
OMNIB· IN TEMPLIS MATRUM CHORUS· OMNIB· ARAE·
ANTE ARAS· TERRAM CAESI STAUERE IUUENCI&·
IPSE SEDENS NIUEO CANDENTIS LIMINE PHOEBI·
DONA RECOGNOSCIT POPULORUM· APTATQ· SUPERBIS
POSTIB·. INCAEDUNT UICTAE LONGO ORDINE GENTES·
QUAM UARIAE LINGUIS, HABITU TAM UESTIS· ET ARMIS·
HIC NOMADUM GENUS· ET DISCINCTOS MULCIBER AFROS·
HIC LELEGAS· CARASQ·. SAGITTIFEROSQ· GELONOS
FINXERAT· EUPHRATES IBAT IAM MOLLIOR UNDIS·
EXTREMIQ· HOMINUM MORINI RHENUSQ· BICORNIS·
INDOMITIQ· DAHAE· ET PONTEM INDIGNATUS ARAXES·
TALIA PER CLIPEUM UOLCANI· DONA PARENTIS

MIRATUR· RERUMQ· IGNARUS IMAGINE GAUDET·
ATTOLLENS UMERO FLAMMAMQ· ET FATA NEPOTŪ·

·P̄· VERGILI MARONIS

AEN̄· LĪB· VIII EXP̄·

IÑC· LĪB· VIIII FELICITER·

ATQ· EA DIUERSA PENITUS DUM PARTE GERUNTUR.
IRIM DE CAELO MISIT SATURNIA IUNO
AUDACEM AD TURNUM LUCO TUM FORTE PARENTIS.
PILUMNI· TURNUS SACRATA UALLE SEDEBAT·
AD QUEM SIC ROSEO THAUMANTIAS ORE LOCUTA EST·
TURNE, QUOD OPTANTI DIUUM PROMITTERE NEMO
AUDERET· UOLUENDA DIES, EN, ATTULIT ULTRO·
AENEAS· URBE ET SOCIIS· ET CLASSE RELICTA·
SCEPTRA PALATINI· SEDEMQ· PETIT EUANDRI·
NEC SATIS. EXTREMAS CORYTHI PENETRAUIT AD URBES·
LYDORUMQ· MANUM· COLLECTOS ARMAT AGRESTIS·
QUID DUBITAS· NUNC TEMPUS EQUOS. NUNC POSCERE CURRUS·
RUMPE MORAS OMNIS· ET TURBATA ARRIPE CASTRA·
DIXIT· ET IN CAELUM PARIB· SE SUSTULIT ALIS·
INGENTEMQ· FUGA SECUIT SUB NUBIBUS ARCUM·
ADGNOUIT IUUENIS· DUPLICISQ· AD SIDERA PALMAS
SUSTULIT· ET TALI FUGIENTEM EST UOCE SECUTUS·
IRI DECUS CAELI· QUIS TE MIHI NUBIB· ACTAM
DETULIT ++ IN TERRAS· UNDE HAEC TAM CLARA REPENTE
TEMPESTAS· MEDIUM. UIDEO DISCEDERE CAELUM·
PALANTISQ· POLO STELLAS· SEQUAR OMINA TANTA
QUISQUIS IN ARMA UOCAS· ET SIC EFFATUS· AD UNDA
PROCESSIT· SUMMOQ· HAUSIT DE GURGITE LYMPHAS·
MULTA DEOS ORANS· ONERAUITQ· AETHERA UOTIS·
IAMQ· OMNIS CAMPIS EXERCITUS IBAT APERTIS·
DIUES EQUUM· DIUES PICTA UESTIS ET AURI·
MESSAPUS PRIMAS ACIES, POSTREMA COERCENT
TYRRHIDAE ++IUUENES· MEDIO DUX AGMINE TURNUS·
CEU SEPTEM SURGENS SEDATIS OMNIB; ALTUS

PER TACITUM GANGES AUT PINGUI FLUMINE NILUS
CUM REFLUIT CAMPIS ET IAM SE CONDIDIT ALUEO·
HIC SUBITAM NIGRO GLOMERARI PULUERE NUBEM
PROSPICIUNT TEUCRI· AC TENEBRAS INSURGERE CAMPIS·
PRIMUS AB ADUERSA CONCLAMAT MOLE CAICUS·
QUIS GLOBUS O CIUES, CALIGINE UOLUITUR ATRA·
FERTE CITI FERRUM· DATE TELA· ASCENDITE MUROS· alibi SCANDITE
HOSTIS ADEST· HEIA· INGENTI CLAMORE PER OMNIS
CONDUNT SE TEUCRI PORTAS· ET MOENIA CONPLENT·
NAMQ· ITA DISCEDENS. PRAECEPERAT OPTIMUS ARMIS
AENEAS· SI QUA INTEREA FORTUNA FUISSET·
NEU STRUERE AUDERENT ACIEM· NEU CREDERE CAMPO·
CASTRA MODO· ET TUTOS SERUARENT AGGERE MUROS·
ERGO ET SI CONFERRE MANUM PUDOR IRAQ· MONSTRAT·
OBICIUNT PORTAS TAMEN, ET PRAECEPTA FACESSUNT·
ARMATIQ· CAUIS EXSPECTANT URBIB· HOSTEM·
TURNUS UT ANTEUOLANS TARDUM PRAECESSERAT AGME̅·
UIGINTI LECTIS EQUITUM COMITATUS· ET URBI
INPROUISUS ADEST· MACULIS QUEM THRACIUS ALBIS
PORTAT EQUUS· CRISTAQ· TEGIT GALEAM AUREA RUBRA·
ECQUIS ERIT MECUM IUUENIS. QUI PRIMUS IN HOSTE̅·
EN AIT, ET IACULUM INTORQUENS EMITTIT IN AURAS·
PRINCIPIUM PUGNAE· ET CAMPO SESE ARDUUS INFERT·
CLAMOREM EXCIPIUNT SOCII· FREMITUQ· SECUNTUR
HORRISONO. TEUCRUM MIRANTUR INERTIA CORDA·
NON EQUO SE̅ DA̅RE CAMPO NON OBUIA FERRE
ARMA UIROS SET CASTRA FOUERE· HUC TURBIDUS, ATQ· HUC·
LUSTRAT EQUO MUROS· ADITUMQ· PER AUIA QUAERIT·
AC UELUTI PLENO LUPUS INSIDIATUS OUILI·

CUM FREMIT AD CAULAS· UENTOS PERPESSUS ET IMBRES
NOCTE SUPER MEDIA· TUTI SUB MATRIB· AGNI
BALATUM EXERCENT· ILLE ASPER· ET IMPROB· IRA
SAEUIT IN ABSENTIS· COLLECTA FATIGAT EDENDI
EX LONGO RABIES· ET SICCAE SANGUINE FAUCES·
HAUD ALITER· RUTULO MUROS ET CASTRA TUENTI
IGNESCUNT IRAE· DURIS DOLOR OSSIB· ARDET·
QUA TEMTET RATIONE ADITUS· ET QUA UIA CLAUSOS
EXCUTIAT TEUCROS UALLO· ATQ· EFFUNDAT IN AEQUU̅·
CLASSEM QUAE LATERI CASTRORUM ADIUNCTA LATEBAT·
AGGERIB· SAEPTAM CIRCUM· ET FLUUIALIB· UNDIS·
INUADIT· SOCIOSQ· INCENDIA POSCIT OUANTES·
ATQ· MANUM PINU FRAGRANTI FERUIDUS IMPLET·
TUM UERO INCUMBUNT· URGET PRAESENTIA TURNI·
ATQ· OMNIS FACIB PUBES ACCINGITUR ATRIS·
DIRIPUERE FOCOS· PICEUM FERT FUMIDA LUMEN
TAEDA ET COMMIXTAM UOLCANUS AD ASTRA FAUILLA·
QUIS DEUS O MUSAE, TAM SAEUA INCENDIA· TEUCRIS
AUERTIT· TANTOS RATIB· QUIS DEPULIT IGNES·
DICITE· PRISCA FIDES· FACTOS ET FAMA PERENNIS·
TEMPORE QUO PRIMUM PHRYGIA FORMABAT IN IDA
AENEAS CLASSEM· ET PELAGI PETERE ALTA PARABAT·
IPSA DEUM FERTUR GENETRIX BERECYNTHIA· MAGNUM
UOCIB· HIS ADFATA IOUEM· DÝ NATE PETENTI·
QUOD TUA CARA PARENS DOMITO TE POSCIT OLYMPO·
PINEA SILUA MIHI· MULTOS DELECTA PER ANNOS·
LUCUS IN ARCE FUIT SUMMA· QUO SACRA FEREBANT·
NIGRANTI PICEA· TRABIBQ· OBSCURUS ACERNIS·
HAS EGO, DARDANIO IUUENI· CUM CLASSIS EGERET

LAETA DEDI· NVNC SOLLICITAM TIMOR ANXIVS ANGIT
SOLVE METVS· ATQ· HOC PRECIB· SINE POSSE PARENTEM·
NEV CVRSV QVASSATAE VLLO· NEV TVRBINE VENTI
VINCANTVR· PROSIT NOSTRIS IN MONTIB· ORTAS·
FILIVS· HVIC CONTRA TORQVET QVI SIDERA MVNDI·
O GENETRIX· QVO FATA VOCAS· AVT QVIT PETIS ISTIS·
MORTALINE MANV FACTAE· INMORTALE CARINAE
FAS HABEANT· CERTVSQ· INCERTA PERICVLA LVSTRET
AENEAS· CVI TANTA DEO PERMISSA POTESTAS·
IMMO VBI DEFVNCTAE· FINEM PORTVSQ· TENEBVNT
AVSONIOS OLEM· QVAECVMQ· EVASERIT VNDIS·
DARDANIVMQ· DVCEM LAVRENTIA VEXERINT ARVA·
MORTALEM ERIPIAM FORMAM· MAGNIQ· IVBEBO
AEQVORIS ESSE DEAS· QVALIS NEREIA DOTO·
ET GALATEA SECANT SPVMANTEM PECTORE PONTVM·
DIXERAT· IDQ· RATVM STYGII PER FLVMINA FRATRIS·
PER PICE TORRENTIS· ATRAQ· VORAGINE RIPAS
ADNVIT· ET TOTVM NVTV TREMEFECIT OLYMPVM·
ERGO ADERAT PROMISSA DIES· ET TEMPORA PARCAE
DEBITA COMPLERANT· CVM TVRNI INIVRIA MATREM
ADMONVIT· RATIB· SACRIS DEPELLERE TAEDAS·
HIC PRIMVM NOVA LVX OCVLIS OFFVLSIT· ET INGENS
VISVS AB AVRORA CAELVM TRANSCVRRERE NIMBVS·
IDAEIQ· CHORI TVM VOX HORRENDA PER AVRAS
EXCIDIT· ET TROVM RVTVLORVMQ· AGMINA COMPLET·
NE TREPIDATE MEAS TEVCRI DEFENDERE NAVIS·
NEVE ARMATE MANVS· MARIA ANTE EXVRERE TVRNO·
QVAM SACRAS DABITVR PINVS· VOS ITE SOLVTAE·
ITE DEAE PELAGI· GENETRIX IVBET· ET SVA QVAEQ·

CONTINUO PUPPES ΛBRUMPUNT UINCULΛ RIPIS'
DELPHINUMQ: MODO, DEMERSIS ΛEQUORΛ ROSTRIS
IMΛ PETUNT' HINC UIRGINEΛE MIRΛBILE MONSTRU'
REDDUNT SE TOTIDEM FΛCIES· PONTOQ: FERUNTUR'
OBSTIPUERE ΛNIMI RUTULIS· CONTERRITUS IPSE
TURBΛTIS MESSΛPUS EQUIS·. CUNCTΛTUR ET ΛMNIS
RΛUCΛ SONΛNS· REUOCΛTQ: PEDEM TIBERINUS ΛB ΛLTO·
ΛT NON ΛUDΛCI TURNO FIDUCIΛ CESSIT·
ULTRO ΛNIMOS TOLLIT DICTIS· ΛTQ: INCREPΛT ULTRO
TROIΛNOS HΛEC MONSTRΛ PETUNT' HIS IUPPITER IPSE
ΛUXILIUM SOLITUM ERIPUIT· NON TELΛ· NEQ: IGNES
EXSPECTΛNS RUTULOS' ERGO MΛRIΛ INUIΛ TEUCRIS·
NEC SPES ULLΛ FUGΛE· RERUM PΛRS ΛLTERΛ ΛDEMPTΛ EST'.
TERRΛ ΛUTEM IN NOSTRIS MΛNIB·. TOT MILIΛ GENTIS
ΛRMΛ FERUNT ITΛLΛE· NIHIL ME FΛTΛLIΛ TERRENT·
SI QUΛ PHRYGES PRΛE SE IΛCTΛNT RESPONSΛ DEORU'
SΛT FΛTIS UENERIQ· DΛTUM· TETIGERE QUOD ΛRUΛ
FERTILIS ΛUSONIΛE TROES· SUNT ET MEΛ CONTRΛ
FΛTΛ MIHI· FERRO SCELERΛTΛM EXCINDERE GENTEM'
CONIUGE PRΛEREPTΛ· NEC SOLOS TΛNGIT ΛTRIDΛS
ISTE DOLOR· SOLISQ: LICET CΛPERE ΛRMΛ MYCENIS·
SET PERISSE SEMEL SΛTIS EST· PECCΛRE FUISSET
ΛNTE SΛTIS' PENITUS MODO. NON GENUS OMNE PEROSOS·
FEMINEUM· QUIB· HΛEC MEDII FIDUCIΛ UΛLLI·
FOSSΛRUMQ: MORΛE' LETI DISCRIMINE PΛRUO
DΛNT ΛNIMOS' ΛT NON UIDERUNT MOENIΛ TROIΛE
NEPTUNI FΛBRICΛTΛ MΛNU CONSIDERE IN IGNIS'
SED UOS O LECTI' FERRO QUISCINDERE UΛLLUM
ΛPPΛRΛT· ET MECUM INUΛDIT TREPIDΛNTIΛ CΛSTRΛ'

NON ARMIS MIHI UOLCANI· NON MILLE CARINIS
EST OPUS IN TEUCROS· ADDANT SE PROTINUS OMNES
ETRUSCI SOCIOS· TENEBRAS. ET INERTIA FURTA
PALLADII· CAESIS SUMMAE CUSTODIB· ARCIS·
NE TIMEANT NEC EQUI CAECA CONDEMUR IN ALUO·
LUCE· PALAM· CERTUM EST· IGNI CIRCUMDARE MUROS·
HAUD SIBI CUM DANAIS· REM FAXO· ET PUBE PELASGA
ESSE PUTENT DECIMUM QUOS DISTULIT HECTOR IN ANNU·
NUNC ADEO MELIOR QUONIAM PARS ACTA DIEI EST·
QUOD SUPEREST· LAETI BENE GESTIS CORPORA REBUS·
PROCUBATE UIRI· ET PUGNAM SPERATE PARARI·
INTEREA UIGULUM EXCUBIIS· OBSIDERE PORTAS
CURA DATUR MESSAPO· ET MOENIA INGERE FLAMMIS·
BIS SEPTEM RUTULO MUROS QUI MILITE SERUENT
DELECTI· AST ILLOS CENTENI QUEMQ· SEQUUNTUR·
PURPUREI CRISTIS IUUENES· AUROQ· CORUSCI·
DISCURRUNT· UARIANTQ· UICES· FUSIQ· PER HERBA·
INDULGENT UINO· ET UERTUNT CRATERAS AENOS·
CONLUCENT IGNES· NOCTEM CUSTODIA DUCIT
INSOMNEM LUDO·
HAEC SUPER E UALLO PROSPECTANT TROES· ET ARMIS
ALTA TENENT· NECNON TREPIDI FORMIDINE PORTAS
EXPLORANT· PONTISQ·· ET PROPUGNACULA IUNGUNT·
TELA GERUNT· INSTANT MNESTHEUS· ACERQ· SERESTUS·
QUOS PATER AENEAS· SIQUANDO ADUERSA UOCAREN·
RECTORES IUUENUM. ET RERUM DEDIT ESSE MAGISTROS·
OMNIS PER MUROS LEGIO. SORTITA PERICLUM
EXCUBAT· EXERCETQ· UICES· QUOD CUIQ· TUENDU EST·
NISUS ERAT PORTAE CUSTOS· ACERRIMUS ARMIS·

HYRTACIDES· COMITEM AENEAE QUEM MISERAT IDA
UENATRIX· IACULO CELEREM· LEUIB·Q· SAGITTIS·
ET IUXTA COMES EURYALUS· QUO PULCHRIOR ALTER
NON FUIT AENEADUM· TROIANA NEQ· INDUIT ARMA·
ORA PUER PRIMA SIGNANS INTONSA IUUENTA·
HIS AMOR UNUS ERAT· PARITERQ· IN BELLA RUEBANT·
TUM QUOQ· COMMUNI PORTAM STATIONE TENEBANT·
NISUS AIT· DI NE HUNC ARDOREM MENTIB· ADDUNT
EURYALE· AN SUA CUIQ· DEUS EIT DIRA CUPIDO·
AUT PUGNAM· AUT ALIQUIT IANDUDUM INUADERE MAGNŪ·
MENS AGITAT MIHI· NEC PLACIDA CONTENTA QUIETEST·
CERNIS· QUAE RUTULOS HABEAT FIDUCIA RERUM·
LUMINA RARA MICANT· SOMNO UINOQ· SOLUTI
PROCUBUERE· SILENT LATE LOCA· PERCIPE PORRO
QUID DUBITEM· ET QUAE NUNC ANIMO SENTENTIA SURGAT·
AENEAN ACCIRI OMNES· POPULUSQ·. PATRESQ·
EXPOSCUNT· MITTIQ· UIROS· QUI CERTA REPORTENT·
SI TIBI QUAE POSCO PROMITTUNT· NAM MIHI FACTI
FAMA SAT EST· TUMULO UIDEOR REPERIRE SUB ILLO
POSSE UIAM AD MUROS· ET MOENIA PALLANTEA·
OBSTIPUIT MAGNO LAUDUM PERCUSSUS AMORE
EURYALUS· SIMUL HIS ARDENTEM ADFATUR AMICŪ·
MENE IGITUR SOCIUM· SUMMIS ADIUNGERE REB·
NISE FUGIS· SOLUM TE IN TANTA PERICULA MITTĀ·
NON ITA ME GENITOR BELLIS ASSUETUS OPHELTES·
ARGOLICUM TERROREM INTER· TROIAEQ· LABORIS
SUBLATUM ERUDIIT· NEC TECUM TALIA GESSI·
MAGNANIMUM AENEAN· ET FATA EXTREMA SECUTUS·
EST HIC· EST ANIMUS LUCIS CONTEMPTOR· ET ISTUM

QUI UITA BENE CREDAT EMIHI· QUO TENDIS HONORE·
NISUS AD HAEC' EQUIDEM DE THE NIHIL TALE UEREBAR·
NEC FAS' NON· ITA ME REFERAT TIBI MAGNUS OUANTE·
IUPPITER· AUT QUICUMQ· OCULIS HAEC ASPICIT AEQUIS·
SED SI QUIS QUAE MULTA UIDES DISCRIMINE TALI'
SI QUIS IN ADUERSUM RAPIAT CASUSUE DEUSUE'
TE SUPERESSE UELIM· TUA UITA DIGNIOR AETAS'
SIT· QUI ME RAPTUM PUGNA· PRETIOUE REDEMPTUM
MANDET HUMO· SOLITA AUT SI QUA ID FORTUNA UETABIT·
ABSENTI. FERAT INFERIAS· DECORETQ· SEPULCHRO'
NEU MATRI MISERAE TANTI SIM CAUSA DOLORIS·
QUAE TE SOLA PUER MULTIS E MATRIB· AUSA
PERSEQUITUR· MAGNI NEC MOENIA CURAT ACESTE'
ILLE AUTEM· CAUSAS NEQUIQUAM NECTIS INANIS·
NEC MEA IAM MUTATA LOCO SENTENTIA CEDIT·
ATCELEREMUS AIT' UIGILES SIMUL EXCITAT· ILLI
SUCCEDUNT· SERUANTQ· UICES STATIONE RELICTA'
IPSE COMES NISO GRADITUR· REGEMQ· REQUIRUNT·
CETERA· PER TERRAS OMNIS· ANIMALIA SOMNO
LAXABANT CURAS· ET CORDA OBLITA LABORUM'
DUCTORES TEUCRUM· PRIMI· DELECTA IUUENTUS·
CONSILIUM SUMMIS REGNI DE REB· HABEBANT'
QUID FACERENT· QUISUE AENEAE IAM NUNTIUS ESSET·
STANT LONGIS ADNIXI HASTIS' ET SCUTA TENENTES
CASTRORUM ET CAMPIS' MEDIO· TUM NISUS· ET UNA
EURYALUS· CONFESTIM ALACRES ADMITTIER ORANT'
REM MAGNAM· PRETIUMQ· MORAT FORE· PRIMUS IULUS
ACCIPIT TREPIDOS· AC NISUM DICERE IUSSIT·
TUM SIC HYRTACIDES' AUDITE Ó MENTIB· AEQUIS

AENEADAE· NEUE HAEC NOSTRIS SPECTENTUR AB ANNIS
QUAE FERIMUS· RUTULI SOMNO UINOQ· SOLUTI
CONTICUERE· LOCUM INSIDIIS CONSPEXIMUS IPSI·
QUI PATET IN UIUIO PORTAE· QUAE PROXIMA PONTO·
INTERRUPTI IGNES ATERQ· AD SIDERA FUMUS
ERIGITUR· SI FORTUNA PERMITTITIS UTI·
QUAESITUM AENEAN· ET MOENIA PALLANTEA·
MOX HIC CUM SPOLIIS· INGENTI CAEDE PERACTA
ADFORE CERNETIS· NEC NOS UIA FALLET EUNTIS·
UIDIMUS OBSCURIS PRIMAM SUB UALLIB· URBEM
UENATU ADSIDUO· ET TOTUM COGNOUIMUS AMNEM·
HIC ANNIS GRAUIS· ATQ· ANIMI MATURUS ALETIS·
DI PATRII· QUORUM SEMPER SUB NUMINE TROIA EST·
NON TAMEN OMNINO TEUCROS DELERE PARATIS·
CUM TALIS ANIMOS IUUENUM· ET TAM CERTA TULISTIS
PECTORA· SIC MEMORANS· UMEROS· DEXTRASQ· TENEBAT
AMBORUM· ET UULTUM LACRIMIS· ATQ· ORA RIGABAT·
QUAE UOBIS· QUAE DIGNA UIRI· PRO LAUDIB· ISTIS
PRAEMIA POSSE REAR SOLUI· PULCHERRIMA PRIMŪ
DI· MORESQ· DABUNT UESTRI· TUM CETERA REDDET
ACTUTUM PIUS AENEAS. ATQ· INTEGER AEUI
ASCANIUS· MERITI TANTI NON INMEMOR UMQUĀ·
IMMO EGO UOS CUI SOLA SALUS GENITORE REDUCTO
EXCIPIT ASCANIUS· PER MAGNOS NISE PENATES·
ASSARACIQ· LAREM· ET CANE PENETRALIA UESTAE
OBTESTOR· QUAECUMQ· MIHI FORTUNA FIDESQ· EST·
IN UESTRIS PONO GRAEMIIS· REUOCATE PARENTEM·
REDDITE CONSPECTUM· NIHIL ILLO TRISTE RECEPTO·
BINA DABO· ARGENTO PERFECTA ATQ· ASPERA SIGNIS

POCULA· DEUICTA GENITOR QUAE CEPIT ARISBA'
ET TRIPODAS GEMINOS· AURI DUO MAGNA TALENTA·
CRATERA ANTICUM· QUEM DAT SIDONIA DIDO·
SI UERO CAPERE ITALIAM· SCEPTRISQ· POTIRI
CONTIGERIT UICTORI· ET PRAEDE DICERE SORTEM·
UIDISTI QUO TURNUS EQUO' QUIB· IBAT IN ARMIS
AUREUS· IPSUM ILLUM CLIPEUM· CRISTASQ· RUBENTES·
EXCIPIAM SORTI· IAM NUNC TUA PRAEMIA NISE'
PRAETEREA BIS SEX GENITOR LECTISSIMA MATRUM
CORPORA' CAPTIUOSQ· DABIT· SUAQ· OMNIB· ARMA'
INSUPER, IS' CAMPI QUOS REX HABET IPSE LATINUS'
TE UERO· MEA QUEM SPATIIS PROPIIORIB· AETAS
INSEQUITUR UENERANDE PUER· IAM PECTORE TOTO
ACCIPIO· ET COMITEM CASUS COMPLECTOR IN OMNIS·
NULLA MEIS SINE TE QUAERETUR GLORIA REBUS'
SEU PACEM SEU BELLA GERAM· TIBI MAXIMA RERUM·
UERBORUMQ· FIDES' CONTRA QUEM TALIA FATUR
EURYALUS· ME NULLA DIES TAM FORTIB· AUSIS
DISSIMILEM ARGUERIT· TANTUM FORTUNA SECUNDA
HAUT ADUERSA CADAT' SED TE SUPER OMNIA DONA
UNUM ORO' GENETRIX PRIAMI DE GENTE UETUSTA
EST MIHI' QUAM MISERAM TENUIT NON ILIA TELLUS
MECUM EXCEDENTEM· NON MOENIA REGIS ACESTAE'
HANC EGO NUNC IGNARAM. HUIUS QUODCUMQ· PERICLI EST·
INQ· SALUTATAM LINQUO· NOX· ET TUA TESTIS
DEXTERA' QUOD NEQ·AM LACRUMAS PERFERRE PARENTIS·
AT TU ORO. SOLARE INOPEM ET SUCCURRE RELICTAE·
HANC SINE ME SPEM FERRE TUI, AUDENTIOR IBO
IN CASUS OMNES, PERCUSSA MENTE DEDERE

DARDANIDAE LACRIMAS· ANTE OMNIS PULCHER IULUS·
ATQ· ANIMUM PATRIAE· STRINXIT PIETATIS IMAGO·
TUM SIC EFFATUR·
SPONDE DIGNA TUIS INGENTIB· OMNIA COEPTIS·
NAMQ· ERIT ISTA MIHI GENETRIX· NOMENQ· CREUSAE
SOLUM DEFUERIT· NEC PARTUM GRATIA TALEM
PARUA MANET· CASUS FACTUM QUICUMQ· SEQUENTUR·
PER CAPUT HOC IURO· PER QUOD PATER, ANTE SOLEBAT·
QUAE TIBI. POLLICEOR REDUCI· REB·Q· SECUNDIS·
HAEC EADEM MATRIQ· TUAE· GENERIQ· MANEBUNT·
SIC AIT INLACRIMANS· UMERO SIMUL EXUIT ENSEM
AURATUM· MIRA QUEM FECERAT ARTE LYCAON
GNOSIUS· ATQ· HABILEM UAGINA APTARAT EBURNA·
DAT NISO MNESTHEUS PELLEM· HORRENTISQ· LEONIS
EXUUIAS· GALEAM FIDUS PERMUTAT ALETES·
PROTINUS ARMATI INCEDUNT· QUOS· OMNIS EUNTIS
PRIMORUM MANUS AD PORTAS· IUUENUMQ·. SENUMQ·
PROSEQUITUR UOTIS· NECNON ET PULCHER IULUS·
ANTE ANNOS ANIMUMQ· GERENS· CURAMQ· UIRILEM·
MULTA PATRI MANDATA DABAT PORTANDA· SET AURAE
OMNIA DISCERPUNT· ET NUBIB· INRITA DONANT·
EGRESSI SUPERANT FOSSAS. NOCTISQ· PER UMBRAM
CASTRA INIMICA PETUNT· MULTIS TAMEN ANTE FUTURI
EXITIO· PASSIM SOMNO UINOQ· PER HERBAM
CORPORA FUSA UIDENT· ARRECTOS LITORE CURRUS·
INTER LORA, ROTASQ· UIROS· SIMUL ARMA IACERE·
UINA SIMUL· PRIOR HYRTACIDES SIC ORE LOCUTUS·
EURYALE UIDENDUM DEXTRA· NUNC IPSA UOCAT RES·,
HAC ITER EST· TU NEQUA MANUS SE ATTOLLERE NOBIS·

A TERGO POSSIT CUSTODI· ET CONSULE LONGE·
HAEC EGO UASTA DABO· ET LATO TE LIMITE DUCAM·
SIC MEMORAT· UOCE[M]Q PREMIT· SIMUL ENSE SUPERBU̅
RHAMNETEM ADGREDITUR· QUI FORTE TAPETIB· ALTIS
EXTRUCTUS· TOTO PROFLABAT PECTORE SOMNUM·
REX IDEM· ET REGI TURNO GRATISSIMUS AUGUR·
SED NON AUGURIO POTUIT DEPELLERE PESTEM·
TRIS IUXTA FAMULOS· TEMERE INTER TELA IACENTIS·
ARMIGERUMQ· REMI PREMIT· AURIGAMQ· SUB IPSIS
NACTUS EQUIS· FERROQ· SECAT PENDENTIA COLLA·
TUM CAPUT IPSI AUFER[r] DOMINO TRUNCUMQ· RELINQIT
SANGUINE SINGULTANTEM· ATRO TEPEFACTA CRUORE
TERRA TORIQ· MADENT· NECNON LAMYRUMQ· LAMUMQ·
ET IUUENEM SERRANUM· ILLA QUI PLURIMA NOCTE
LUSERAT· INSIGNIS FACIE· MULTOQ· IACEBAT
MEMBRA DEO UICTUS· FELIX SI PROTINUS ILLUM
AEQUASSET NOCTI LUDUM· IN LUCEMQ· TULISSET·
INPASTUS CEU PLENA [LEO] PER OUILIA TURBANS·
SUADET ENIM UAESANA FAMES· MANDETQ· TRAHITQ·
MOLLE PECUS· MUTUMQ· METU[F]REMIT ORE CRUENTO·
NEC MINOR EURYALI CAEDES· INCENSUS ET IPSE
PERFURIT· AC MULTA[M] IN MEDIO SINE NOMINE PLEBE̅
FADUMQ· HERBESUMQ· SUBIT· RHOETUMQ· ABARIQ̅·
IGNAROS· RHO[E]TUM UIGILANTEM· ET CUNCTA UIDENTE̅·
SED MAGNUM METUENS SE POST CRATERA TEGEBAT·
PECTORE IN ADUERSO· TOTUM CUI COMMINUS ENSEM
CONDIDIT ADSURGENTI· ET MULTA MORTE RECEPIT·
PURPUREAM UOMIT ILLE ANIMAM· ET CUM SANGUINE MIXTA
UINA REFERT MORIENS· HIC FURTO FERUIDUS INSTAT·

IAMQ· AD MESSAPI SOCIOS TENDEBAT· IBI IGNEM
DEFICERE EXTREMUM· ET RELIGATOS RITE UIDEBAT
CARPERE CRAMEN EQUOS· BREUITER CUM TALIA NISUS·
SENSIT ENIM NIMIA CAEDE· ATQ· CUPIDINE FERRI·
ABSISTAMUS AIT· NAM LUX INIMICA PROPINQUAT·
POENARUM EXHAUSTUM SATIS EST· UIA FACTA PER HOSTES·
MULTA UIRUM SOLIDO ARGENTO PERFECTA RELINCUNT·
ARMAQ· CRATERASQ· SIMUL· PULCHROSQ· TAPETAS·
EURYALUS PHALERAS RHAMNETIS· ET AUREA BULLIS
CINGULA· TIBURTI· REMULO· DITISSIMUS OLIM
QUAE MITTIT DONA· HOSPITIO CUM IUNGERET APSENS
CAEDICUS· ILLE SUO MORIENS DAT HABERE NEPOTI·
POST MORTEM BELLO RUTULI· PUGNAMQ· POTITI·
HAEC RAPIT· ATQ· UMERIS NEQUIQUAM FORTIB· APTAT-
TUM GALEAM MESSAPI HABILEM· CRISTISQ· DECORAM
INDUIT· EXCEDUNT CASTRIS· ET TUTA CAPESSUNT·
INTEREA PRAEMISSI EQUITES· EX URBE LATINA
CETERA DUM LEGIO CAMPIS INSTRUCTA MORATUR·
IBANT· ET TURNO REGI RESPONSA FEREBANT·
TERCENTUM SCUTATI OMNES· UOL[s]CENTE MAGISTRO·
IAMQ· PROPINQUABANT CASTRIS· MUROQ· SUBIBANT·
CUM PROCUL HOS, LAEUO FLECTENTIS LIMITE CERNUNT·
ET GALEA EURYALUM SUBLUSTRI NOCTIS IN UMBRA
PRODIDIT INMEMOREM· RADIISQ· ADUERSA REFULSIT·
HAUT TEMERE SE SE UISUM· CONCLAMAT AB AGMINE UUL[s]CENS·
STATE UIRI· QUAE CAUSA UIAE· QUIUE ESTIS IN ARMIS·
QUOUE TENETIS ITER· NIHIL ILLI TENDERE CONTRA·
SED CELERARE FUGAM IN SILUAS· ET FIDERE NOCTI·
OBICIUNT EQUITES SESE AD DIUORTIA NOTA·

HINC ATQ· HINC· OMNEMQ· A[D]BITUM CUSTODE CORONANT·
SILUA FUIT· LATE DUMIS· ATQ· ILICE NIGRA
HORRIDA· QUAM DENSI COMPLEBANT UNDIQ· SENTES·
RARA PER OCCULTOS [D]LUCEBAT SEMITA CALLES·
EURYALUM TENEBRAE RAMORUM· ONEROSAQ· PRAEDA
INPEDIUNT FALLI[T]Q· TIMOR REGIONE UIARUM·
NISUS ABIT· IAMQ· INPRUDENS EUASER[A]IT HOSTIS·
ATQ· LOCOS· QUI POST ALBAE DE NOMINE DICTI
ALBANI· TUM REX STABULA ALTA LATINUS HABEBAT·
UT STETIT· ET FRUSTRA ABSENTEM RESPEXIT AMICU̅·
EURYALE INFELIX· QUA TE REGIONE RELIQUI·
QUAUE SEQUAR· RU[S]RUS PERPLEXUM ITER OMNE RESOL[U]UES[N]·
FALLACIS SILUAE· SIMUL ET UESTIGIA RETRO
OBSERUATA LEGIT· DUMQ[IS]· SILENTIB· ERRAT·
AUDIT EQUOS· AUDIT STREPITUS· ET SIGNA SEQUENU̅·
NEC LONGUM IN MEDIO TEMPUS· CUM CLAMOR AD AURIS
PERUENIT· AC UIDET EURYALUM, QUEM IAM MANUS OMNIS
FRAUDE LOCI· ET NOCTIS SUBITO TURBANTE TUMULTU·
OPPRESSUM RAPIT· ET CONANTEM PLURIMA FRUSTRA·
QUI[D] FACIAT, QUA UI IUUENEM QUIB· AUDEAT ARMIS
ERIPERE· AN SESE MEDIOS MORITURUS IN HOSTIS
INFERAT· ET PULCHRAM PROPERET PER UULNERA MORTE̅·
OCIUS ADDUCTO TORQUENS HASTILE LACERTO·
SUSPICIENS ALTAM LUNAM· ET SIC UOCE PRECATUR· Forte
TU DEA, TU PRAESENS· NOSTRO SUCCURRE LABORI·
ASTRORUM DECUS· ET NEMORUM LATONIA CUSTOS·
SI QUA TUIS UMQUAM· PRO ME PATER HYRTACUS ARIS
DONA TULIT· SI QUA IPSE MEIS UENATIB· AUXI·
SUSPENDIUE THOLO· AUT SACRA AD FASTIGIA FIXI·

HUNC SINE ME TURBARE GLOBUM· ET REGE TELA PER AURAS'
DIXERAT· ET TOTO CONIXUS CORPORE. FERRUM
CONICIT· HASTA UOLANS NOCTIS DIUERBERAT UMBRAS·
ET UENIT' ADUERSI IN TERGUM SULMONIS· IBIQ·
FRANGITUR· AC FISSO TRANSIT PRAECORDIA LIGNO·
UOLUITUR ILLE UOMENS. CALIDUM DE PECTORE FLUME·
FRIGIDUS· ET LONGIS SINGULTIB· ILIA PULSAT'
DIUERSI CIRCUMSPICIUNT. HOC ACRIOR IDEM·
ECCE ALIUT. SUMMA TELUM LIBRABAT AB AURE'
DUM TREPIDANT· IT HASTA TAGO PER TEMPUS UTRUMQ·
STRIDENS· TRAIECTOQ· HAESIT TEPEFACTA CEREBRO'
SAEUIT ATROX UOLCENS· NEC TELI CONSPICIT UMQUA·
AUCTOREM· NE QUO, SE, ARDENS IMMITTERE POSSIT·
TU TAMEN INTEREA· CALIDO MIHI SANGUINE POENAS
PERSOLUES AMBORUM INQUIT· SIMUL ENSE RECLUSO
IBAT IN EURYALUM 'TUM UERO EXTERRITUS AMENS
CONCLAMAT NISUS· NEC SE CELARE TENEBRIS
AMPLIUS· AUT TANTUM POTUIT PERFERRE DOLOREM'
ME ME· ADSUM QUI FECI· IN ME CONUERTITE FERRU·
O RUTULI· MEA FRAUS OMNIS· NIHIL ISTE· NEC AUSUS
NEC POTUIT· CAELUM HOC ET CONSCIA SIDERA TESTOR·
TANTUM INFELICEM NIMIUM DILEXIT AMICUM'
TALIA DICTA DABAT· SED UIRIB· ENSIS ADACTUS
TRANSADIBIT COSTAS· ET CANDIDA PECTORA RUMPIT·
UOLUITUR EURYALUS LETO· PULCHROSQ· PER ARTUS'
IT CRUOR· INQ UMEROS CERUIX CONLABSA RECUMBIT'
PURPUREUS UELUTI CUM FLOS SUCCISUS ARATRO·
LANGUESCIT MORIENS· LASSOUE PAPAUERA COLLO
DEMISERE CAPUT· PLUUIA CUM FORTE GRAUANTUR'

AD NISUS RUIT IN MEDIOS' SOLUMQ· PER OMNIS
UULCENTEM PETIT· IN SOLO UOLCENTE MORATUR'
QUEM CIRCUMGLOMERATI HOSTES, HINC COMMINUS ATQ· HINC
PROTUREAT· INSTAT NON SETIUS, AC ROTAT ENSEM
FULMINEUM· DONEC RUTULI CLAMANTIS IN ORE
CONDIDIT ADUERSO· ET MORIENS ANIMAM ABSTULIT HOSTI'
TUM SUPER EXANIMUM SESE PROIECIT AMICUM
CONFOSUS· PLACIDAQ· IBI DEMUM MORTE QUIEUIT'
FORTUNATI AMBO. SI QUID MEA CARMINA POSSUNT'
NULLA DIES UMQUAM MEMORI UOS EXIMET AEUO·
DUM DOMUS AENEAE· CAPITOLI INMOBILE SAXUM
ACCOLET· IMPERIUMQ· PATER ROMANUS HABEBIT'
UICTORES PRAEDA RUTULI· SPOLIISQ· POTITI'
UULCENTEM EXANIMUM FLENTES· IN CASTRA FEREBANT'
NEC MINOR IN CASTRIS LUCTUS· RHAMNETE REPERTO
EXANGUI· ET PRIMIS UNA TOT CAEDE PEREMPTIS·
SARRANOQ·, NUMAQ·' INGENS CONCURSUS AD IPSA
CORPORA· SEMINECISQ· UIROS TEPIDAMQ· RECENTE
CAEDE LOCUM· ET PLENO SPUMANTIS SANGUINE RIUOS'
ADGNOSCUNT SPOLIA INTER SE· GALEAMQ· NITENTEM
MESSAPI' ET MULTO PHALERAS SUDORE RECEPTAS'
ET IAM PRIMA NOUO SPARGEBAT LUMINE TERRAS
TITHONI CROCEUM LIQUENS AURORA CUBILE'
IAM SOLE INFUSO· IAM REB· LUCE RETECTIS'
TURNUS IN ARMA UIROS· ARMIS CIRCUMDATUS IPSE
SUSCITAT' AERATASQ· ACIES IN PROELIA COGIT
QUISQUE SUAS· UARIISQ· ACUUNT RUMORIB· IRAS'
QUIN IPSA ARRECTIS, UISU MIRABILE IN HASTIS
PRAEFIGUNT CAPITA' ET MULTO CLAMORE SECUNTUR'

EURYALI· ET NISI

ARNEADE DURI· MURORUM IN PARTE SINISTRA
OPPOSUERE ACIEM NAM DEXTRA CINGITUR AMNI·
INGENTISQ· TENENT FOSSAS· ET TURRIB· ALTIS
STANT MAESTI· SIMUL ORA UIRUM PRAEFIXA MOUEBANT·
NOTA NIMIS MISERIS· ATROQ· FLUENTIA TABO·
INTEREA PAUIDAM UOLITANS PINNATA PER URBEM·
NUNTIA FAMA RUIT· MATRISQ· ADLABITUR AURIS
EURYALI· AT SUBITUS MISERE CALOR OSSA RELIQUIT·
EXCUSSI MANIB· RADII· REUOLUTAQ· PENSA·
EUOLAT INFELIX· ET FEMINEO ULULATU
SCISSA COMAM· MUROS AMENS· ATQ· AGMINA CURSU
PRIMA PETIT· NON ILLA UIRUM· NON ILLA PERICLI
TELORUMQ· MEMOR· CAELUM DEHINC QUESTIB· IMPLET·
HUNC EGO TE EURYALE ASPICIO· TU NE ILLE SENECTAE
SERA MEE REQUIES· POTUISTI LINQUERE SOLA
CRUDELIS, NEC TE SUB TANTA PERICULA MISSUM·
ADFARI EXTREMIS· MISERAE DATA COPIA MATRI·
HEU TERRA IGNOTA· CANIB· DATA PRAEDA LATINIS
ALITIB·Q· IACES· NEC TE TUA FUNERA MATER
PRODUXI· PRESSIUE OCULOS, AUT UULNERA LAUI·
UESTE TEGENS· TIBI QUAM NOCTES FESTINA DIESQ·
URGEBAM· ET TELA CURAS SOLABAR ANILIS·
QUO SEQUAR· AUT QUAE NUNC ARTUS· AUOLSAQ· MEMBRA
ET FUNUS LACERUM, TELLUS HABET· HOC MIHI DE TE
NATE REFERS. HOC SUM TERRAQ· MARIQ· SECUTA·
FIGITE ME SI QUA EST PIETAS· IN ME OMNIA TELA
CONICITE O RUTULI· ME PRIMAM ABSUMITE FERRO·
AUT TU MAGNE PATER DIUOM· MISERERE· TUOQ·

INUISUM HOC DETRUDE CAPUT SUB TARTARA TELO·
QUANDO ALITER NEQUEO CRUDELEM ABRUMPERE UITA·
HOC FLETU CONCUSSI ANIMI· MAESTUSQ· PER OMNIS
IT GEMITUS· TORPENT INFRACTAE AD PROELIA UIRES·
ILLAM INCENDENTEM LUCTUS· IDEUS ET ACTOR·
ILIONEI MONITU· ET MULTUM LACRIMANTIS IULI
CORRIPIUNT· INTERQ· MANUS SUB TECTA REPONUNT·
AT TUBA TERRIBILEM SONITU[M] PROCUL AERE CANORO
INCREPUIT· SEQUITUR CLAMOR· CAELUMQ· REMUGIT·
ATCELERANT ACTA PARITER TESTUDINE UOLSCI·
ET FOSSAS IMPLERE PARANT· AC [P]UELLERE UALL[O]UM·
QUAERUNT PARS ADITUM· ET SCALIS ASCENDERE MUROS·
QUA RARA EST ACIES· INTERLUCETQUE CORONA·
NON TAM SPISSA UIRIS· TELORUM EFFUNDERE CONTRA
OMNE GENUS TEUCRI· AC DURIS DETRUDERE CONTIS·
ADSUETI LONGO MUROS DEFENDERE BELLO·
SAXA QUOQ· INFESTO UOLUERANT PONDERE SIQUA
POSSENT TECTAM ACIEM PERRUMPERE· CUM TAMEN OMNIS
FERRE L[I]UBA[E]T SUBTER DENSA TESTUDINE CASUS·
NEC IAM SUFFICIUNT· NAM QUA GLOBUS IMMINET INGENS
IMMANEM TEUCRI MOLEM, UOLUUNTQ· RUUNTQ·
QUAE STRAUIT RUTULOS LATE· ARMORUMQ· RESOLUIT
TEGMINA· NEC CURANT CAECO CONTENDERE MARTE
AMPLIUS AUDACES RUTULI· SED PELLERE UALLO
MISSILIB· CERTANT [2]
PARTE ALIA, HORRENDUS UISU QUASSABAT ETRUSCA
PINUM· ET FUMIFEROS INFER[T] MEZENTIUS IGNIS·
AT MESSAPUS ECUM DOMITOR, NEPTUNIA PROLES·
RESCINDIT UALLUM· ET SCALAS IN MOENIA POSCIT·

UOS Ó CALIOPE· PRIXECOR· ADSPIRATE CANENTI·
QUAS IBI TUNC FERRO STRAGES· QUAE FUNERA TURNUS
EDIDERIT· QUEM QUISQ· UIRUM DEMISERIT ORCO·
ET MECUM INGENTIS ORAS ÉUOLUITE BELLI·
TURRIS ERAT· UASTO SUSPECTU· ET PONTIB· ALTIS·
OPPORTUNA LOCO· SUMMIS QUAM UIRIB· OMNES
EXPUGNARE ITALI· SUMMAQ· EUERTERE OPUM· UI
CERTABANT· TROES CONTRA DEFENDERE SAXIS·
PERQ· CAUAS DENSI TELA INTORQUE···RE FENESTRAS·
PRINCEPS ARDENTEM CONIECIT LAMPADA TURNUS·
ET FLAMMAM ADFIXIT LATERI· QUAE PLURIMA UENTO
CORRIPUIT TABULAS· ET POSTIB· HAESIT ^{HA}ADESIS·
TURBATI TREPIDARE INTUS· FRUSTRAQ· MALORUM
UELLE FUGAM· DUM SE GLOMERANT· RETROQ· RESIDUNT·
IN PARTEM QUAE PESTE ^{C}FARET· TUM PONDERE TURRIS
PROCUBUIT SUBITO· ET CAELUM TONAT OMNE FRAGORE·
SEMINECES AD TERRAM, IMMANI MOLE SECUTA·
CONFIXIQ· SUIS TELIS· ET PECTORA DURO
TRANSFOSSI LIGNO UENIUNT· UIX UNUS HELENOR·
ET LYCUS ELAPSI· QUORUM PRIMAEUUS HELENOR·
MAEONIO REGI· QUEM SERUA LICYMNIA FURTIM
SUSTULERAT· UETITISQ· AT TROIAM MISERAT ARMIS·
ENSE LEUIS NUDO· PARMAQ· INGLORIUS ALBA·
ISQ· UBI SE TURNI MEDIA INTER MILIA UIDIT·
HINC ACIES· ATQ· HINC ACIES ADSTARE LATINAS·
UT FERA· QUAE DENSA UENANTUM SAEPTA CORONA·
CONTRA TELA FURIT· SESEQ· HAUD NESCIA MORTI
INICIT· ET SALTU SUPRA UENABULA FERTUR·
HAUT ALITER IUUENIS, MEDIOS MORITURUS IN HOSTIS

INRUIT· ET QUA TELA UIDET DENSISSIMA TENDIT·
AD PEDIBUS LONGE MELIOR LYCUS· INTER ET HOSTIS·
INTER ET ARMA· FUGA MUROS TENET· ALTAQ· CERTAT
PRENDERE TECTA MANU· SOCIUMQ· ATTINGERE DEXTRAS·
QUEM TURNUS PARITER CURSU TELOQ· SECUTUS·
INCREPAT HIS UICTOR· NOSTRASNE EUADERE DEMENS
SPERASTI TE POSSE MANUS· SIMUL ARRIPIT IPSUM
PENDENTEM· ET MAGNA MURI CUM PARTE REUELLIT·
QUALIS UBI AUT LEPOREM· AUT CANDENTI CORPORE CYCNU̅
SUSTULIT· ALTA PETENS PEDIB· IOUIS ARMIGER UNCIS·
QUAESITUM AUT MATRI MULTIS BALATIB· AGNUM·
MARTIUS A STABULIS RAPUIT LUPUS· UNDIQ· CLAMOR
TOLLITUR· INUADUNT· ET FOSSAS AGGERE COMPLENT·
ARDENTIS TAEDAS ALII AD FASTIGIA IACTANT·
ILIONEUS SAXO· ATQ· INGENTIS FRAGMINE MONTIS
LUCETIUM PORTAE SUBEUNTEM· IGNISQ· FERENTEM·
EMATHIONA LIGER· CORYNIUM STERNIT ASILAS·
HIC IACULO BONUS, HIC LONGE FALLENTE SAGITTA·
ORTYGIUM CAENEUS, UICTOREM CAENEA TURNUS·
TURNUS ITYN, CLONIUMQ· DIOXIPPUM PROMOLUMQ·
ET SAGARIM. ET SUMMIS STANTEM PRO TURRIB· IDAN·
PRIUERNUM CAPYS· HUNC PRIMO LEUIS HASTA THEMILLE
STRINXERAT· ILLE MANUM PROIECTO TEGMINE DEMENS
AD UOLNUS TULIT· ERGO ALIS ADLAPSA SAGITTA·
ET LAEUO INFIXA EST LATERI MANUS· ATQ· ADDITA INTUS
SPIRAMENTA ANIMAE· LETALI UOLNERE RUPIT·
STABAT IN EGREGIIS ARCENTIS FILIUS ARMIS·
PICTUS ACU CLAMYDEM· ET FERRUGINE CLARUS HIBERA·
INSIGNIS FACIE· GENITOR QUEM MISERAT ARCENS·

EDUCTUM MARTIS LUCO SYMETHIA CIRCUM
FLUMINA PINGUIS UBI ET PLACABILIS ARA PALECI
STRIDENTEM FUNDAM POSITAS MEZZENTIUS ASTIS
IPSE TER ADDUCTA CIRCUM CAPUT EGIT HABENA
ET MEDIA ADUERSI LIQUEFACTO TEMPORA PLUMBO
DIFFIDIT AC MULTA PORRECTUM EXTENDIT HARENA
TUM PRIMUM BELLO CELEREM INTENDISSE SAGITTĀ
DICITUR ANTE FERAS SOLITUS TERRERE FUGACES
ASCANIUS FORTEMQ MANU FUDISSE NUMANŪ
CUI REMULO COGNOMEN ERAT TURNIQ MINORĒ
GERMANAM NUPER THALAMO SOCIATUS HABEBAT
IS PRIMAM ANTE ACIEM DIGNA ATQ INDIGNA RELATU
UOCIFERANS TUMIDUSQ NOUO PRAECORDIA REGNO
IBAT ET INGENTEM SESE CLAMORE FEREBAT
NON PUDET OBSIDIONE ITERUM UALLOQ TENERI
BIS CAPTI PHRYGES ET MORTE PROTENDERE MUROS
EN QUI NOSTRA SIBI BELLO CONUBIA POSCUNT
QUIS DEUS ITALIAM QUAE UOS DEMENTIA ADEGIT
NON HIC ATRIDAE NEC FANDI FICTOR ULIXES
DURUM A STIRPE GENUS NATOS AD FLUMINA PRIMŪ
DEFERIMUS SEUOQ GELU DURAMUS ET UNDIS
UENATU INUIGILANT PUERI SILUASQ FATIGANT
FLECTERE LUDUS EQUOS ET SPICULA TENDERE CORNU
AT PATIENS OPERUM PARUOQ ADSUETA IUUENTUS
AUT RASTRIS TERRAM DOMAT AUT QUATIT OPPIDA BELLO
OMNE AEUUM FERRO TERITUR UERSAQ IUUENCŪ
TERGA FATIGAMUS HASTA NEC TARDA SENECTUS
DEBILITAT UIRES ANIMI MUTATQ UIGOREM
CANITIEM GALEA PRAEMIMUS SEMPERQ RECENTIS

COMPORTARE IUUAT PRAEDAS· ET UIUERE RAPTO·
UOBIS PICTA CROCO· ET FULGENTI MURICE UESTIS·
DESIDIAE CORDI· IUUAT INDULGERE CHOREIS·
ET TUNICAE MANICAS· ET HABENT REDIMICULA MITRAE·
·Ó· UERE PHRYGIAE· NEQ· ENIM PHRYGES· ITE PER ALTA
DINDYMA· UBI ADSUETIS, BIFORE[M] DAT TIBIA CANTUM·
TYMPANA UOS, BUXUSQ· UOCAT BERECHYNTIA[E]· MATRIS
IDEAE· SINITE ARMA UIRIS, ET CEDITE FERRO·
TALIA IACTANTEM DICTIS· AC DIRA CANENTEM·
NON TULIT ASCANIUS· NERUOQ· OBUERSUS EQUINO·
CONTENDIT TELUM· DIUERSAQ· BRACHIA DUCENS
CONSTITIT· ANTE IOUEM SU[P]PLEX PER UOTA PRECATUS·
IUPPITER OMNIPOTENS· AUDACIB· ADNUE COEPTIS·
IPSE TIBI AT TUA TEMPLA FERAM SOLLEMNIA DONA·
ET STATUAM ANTE ARAS AURATA FRONTE IUUENCU̅
CANDENTEM· PARITERQ· CAPUT CUM MATRE FERE̅NE·
IAM CORNU PETAT ET PEDIB· QUI SPARGAT HARENA̅·
AUDIIT· ET CAELI GENITOR DE PARTE SERENA
INTONUIT LAEUOM· SONAT UNA FATIFER ARCUS·
EFFUGIT HORRENDUM STRIDENS ADDUCTA SAGITTA·
PERQ· CAPUT REMULI UENIT· ET CAUA TEMPORA FERRO
TRAICIT· UERBIS UIRTUTEM INLUDE SUPERBIS·
BIS CAPTI PHRYGES HAEC RUTULI [S]RESPONSA REMITTU̅T·
HOC TANTUM· ASCANIUS· TEUCRI CLAMORE SECUNTUR·
LAETITIAQ· FREMUNT· ANIMOSQ· AD SIDERA TOLLU̅T·
AETHERIA TUM FORTE PLAGA· CRINITUS APOLLO·
DESUPER AUSONIAS ACIES, URBEMQ· UIDEBAT
NUBE SEDENS· ATQ· HIS UICTOREM ADFATUR IULU̅·
MACTE NOUA UIRTUTE PUER, SIC ITUR AD ASTRA·

DIS GENITE· ET GENITURE DEOS · IURE OMNIA BELLA·
GENTE SUB ASSARACI FATO UENTURA RESIDENT·
NEC TE TROIANX CAPIT SIMUL HAEC EFFATUS . AB ALTO
AETHERE SE MITTIT· SPIRANTIS DIMOUET AURAS·
ASCANIUMQ· PETIT· FORMAM TUM UERTITUR ORIS·
ANTIQUOM IN BUTEN, HIC DARDANIO ANCHISAE
ARMIGER ANTE FUIT· FIDUSQ· AD LIMINA CUSTOS·
TUM COMITEM ASCANIO PATER ADDIDIT· IBAT APOLLO·
OMNIA LONGAEUO SIMILIS, UOCEMQ· COLOREMQ·
ET CRINIS ALBOS· ET SAEUA SONORIB· ARMA·
ATQ· HIS ARDENTEM DICTIS ADFATUR IULUM·
SIT SATIS AENIDE· TELIS INPUNE NUMANUM
OPPETISSE TUIS· PRIMAM HANC TIBI MAGNUS APOLLO
CONCEDIT LAUDEM · ET PARIB· NON INUIDET ARMIS·
CETERA PARCE PUER BELLO · SIC ORSUS APOLLO·
MORTALIS MEDIO ASPECTU SERMONE RELIQUIT·
ET PROCUL IN TENUEM EX OCULIS EUANUIT AURAM·
ADGNOUERE DEUM PROCERES· DIUINAQ· TELA
DARDANIDAE· PHARETRAMQ· FUGA SENSERE SONANE··
ERGO AUIDUM PUGNAE· DICTIS ET NUMINE PHOEBI
ASCANIUM PROHIBENT· IPSI IN CERTAMINA RURSUS
SUCCEDUNT· ANIMASQ· IN APERTA PERICULA MITTUNT·
IT CLAMOR TOTIS PER PROPUGNACULA MURIS·
INTENDUNT ACRIS ARCUS· AMMENTAQ· TORQUENT·
STERNITUR OMNE SOLUM TELIS· TUM SCUTA CAUAEQ·
DANT SONITUM· AT FLICTU GALEAE PUGNA ASPERA SURGIT·
QUANTUS AB OCCASU UENIENS PLUBIALIB· HAEDIS·
UERBERAT IMBER HUMUM· QUAM MULTA GRANDINE NIMBI
IN UADA PRAECIPITANT CUM IUPPITER HORRIDUS HAUSTRIS·

TORQUET AQUOSAM HIEMEM' ET GAELO CAUA ~~EGMEN~~A (NUBIL) RUMPIT
PANDARUS ET BITIAS· IDEO ALCANORE CRETI'
QUOS IOUIS EDUXIT LUCO. SILUESTRIS IERA'
ABIETIBUS IUUENES PATRIIS· ET MONTIB· AEQUOS·
PORTAM QUAE DUCIS IMPERIO COMMISSA, RECLUDUNT
FRETI ARMIS, ULTROQ· INUITANT MOENIB· HOSTEM'
IPSI INTUS DEXTRA· AC LAEUA· PRO TURRIB· ADSTANT·
ARMATI FERRO· ET CRISTIS CAPITA ALTA CORUSCANT'
QUALIS AERIAE' LIQENTIA FLUMINA CIRCUM'
SIUE PADI RIPIS· ATESIM SEU PROPTER AMOENUM'
CONSURGUNT GEMINAE QUERCUS· INTONSAQ· CAELO
ATTOLLUNT CAPITA· ET SUBLIMI UERTICE NUTANT'
INRUMPUNT ADITUS RUTULI· UT UIDERE PATENTIS'
CONTINUOQ· RECENS· ET PULCHER AQUICULUS ARMIS'
ET PRAECEPS ANIMI MARUS' ET MAUORTIUS HAEMON·
AGMINIB· TOTIS· AUT UERSE TERGA DEDERE'
AUT IPSO PORTAE POSUERE IN LIMINE UITAM'
TUM MAGIS INCRESCUNT ANIMIS DISCORDIB· IRAE'
ET IAM' COLLECTI TROES GLOMERANTUR EODEM'
ET CONFERRE MANUM· ET PROCURRERE LONGIUS AUDENT'
DUCTORI TURNO DIUERSA IN PARTE FURENTI'
TURBANTIQ· UIROS, PERFERTUR NUNTIUS, HOSTEM
FERUERE CAEDE NOUA· ET PORTAS PRAEBERE PATENTIS·
DESERIT INCEPTUM· ATQ· IMMANI CONCITUS IRA'
DARDANIAM RUIT AT PORTAM· FRATRISQ· SUPERBOS'
ET PRIMUM ANTIPHATEN· IS ENIM SE PRIMUS AGEBAT
THEBANA DE MATRE· NOTUM SARPEDONIS ALTI·
CONIECTO STERNIT IACULO' UOLAT ITALA CORNUS
AERA PER TENERUM· STHOMACOQ· INFIXA, SUB ALTUM·

PECTUS ABIT· REDDIT SPECUS ATRI UULNERIS UNDĀ
SPUMANTEM· ET FIXO FERRUM IN PULMONE TEPESCIT·
TUM MEROPEM, ATQ·ERYMANTA MANU·TUM STERNIT APHEDNUM
TUM BITIAN· ARDENTEM OCULIS· ANIMISQ· FREMENTĒ
NON IACULO· NEQ· ENIM IACULO UITAM ILLE DEDISSET·
SED MAGNUM STRIDENS CONTORTA PHALARICA UENIT·
FULMINIS ACTA MODO· QUAM NEC DUO TAUREA ᵀERGA·
NEC DUPLICI SQUAMA LORICA FIDELIS· ET AURO
SUSTINUIT· CONLAPSA RUUNT IMMANIA MEMBRA·
DAT TELLUS GEMITUM ET CLIPEUM SUPERINTONAT INGENS·
TALIS IN EUBOICO, BAIARUM LITORE QUONDAM
SAXEA PILA CADIT· MAGNIS QUAM MOLIB· ANTE
CONSTRUCTAM PONTO IACIUNT· SIC ILLA RUINAM
PRONA TRAHIT· PENITUSQ· UADIS INLISA RECUMBIT·
MISCENT SE MARIA ET NIGRAE ATTOLLUNTUR HᴬRENAE·
TUM SONITU· PROCYTHA ALTA TREMIT· DURUMQ· CUBILE
INARIME, IOUIS IMPERIIS INPOSTA TYPHAEO·
HIC MARS ARMIPOTENS ANIMUM· UIRESQ· LATINIS
ADDIDIT· ET STIMULOS ACRIS SUB PECTORE UERTIT·
INMISITQ· FUGAM TEUCRIS· AᵀRUMQ· TIMOREM·
UNDIQ· CONUENIUNT, QUONIAM DATA COPIA PUGNAE·
BELLATORQ· ANIMOS DEUS INCIDIT·
PANDARUS UT FUSO GERMANUM CORPORE CERNIT·
ET QUO SIT FORTUNA LOCO QUI CASUS AGAT, RES·
A PORTAM UI MAGNA CONUERSO CARᴰMINE TORQUET·
D AST ALIOS SECUM INCLUDIT· RECIPITQ· RUENTIS·
DEMENS QUI RUTULUM IN MEDIO NON AGMINE REGĒ·
UIDERIT INRUMPENTEM ULTROQ· INCLUSERIT URBI·
INMANEM UELUTI PECORA INTER INERTIA TIGRIM·

B OBNIXUS LATIS· UMERIS MULTUSQ· SUORUM
C MOENIB· EXCLUSOS DURO IN CERTAMINE LINQUIT

'CONTINUO NOUA LUX OCULIS EFFULSIT· ET ARMA
Λ HORRENDUM SONUERE· TREMUNT IN UERTICE CRISTAE
Ø OBNIXUS LATIS UMERIS· MULTOSQ· SUORUM Ø
Ø MOENIB· EXCLUSOS· DURO IN CERTAMINE LINQUIT' Ø
B SANGUINEAE· CLIPEOQ· MICANTIA FULMINA MITTET'
ADGNOSCUNT FACIEM INUISAM· ATQ· IMMANIA MEMBRA·
TURBATI SUBITO AENEADE· TUM PANDARUS INGENS
EMICAT· ET [M] FORTIS FRATERNAE FERUIDUS IRAE
EFFATUR' NON HAEC DOTALIS REGIA AMATAE'
NEC MURIS COHIBET PATRIIS MEDIA ARDEA TURNU~·
CASTRA INIMICA UIDES· NULLA HINC EXIRE POTESTAS·
OLLI SUBRIDENS SEDATO PECTORE TURNUS'
INCIPE SI QUA ANIMO UIRTUS ET CONSERE DEXTRA~
HIC ETIAM INUENTUM PRIAMO NARRABIS ACHILLE~
DIXERAT· ILLE RUDEM NODIS ET CORTICE CRUDO·
INTORQUET SUMMIS ADNIXUS UIRIB· HASTAM·
EXCEPERE AURAE· UULNUS SATURNIA IUNO
DETORSIT UENIES [N] PORTAEQ· INFIGITUR HASTA·
AT NON HOC TELUM MEA QUOD UI DEXTRA [E] UERSAT
EFFUGIES· NEQ· ENIM IS TELI· NEC UULNERIS AUCTOR·
SIC AIT· ET SUBLATUM ALTE CONSURGIT IN ENSEM·
ET MEDIAM FERRO GEMINA INTER TEMPORA FRONTE~
DIUIDIT· INPUBESQ· IMMANI UULNERE MALAS·
FIT SONUS· INGENTI CONCUSSA EST PONDERE TELLUS·
CONLAPSUS ARTUS· ATQ· ARMA CRUENTA CEREBRO
STERNIT' HUMI MORIENS· ATQ· ILLI PARTIB· AEQUIS·
HUC CAPUT ATQ· ILLUC UMERO EX UTROQ· PEPENDIT·
DIFFUGIUNT UERSI· TREPIDA FORMIDINE TROES·
ET SI CONTINUO UICTOREM EA CURA SUBISSET·

RUMPERE CLAUSTRA| MANU· SOCIOSQ· IMMITTERE FORTIS
ULTIMUS ILLE DIES BELLO· GENTIQ· FUISSET·
SED FUROR ARDENTEM. CAEDISQ· INSANA CUPIDO·
EGIT IN ADUERSOS·
PRINCIPIO PHALERIM· ET SUCCISO POPLITE GYGEN
EXCIPIT· HINC RAPTAS FUGIENTIB· INGERIT HASTAS
IN TERGUM· IUNO UIRES ANIMUMQ· MINISTRAT·
ADDIT HALYM COMITEM· ET CONFIXA [UM] PHEGEA PARMA·
IGNAROS DEINDE IN MURIS· MARTEMQ· CIENTES·
ALCANDRUMQ·, HALYUMQ·. NOEMONAQ·. PHRYTANIMQ·.
LYNCEA TENDENTES [M] CONTRA· SOCIOSQ· UOCANTEM·
UIBRANTI GLADIO· CONIXUS AB AGGERE DEXTRA [E]
OCCUPAT· HUIC UNO DEIECTUM COMMINUS ICTU·
CUM GALEA LONGE IACUIT CAPUT· INDE FERARUM
UASTATOREM AMYCUM· QUO NON FELICIOR ALTER
UNGERE TELA MANU· FERRUMQ· ARMARE UENENO·
ET CLITIUM AEÓLIDEN· ET AMICUM CRETEA MUSIS
CRETEA MUSARUM COMITEM· CUI CARMINA SEMPER·
ET CHITARAE CORDI· NUMEROSQ· INTENDERE NERUIS·
SEMPER EQUOS· ATQ· ARMA UIRUM· PUGNASQ· CANEBAT.
TANDEM DUCTORES AUDITA CAEDE SUORUM
CONUENIUNT TEUCRI· MNESTHEUS· ACERQ· SERESTUS·
PALANTISQ· UIDENT SOCIOS· HOSTEMQ· RECEPTUM·
ET MNESTHEUS·QUO DEINDE FUGAM, QUO TENDITIS INQ[U]IT·
QUOS ALIOS MUROS· QUAE IAM ULTRA MOENIA HABETIS·
UNUS HOMO. ET UESTRIS Ó CIUES UNDIQ· SAEPTUS
AGGERIB·. TANTAS STRAGES INPUNE PER URBEM
EDIDERIT· IUUENUM PRIMOS TOT MISERIT ORCO·
NON [NE] INFELICIS PATRIAE, UETERUMQ· DEORUM·

ET MAGNI AENEAE· SEGNES· MISERETQ· PUDETQ·
TALIB· ACCENSI FIRMANTUR· ET AGMINE DENSO
CONSISTUNT· TURNUS PAULATIM EXCEDERE PUGNA·
ET FLUUIUM PETERE· AC PARTEM QUAE CINGITUR UNDA·
ACRIUS HOC TEUCRI CLAMORE INCUMBERE MAGNO·
ET GLOMERARE MANUM· CEU SAEUUM TURBARE LEONEM
CUM TELIS PREMIT INFENSIS· AC TERRITUS ILLE·
ASPER ACERBA TUENS· RETRO REDIT· ET NEQ· TERGA
IRA DARE· AUT UIRTUS PATITUR· NEC TENDERE CONTRA·
ILLE QUIDEM HOC CUPIENS· POTIS EST PER TELA UIROSQ·
HAUD ALITER RETRO DUBIUS UESTIGIA TURNUS·
INPROPERATA REFERT· ET MENS EXTUAT IRA·
QUIN ETIAM BIS TUM MEDIOS INUASERAT HOSTIS·
BIS CONFUSA FUGA PER MUROS AGMINA UERTIT·
SED MANUS E CASTRIS PROPERE COIT OMNIS IN UNŪ·
NEC CONTRA UIRES AUDET SATURNIA IUNO
SUFFICERE· AERIAM CAELO NAM IUPPITER IREM
DEMISIT GERMANAE, HAUT MOLLIA IUSSA FERENTEM·
NI TURNUS CAEDAT TEUCRORUM· MOENIB· ALTIS·
ERGO NEC CLIPEOS IUUENIS SUBSISTERE TANTŪ·
NEC DEXTRA UALET· INIECTIS SIC UNDIQ· TELIS
OBRUITUR· STREPITU ADSIDUO CAUA TEMPORA CIRCŪ
TINNITU GALEAE· ET SAXIS SOLIDA AERA FATISCUNT·
DISCUSSAEQ· IUBAE CAPITI· NEC SUFFICIT UMBO
ICTIB; INGEMINANT HASTIS· ET TROES· ET IPSE
FULMINEUS MNESTHEUS· TUM TOTO CORPORE SUDOR
LIQUITUR· ET PICEUM NEC RESPIRARE POTESTAS
FLUMEN AGIT· FESSOS QUATIT AEGER ANHELITUS ARTUS·
TUM DEMUM PRAECEPS SALTU SESE OMNIB· ARMIS·

IN FLUUIUM DEDIT· ILLE SUO CUM GURGITE FLAUO
ACCEPIT UENIENTEM· AC MOLLIB· EXTULIT UNDIS'
ET LAETUM SOCIIS· ABLUTA CAEDE REMISIT

PANDITUR INTEREA DOMUS OMNIPONTENTIS OLYMPI·
CONCILIUMQ: UOCAT DIUUM PATER ATQ: HOMINUM REX·
IN SEDEM
SIDEREAM TERRAS UNDE ARDUUS OMNES
CASTRAQ: DARDANIDUM ADSPECTAT POPULOSQ· LATINOS·
CONSIDUNT TECTIS BIPATENTIB· INCIPIT IPSE·
CAELICOLAE MAGNI· QUIANAM SENTENTIA UOBIS
UERSA RETRO TANTUMQ: ANIMIS CERTATIS INIQUIS·
ABNUERAM BELLO ITALIAM CONCURRERE TEUCRIS·
QUAE CONTRA UETITUM DISCORDIA QUIS METUS AUT HOS·
AUT HOS ARMA SEQUI· FERRUMQ· LACESSERE SUASIT·
ADUENIET IUSTUM PUGNAE NE ARCESSITE TEMPUS·
CUM FERA CARTHAGO. ROMANIS ARCIB· OLIM·
EXITUM MAGNUM· ATQ· ALPES INMITTET APERTAS·
TUM CERTARE ODIIS· TUM RES RAPUISSE LICEBIT·
NUNC SINITE, ET LAETI PLACITUM COMPONITE FOEDUS·
IUPPITER HAEC PAUCIS· AT NON UENUS AUREA CONTRA
PAUCA REFERT·
O PATER, O HOMINUM RERUMQ· AETERNA POTESTAS·
US
NAMQ: ALIUT QUID SIT QUOD IAM INPLORARE QUEA;
FERATUR
CERNIS UT INSULTENT RUTULI· TURNUSQ: SECUNDØ
PER MEDIOS INSIGNIS EQUIS. TUMIDUSQ: SECUNDO
MARTE RUAT: NON CLAUS Ŧ KA TEGUNT IAM MOENIA TEUCROS·
QUIN INTRA PORTAS· ATQ: IPSIS PROELIA MISCENT
AGGERIB· MURORUM· ET INUNDANT SANGUINE FOSSAE·
AENEAS IGNARUS ABEST· NUMQUAMNE LEUARI
OBSIDIONE SINES· MURIS ITERUM IMMINET HOSTIS
NASCENTIS TROIAE· NECNON EXERCITUS ALTER·
ATQ: ITERUM IN TEUCROS AETOLIS SURGET AB ARPIS
TYDIDES· EQUIDEM CREDO MEA UOLNERA RESTANT·
ET TUA PROGENIES, MORTALIA DEMOROR ARMA·

SI SINE PACE TUA' ATQ. INUITO NUMINE TROES
ITALIAM PETIERE· LUANT PECCATA' NEQ· ILLOS
IUUERIS AUXILIO· SIN TOT RESPONSA SECUTI·
QUAE SUPERI MANESQ· DABANT· CUR NUNC TUA QUISQ̄A
UERTERE IUSSA POTEST· AUT CUR NOUA CONDERE FATA·
QUID REPETAM EXUSTAS ERYCINO IN LITORE CLASSES·
QUID TEMPESTATUM REGEM· UENTOSQ· FURENTES
AEOLIA EXCITOS· AUT ACTAM NUBIB· IRIM·
NUNC ETIAM MANES, HAEC INTEMPTATA MANEBAT
SORS RERUM· MOUET· ET SUPERIS INMISSA REPENTE
ALLECTO MEDIAS ITALUM BACCHATA PER URBES·
NIL SUPER IMPERIO MOUEOR· SPERAUIMUS ISTA
DUM FORTUNA FUIT· UINCANT QUOS UINCERE MAUIS·
SI NULLA EST REGIO· TEUCRIS QUAM DET TUA CONIUNX
DURA· PER, ÉUERSAE GENITOR FUMANTIA TROIAE
EXCIDIA OBTESTOR· LICEAT DIMITTERE AB ARMIS
INCOLUMEM ASCANIUM· LICEAT SUPERESSE NEPOTE̅·
AENEAS SANE IGNOTIS IACTETUR IN UNDIS·
ET QUAMCUMQ· UIAM DEDERIT FORTUNA SEQUATUR·
HUNC TEGERE· ET DIRAE UALEAM SUBDUCERE PUGNAE·
EST AMATHUS, EST CELSA MIHI PAPHUS. ATQ· CYTHERA·
IDALIAEQ· DOMUS· POSITIS INGLORIUS ARMIS
EXIGAT HIC AEUUM· MAGNA DICIONE IUBETO
CARTHAGO PREMAT AUSONIAM· NIHIL URBIB· INDE
OBSTABIT TYRIIS· QUID PESTEM EUADERE BELLI
IUUIT· ET ARGOLICOS MEDIUM FUGISSE PER IGNES·
TOTQ· MARIS UASTAEQ· EXHAUSTA PERICULA TERRAE·
DUM LATIUM TEUCRI· RECIDIUAQ· PERGAMA QUAERUNT·
NON SATIUS CINERES PATRIAE INSEDISSE SUPREMOS·

ATQ· SOLUM QUO TROIA FUIT· XANTHUM ET SEMOENTA
REDDE ORO MISERIS· ITERUMQ· REUOLUERE CASUS·
DA PATER ILIACOS TEUCRIS' TUM REGIA IUNO
ACTA FURORE GRAUI' QUID ME ALTA SILENTIA COGIS
RUMPERE· ET OBDUCTUM UERBIS UULGARE DOLOREM'
AENEAN HOMINUM QUISQUAM DIUUMQ· SUBEGIT
BELLA SEQUI· AUT HOSTEM REGI SE INFERRE LATINO
ITALIAM PETIT FATIS AUCTORIB; ESTO·
CASSANDRAE INPULSUS· FURIIS· NUM LINQUERE CASTRA
HORTATI SUMUS· AUT UITAM COMMITTERE UENTIS·
NUM PUERO SUMMAM BELLI' NUM CREDERE MUROS'
TYRRHENAMQ· FIDEM· AUT GENTIS AGITARE QUIETAS'
QUIS DEUS IN FRAUDEM· QUAE DURA POTENTIA NOSTRI
EGIT' UBI HINC IUNO· DEMISSAUE NUBIB· IRIS'
INDIGNUM EST ITALOS TROIAM CIRCUMDARE FLAMMIS
NASCENTEM· ET PATRIA TURNUM CONSISTERE TERRA'
CUI PILUMNUS AUUS· CUI DIUA UENILIA MATER'
QUID FACE TROIANOS ATRA, UIM FERRE LATINIS'
ARUA ALIENA IUGO PREMERE; ATQ· AUERTERE PRAEDAS'
QUID SOCEROS LEGERE· ET GREMIIS ABDUCERE PACTAS'
PACEM ORARE MANU· PRAEFIGERE PUPPIB' ARMA'.
TU POTES AENEAN MANIB· SUBDUCERE GRAIUM·
PROQ· UIRO NEBULAM· ET UENTOS OPTENDERE INANIS'
ET POTIS IN TOTIDEM CLASSES CONUERTERE NYMPHAS'
NOS ALIQUID RUTULOS CONTRA IUUISSE NEFANDU~ EST'
AENEAS IGNARUS ABEST· IGNARUS ET ABSIT'
EST PAPHUS' IDALIUMQ· TIBI· SUNT ALTA CYTHERA'
QUID GRAUIDAM BELLIS URBEM·ET CORDA ASPERA TEMPTAS·
NOSNE TIBI FLUXAS PHRYGIAE RES UETERE FUNDO

CONAMUR· NOS· AN MISEROS QUI TROAS ACHIUIS
OBIECIT· QUAE CAUSA· FUIT CONSURGERE IN ARMA·
EUROPAMQ· ASIAMQ·· ET FOEDERA SOLUERE FURTO·
ME DUCE DARDANIUS SPARTAM EXPUGNAUIT ADULTER·
AUT EGO TELA DEDI· FOUIUE CUPIDINE BELLA·
TUM DECUIT METUISSE TUIS· NUNC QUERELLIS· SERA
HAUD IUSTIS ADSURGIS· ET INRITA IURGIA IACTAS·
TALIB· ORABAT IUNO· CUNCTIQ· FREMEBANT
CAELICOLE· ADSENSU UARIO· CEU FLAMINA PRIMA
CUM DEPRENSA FREMUNT SILUIS· ET CAECA UOLUTANT
MURMURA· UENTUROS NAUTIS PRODENTIA UENTOS·
TUM PATER OMNIPOTENS RERUM· CUI PRIMA POTESTAS
INFIT· EO DICENTE· DEUM DOMUS ALTA SILESCIT·
ET TREMEFACTA SOLO TELLUS· SILET ARDUUS AETHER·
TUM ZEPHYRI POSUERE· PREMIT PLACIDA AEQUORA PONTUS·
ACCIPITE ERGO ANIMIS· ATQ· HAEC MEA FIGITE DICTA·
QUANDOQUIDEM AUSONIOS CONIUNGI FOEDERE TEUCRIS
HAUT LICITUM· NEC UESTRA CAPIT DISCORDIA FINEM·
QUAE CUIQ· EST FORTUNA HODIE· QUAM QISQ· SECAT SPE·
TROS RUTULUSNE FUAT NULLO DISCRIMINE HABEBO·
SEU FATIS ITALUM CASTRA OBSIDONE TENENTUR·
SIUE ERRORE MALO TROIAE· MONITISQ· SINISTRIS·
NEC RUTULOS SOLUO· SUA QUIQ· EXORSA LABOREM·
FORTUNAMQ· FERENT· REX IUPPITER OMNIB· IDEM·
FATA UIAM INUENIENT· STYGII PER FLUMINA FRATRIS·
PER PICE TORRENTIS· ATRAQ· UORAGINE RIPAS·
ADNUIT· ET TOTUM NUTU TREMEFECIT OLYMPUM·
HIC FINIS FANDI· SOLIO TUM IUPPITER AUREO
SURGIT· CAELICOLAE MEDIUM QUEM AD LIMINA DUCUNT

INTEREA RUTULI PORTIS CIRCUM OMNIB· INSTANT·
STERNERE CAEDE UIROS· ET MOENIA CINGERE FLAMMIS
AST LEGIO AENEADUM UALLIS OBSESSA TENETUR·
NEC SPES ULLA FUGAE· MISERI STANT TURRIB· ALTIS
NEQUIQUAM· ET RARA MUROS CINXERE CORONA·
IASIUS INBRASIDES HICETAONIUSQ· THYMOETES·
ASSARACIQ· DUO· ET SENIOR CUM CASTORE THYBRIS·
PRIMA ACIES· HOS GERMANI SARPEDONIS AMBO·
ET CLARUS· ETHAEMON· LYCIA COMITANTUR AB ALTA·
FERT INGENS TOTO CONIXUS CORPORE SAXUM·
HAUT PARTEM EXIGUAM MONTIS· LYRNESIUS ACMŌ·
NEC CLYTIO GENITORE MINOR· NEC FRATRE MNESTHEO·
HI IACULIS. ILLI CERTANT DEFENDERE SAXIS·
MOLIRIQ· IGNEM· NERUOQ· APTARE SAGITTAS·
IPSE INTER MEDIOS· UENERIS IUSTISSIMA CURA·
DARDANIUS CAPUT ECCE PUER DETECTUS HONESTŪ·
QUALIS GEMMA MICAT FULUUM QUAE DIUIDIT AURŪ·
AUT COLLO DECUS· AUT CAPITI· UEL QUALE PER ARTEM
INCLUSUM BUXO· AUT ORYCIA TEREBENTO
LUCET EBUR· FUSOS CERUIX CUI LACTEA CRINIS
ACCIPIT· ET MOLLIS SUBNECTIT CIRCULUS AURO·
TE QUOQ· MAGNANIMAE UIDERUNT ISMARE GENTES·
UULNERA DIRIGERE· ET CALAMOS ARMARE UENENO
MAEONIA GENEROSE MŌDŌ, UBI PINGUIA CULTA
EXERCENTQ· UIRI· PACTOLUSQ· INRIGAT AURO·
ADFUIT ET MNESTHEUS· QUEM PULSI PRISTINA TURNI
AGGERE MOERORUM· SUBLIMEM GLORIA TOLLIT·
ET CAPYS· HINC NOMEN CAMPANAE DUCITUR URBE·
ILLI INTER SESE DURI CERTAMINA BELLI

CONTULERANT· MEDIA AENEAS FRETA NOCTE SECABAT·
NAMQ· UT AB EUANDRO. CASTRIS INGRESSUS ETRUSCIS·
REGEM ADIT· ET REGI MEMORAT NOMENQ· GENUSQ·
QUIDUE PETAT· QUIDUE IPSE FERAT· MEZZENTIUS ARMA
QUAE SIBI CONCILIET· UIOLENTAQ· PECTORA TURNI
EDOCET, HUMANIS QUAE SIT FIDUCIA REBUS·
ADMONET IMMISCETQ· PRIXECES· HAUT FIT MIXIORA· TARCHON
IUNGIT OPES· FOEDUSQ· FERIT· TUM LIBERA FATI
CLASSEM CONSCENDIT IUSSIS GENS LYDIA DIUUM·
EXTERNO COMMISSA DUCI· AENETA PUPPES
PRIMA TENET· ROSTRO PHRYGIOS SUBIUNCTA LEONES·
IMMINET IDA SUPER· PROFUGIS GRATISSIMA TEUCRIS·
HIC MAGNUS SEDET AENEAS· SECUMQ· UOLUTAT
EUENTUS BELLI UARIOS· PALLASQ· SINISTRO
ADFIXUS LATERI· IAM QUAERIT SIDERA· OPACE
NOCTIS IDEM IAM QUAE PASSUS, TERRAQ· MARIQ·
PANDITE NUNC HELICONA DEAE· CANTUSQ· MOUETE·
QUAE MANUS INTEREA TUSCIS COMITETUR AB ORIS
AENEAN· ARMETQ· RATES· PELAGOQ· UEHATUR·
MASSICUS AERATA PRINCEPS SECAT AEQUORA TIGRI·
SUB QUO MILLE MANUS IUUENUM· QUI MOENIA CLUSI·
QUIQ· URBEM LIQUERE COSAS· QUIS TELA SAGITTAE·
GORYTIQ· LEUES UMERIS· ET LETIFER ARCUS·
UNA TORUUS ABAS, HUIC TOTUM INSIGNIB· ARMIS
AGMEN· ET AURATO FULGEBAT APOLLINE PUPPIS·
SESCENTOS ILLI DEDERAT POPULONIA MATER·
EXPERTOS BELLI IUUENES· AST ILUA TRECENTOS
INSULA· INEXHAUSTIS CHALYBUM GENEROSA METALLIS
TERTIUS ILLE HOMINUM DIUUMQ· INTERPRES ASILAS·

CUI PECUDUM FIBRAE' CAELI CUI SIDERA PARENT'
ET LINGUAE UOLUCRUM· ET PRAESAGI FULMINIS IGNES'
MILLE RAPIT DENSOS AØCIXE· ATQ· HORRENTIB· HASTIS'
HOS PARERE IUBENT ALPHEA AB ORIGINE PISAE'
URBS ETRUSCA SOLO' SEQUITUR PULCHERRIMUS ASTYR'
ASTYR EQUO FIDENS· ET UERSICOLORIB· ARMIS'
TERCENTUM ADICIUNT· MENS OMNIB· UNA SEQUENDI'
QUI CHERETE DOMO· QUI SUNT MINIONIS IN ARUIS'
ET PYRGI UETERES INTEMPESTAEQ· GRAUISCAE'
NON EGO TE LIGURUM DUCTOR· FORTISSIME BELLO
TRANSIERIM CINYRAE· ET PAUCIS COMITATE CUPAUO'
CUIUS OLORINAE SURGUNT DE UERTICE PINNAE'
CRIMEN AMOR UESTRUM· FORMAEQ· INSIGNE PATERNAE'
NAMQ· FERUNT LUCTU, CYCNUM PHAETHONTIS AMATI'
POPULEAS INTER FRONDES UMBRAMQ· SORORUM'
DUM CANIT· ET MAESTUM MUSA SOLATUR AMOREM'
CANENTEM MOLLI PLUMA DUXISSE SENECTAM'
LINQUENTEM TERRAS· ET SIDERA UOCE SEQUENTEM'
FILIUS AEQUALIS COMITATUS CLASSE CATERUAS'
INGENTEM REMIS CENTAURUM PROMOUET· ILLE
INSTAT AQUAE· SAXUMQ· UNDIS IMMANE MINATUR
ARDUUS' ET LONGA SULCAT MARIA ALTA CARINA'
ILLE ETIAM PATRIIS AGMEN CIET OGNUS AB ORIS'
FATIDICAE MANTUS· ET TUSCI FILIUS AMNIS'
QUI MUROS MATRISQ· DEDIT TIBI MANTUA NOMEN'
MANTUA DIUES AUIS' SET NON GENUS OMNIB· UNŪ'
GENS ILLI TRIPLEX· POPULI SUB GENTE QUATERNI'
IPSA CAPUT POPULIS· TUSCO DE SANGUINE UIRES'
HINC QUOQ· QUINGENTOS IN SE MEZZENTIUS ARMAT'

QUOS PATRE BENACO UELATUS HARUNDINE GLAUCA
MINCIUS· INFESTA DUCEBAT IN AEQUORA PINU'
IT GRAUIS AULESTES CENTENAQ· ARBORE FLUCTU
UERBERAT ADSURGENS· SPUMANT UADA MARMORA'E UERSO
HUNC UEHIT IMMANIS TRITON, ET CHERULA CONCHA
EXTERRENS FRETA' CUI LATERUM TENUS, HISPIDA NANTI
FRONS HOMINEM PRAEFERT' IN PRISTIM DESINIT ALUUS'
„ SPUMEA SEMIFERO SUB PECTORE MURMURAT UNDA'.
TOT LECTI PROCERES TER DENIS NAUIB· IBANT
SUBSIDIO TROIAE' ET CAMPOS SALIS AERE SECABANT'
IAMQ· DIES CAELO CONCESSERAT· ALMAQ· CURRU
NOCTIUAGO PHOEBE' MEDIUM PULSABAT OLYMPUM'
AENEAS. NEQ· ENIM MEMBRIS DAT CURA QUIETEM'
IPSE SEDENS' CLAUUMQ· REGIT· UELISQ· MINISTRAT.
ATQ· ILLI MEDIO IN SPATIO, CHORUS ECCE SUARUM
OCCURRIT COMITUM' NYMPHAE 'QUAS ALMA CYBEBE'
NUMEN HABERE MARIS, NYMPHASQ· E NAUIB· ESSE
IUSSERAT' INNABANT PARITER FLUCTUSQ· SECABANT'
QUO PRIUS ERATE STETERANT AD LITORA PUPPIS' PRORAE
ADGNOSCUNT LONGE REGEM· LUSTRANTQ· CHOREIS'
QUARUM QUAE FANDI DOCTISSIMA CYMODOCEA'
PONE SEQUENS' DEXTRA PUPPIM TENET· IPSAQ· DORSO
EMINET· AT LAEUA TACITIS SUBREMIGAT UNDIS'
TUM SIC IGNARUM ADLOQUITUR' UIGILASNE DEUM GENS
AENEA UIGILA' ET UELIS IMMITTE RUDENTES'
NOS SUMUS, IDEAE SACRO DE UERTICE PINUS'
NUNC PELAGI NYMPHAE CLASSIS TUA' PERFIDUS UT NOS'
PRAECIPITES FERRO RUTULUS· FLAMMAQ· PREMEBAT'
RUPIMUS INUITAE TUA UINCULA· TEQ· PER AEQUOR

QUAERIMUS' HANC GENETRIX FACIEM MISERATA REFECIT'
ET DEDIT ESSE DEAS· AEUUMQ· AGITARE SUB UNDIS'
AT PUER ASCANIUS, MURO FOSSISQ. TENETUR'
TELA INTER MEDIA· ATQ. HORRENTIS MARTE LATINOS·
IAM LOCA IUSSA TENENT· FORTI PERMIXTUS ETRUSCO
ARCAS EQUES· MEDIAS ILLI OPPONERE TURMAS·
NE CASTRIS IUNGANT, CERTA EST SENTENTIA TURNO'
SURGE AGE· ET AURORA SOCIOS UENIENTE' UOCARI'
PRIMUS IN ARMA IUBE· ET CLIPEUM CAPE' QUEM DEDIT IPSE
INUICTUM IGNIPOTENS· ATQ. ORAS AMBIIT AURO'
CRASTINA LUX; MEA SI NON INRITA DICTA PUTARIS'
INGENTIS RUTULAE SPECTABIS CAEDIS ACERUOS'
DIXERAT· ET DEXTRA DISCEDENS IMPULIT ALTAM
HAUD IGNARA MODI PUPPIM' FUGIT ILLA PER UNDAS'
OCIOR ET IACULO· ET UENTOS AEQUANTE SAGITTA'
INDE ALIAE CELERANT CURSUS· STUPET INSCIUS IPSE
TROS ANCHISIADES· ANIMOS TAMEN OMINE TOLLIT'
TUM BREUITER SUPERA SPECTANS CONUEXA PRECATUR'
ALMA PARENS IDAEA DEUM' CUI DINDYMA CORDI'
TURRIGERAEQ. URBES· BIIUGIQ. AD FRENA' LEONES'
TU MIHI NUNC PUGNAE PRINCEPS· TU RITE PROPINQUES
AUGURIUM· PHRYGIB·Q. ADSIS PEDE DIUA SECUNDO'
TANTUM EFFATUS. ET INTEREA REUOLUTA RUEBANT
MATURA IAM LUCE DIES' NOCTEMQ. FUGARAT'
PRINCIPIO SOCIIS· EDICIT SIGNA SEQUANTUR'
ATQ. ANIMOS APTENT ARMIS· PUGNAEQ. PARENT SE'
IAMQ. IN CONSPECTU TEUCROS HABET· ET SUA CASTRA'
STANS CELSA IN PUPPI· CLIPEUM CUM DEINDE SINISTRA
EXTULIT ARDENTEM· CLAMOREM AD SIDERA TOLLUNT

DARDANIDAE E MURIS· SPES ADDITA SUSCITAT IRAS·
TELA MANU IACIUNT· QUALES SUB NUBIB· ATRIS·
STRYMONIAE DANT SIGNA GRUES· ATQ· AETHERA TRANANT
CUM SONITU· FUGIUNTQ· NOTOS CLAMORE SECUNDO·
AT RUTULO REGI· DUCIB· FA·MAE MIRA UIDERI
AUSONIIS· DONEC UERSAS AD LITORE PUPPES
RESPICIUNT· TOTUMQ· ADLABI CLASSIB· AEQUOR·
ARDET APEX CAPITI· CRISTISQ· A UERTICE FLAMMA
FUNDITUR· ET UASTOS UMBO UOMIT AEREUS IGNIS·
NON SECUS; AC LIQUIDA· SI QUANDO NOCTE COMETAE
SANGUINEI· LUGUBRE RUBENT· AUT SIRIUS ARDOR·
ILLE SITIM· MORBOSQ· FERENS MORTALIB· AEGRIS
NASCITUR· ET LAEUO CONTRISTAT LUMINE CAELUM·
HAUD TAMEN AUDACI TURNO FIDUCIA CESSIT·
LITORA PRAECIPERE· ET UENIENTIS PELLERE TERRA·
QUOD UOTIS OPTASTIS ADEST· PERFRINGERE DEXTRA·
IN MANIB· MARS IPSE UIRIS· NUNC CONIUGIS ESTO
QUISQ· SUAE· TECTIQ· MEMOR· NUNC MAGNA REFERTO
FACTA PATRUM LAUDES· ULTRO OCCURRAMUS AD UNDA·
DUM TREPIDI· EGRESSI&Q· LABANT UESTIGIA PRIMA·
AUDENTIS FORTUNA IUUAT·
HAEC AIT· ET SECUM UERSAT· QUOS DUCERE CONTRA·
UEL QUIB· OBSESSOS POSSIT CONCREDERE MUROS·
INTEREA AENEAS· SOCIOS DE PUPPIB· ALTIS
PONTIB· EXPONIT· MULTI·.· SERUARE RECURSUS·
LANGUENTIS PELAGI· ET BREUIB· SE CREDERE SALTU·
PER REMOS ALII· SPICULATUS LITORA TARCHON·
QUA UADA NON SPIRANT· NEC FRACTA REMURMURAT UNDA·
SED MARE INOFFENSUM CRESCENTI ADLABITUR AESTU·

ADUERTIT SUBITO PRORAS· SOCIOSQ· PRECATUR·
NUNC O LECTA MANUS· UALIDIS INCUMBITE REMIS·
TOLLITE FERTE RATES· INIMICA FINDITE ROSTRIS
HANC TERRAM· SULCUMQ· SIBI PREMAT IPSA CARINA·
FRANGERE NEC TALI PUPPIM STATIONE RECUSO·
ARREPTA TELLURE SEMEL· QUAE TALIA POSTQUAM
EFFATUS TARCHON· SOCII & CONSURGERE TONSIS·
SPUMANTESQ· RATES ARUIS INFERRE LATINIS·
DONEC ROSTRA TENENT SICCUM· ET SEDERE CARINAE·
OMNES INNOCUE· SED NON PUPPIS TUA TARCHON·
NAMQ· INFLICTA UADIS· DORSO DUM PENDET INIQUO·
ANCEPS SUSTENTATA DIU· FLUCTUSQ· FATIGAT·
SOLUITUR· ADQ· UIROS MEDIIS EXPONIT IN UNDIS·
FRAGMINA REMORUM· QUOS ET FLUITANTIA TRASTRA
IMPEDIUNT· RETRAHITQ· PEDES SIMUL UNDA RELABENS·
NEC TURNUM SEGNIS RETINET MORA· SED RAPIT ACER·
TOTAM AGIEM IN TEUCROS· ET CONTRA IN LITORE SISTIT·
SIGNA CANUNT· PRIMUS TURMAS INUASIT AGRESTIS
AENEAS· OMEN PUGNA STRAUITQ· LATINOS·
OCCISO THERONE· UIRUM QUI MAXIMUS· ULTRO
AENEAN PETIT· HUIC GLADIO· PERQ· AEREA SUTA·
PER TUNICAM SQUALENTEM AURO· LATUS AURIT APERTU·
INDE LICHAN FERIT· EXECTUM IAM MATRE PEREMPTA·
ET TIBI PHOEBE SACRUM· CASUS EUADERE FERRI
QUOD LICUIT PARUO· NEC LONGE CISSEA DURUM·
IMMANEMQ· GIAN· STERNENTIS AGMINA CLAUA
DEIECIT LETO· NIHIL ILLOS HERCULIS ARMA·
NEC UALIDE IUUERE MANUS· GENITORQ· MELAMPUS·
ALCIDAE COMES USQ· GRAUIS EUM TERRA LABORES

PRAEBUIT· ECCE PHARO UOCES DUM IACTAT INERTES·
INTORQUENS IACULUM· CLAMANTIS SISTIT IN ORE'
TU QUOQ· FLAUENTEM PRIMA LANUGINE MALAS·
DUM SEQUERIS CLYTIUM INFELIX· NOUA GAUDIA CYDON'
DARDANIA STRATUS DEXTRA· SECURUS AMORUM·
QUI IUUENUM TIBI SEMPER ERAT· MISERANDE LACERES·
NI FRATRUM STIPATA COHORS FORET OBUIA· PHORCI
PROGENIES· SEPTEM NUMERO & SEPTENAQ· TELA
CONICIUNT· PARTEM GALEA· CLIPEOQ· RESULTANT
INRITA· DEFLEXIT PARTIM STRIDENTIA CORPUS
ALMA UENUS· FIDUM AENEAS ADFATUR ACHATEN'
SUGGERE TELA MIHI· NON ULLUM DEXTRA FRUSTRA
TORSERIT IN RUTULOS' STETERINT QUAE IN CORPORE GRAIUM
ILIACIS CAMPIS' TUM MAGNAM CORRIPIT HASTAM·
ET IACIT· ILLA UOLANS, CLIPEI ∴ TRANSUERBERAT AERA
MEONI+S· ET HORACA SIMUL CUM PECTORE RUMPIT·
HUIC FRATER SUBIT ALCANOR· FRATREMQ· RUENTEM
SUSTENTAT TRA' TRAIECTO MISSA LACERTO &
PROTINUS HASTA FUGIT· SERUATQ· CRUENTA TENOREM
DEXTERAQ· EX UMERO NERUIS MORIBUNDA PEPENDIT'
TUM NUMITOR· IACULO FRATRIS DE CORPORE RAPTO
AENEAN PETIT' SED NON ET FIGERE CONTRA
EST LICITUM· MAGNIQ· FEMUR PERSTRINXIT ACHATAE'
HIC CURIBUS FIDENS· PRIMAEUO CORPORE LAURUS
ADUENIT· ET RIGIDA DRYOPEM FERIT EMINUS HASTA'
SUB MENTUM GRAUITER PRESSA· PARITERQ· LOQUENTIS·
UOCEM ANIMAMQ· RAPIT· TRAIECTO GUTTURE' AT ILLE
FRONTE FERIT TERRAM· ET CRASSUM UOMIT ORE CRUORE·
TRIS QUOQ· THREICIOS· BOREAE DE GENTE SUPREMA'

ET TRIS QUOS IDAS PATER· ET PATRIA IZMARA MITTIT·
PER UARIOS STERNIT CASUS· ACCURRIT HALESUS·
AURUNCAEQ· MANUS· SUBIT ET NEPTUNIA PROLES
INSIGNIS MESSAPUS EQUIS· EXPELLERE TENDUNT·
NUNC HI· NUNC ILLI· CERTA..TUR LIMINE IN IPSO
AUSONIAE MAGNO DISCORDES AETHERE UENTI·
PROELIA CEU TOLLUNT ANIMIS ET UIRIBUS AEQUIS·
NON IPSI INTER SE· NON NUBILA· NON MARE CEDUNT·
ANCEPS PUGNA DIU. STANT OBNIXA OMNIA CONTRA·
HAUD ALITER TROIANAE ACIES· ACIESQ· LATINAE
CONCURRUNT. HAERET PEDE PES. DENSUSQ· UIRO UIR·
AT PARTE EX ALIA· QUA SAXA.. RTANTIA LATE
IMPULERAT TORRENS· ARBUSTAQ· DIRUTA RIPIS·
ARCADAS INSUETOS, ACIES INFERRE PEDESTRES·
UT UIDIT PALLAS LATIO DARE TERGA SEQUACI·
ASPERA QUIS NATURA LOCI· DIMITTERE QUANDO
SUASIT EQUOS· UNUM QUOD REBUS RESTAT EGENIS·
NUNC PRAECE· NUNC DICTIS UIRTUTEM ACCENDIT AMARIS·
QUO FUGITIS SOCII PER UOS· ET FORTIA FACTA·
PER DUCIS EUANDRI NOMEN· DEUICTAQ· BELLA
SPEMQ· MEAM· PATRIAE QUAE NUNC SUBIT AEMULA LAUDE·
FIDITE, NE, PEDIB; FERRO RUMPENDA PER HOSTIS
EST UIA· QUA GLOBUS ILLE UIRUM DENSISSIMUS URGET·
HAC UOS· ET PALL.NT. DUC.M· PATRIA ALTA REPOSCIT·
NUMINA NULLA PREMUNT· MORTALI URGEMUR AB HOSTE
MORTALES· TOTIDEM NOBIS ANIMAEQ· MANUSQ·
ECCE MARIS· MAGNA CLAUDIT NOS OBICE PONTUS·
DEEST IAM TERRA FUGAE· PELAGUS TROIAMNE PETEMUS·
HAEC AIT· ET MEDIUS DENSOS PRORUMPIT IN HOSTIS·

OBUIUS HUIC PRIMUM' FATIS ADDUCTUS INIQUIS
FIT LAGUS. HUNC· MAGNO UELLIT DUM PONDERE SAXU~.
INTORTO FIGIT TELO· DISCRIMINA COSTIS
PER MEDIUM QUA SPINA DABAT· HASTAMQ· RECEPTAT
OSSIB· HAERENTEM' QUEM NON SUPER OCCUBAT HISBO'
ILLE QUIDEM HOC SPERANS· NAM PALLAS ANTE RUENTEM
DUM FURIT· INCAUTUM CRUDELI MORTE SODALIS
EXCIPIT· ATQ· ENSEM TUMIDO IN PULMONE RECONDIT:
HINC STHENIUM PETIT· ET RHOETI DE GENTE UETUSTA
ANCHE···MOLUM·THALAMOS AUSUM INCESTARE NOUERCAE
UOS ETIAM GEMINI· RUTULIS CECIDISTIS IN ARUIS
DAUCIA· LARIDE· THYMBERQ· SIMILLIMA PROLES:
INDISCRETA SUIS· GRATUSQ· PARENTIBUS ERROR'
AT NUNC DURA DEDIT UOBIS DISCRIMINA PALLAS·
NAM TIBI THYMBRAE CAPUT· EUANDRIUS ABSTULIS ENSES:
TE DECISA SUUM LARIDE DEXTERA QUAERIT·
SEMIANIMESQ· MICANT DIGITI· FERRUMQ· RETRACTANT·
ARCADAS ACCENSOS MONITU. ET PRAECLARA TUENTIS
FACTA UIRI· MIXTUS DOLOR. ET PUDOR ARMAT IN HOSTIS
TUM PALLAS· BIIUGIS FUGIENTEM RHOETEA PRAETER
TRAHICIT· HOC SPATIUM, TANTUMQ· MORAE FUIT ILO·
IL·.· NAMQ· PROCUL· UALIDAM DEREXERAT HASTAM·
QUAM MEDIUS RHOETEUS INTERCIPIT· OPTIMAE TEUTRA
TE FUGIENS· FRATREMQ· TYREN· CURRUQ· UOLUTUS:
CAEDIT SEMIANIMIS· RUTULORUM CALCIB· ARUA·
AC UELUT OPTATO UENTIS AESTATE COHORTIS·:
DISPERSA INMITTIT SILUIS INCENDIA PASTOR·
CORREPTIS SUBITO MEDIIS· EXTENDITUR UNA·
HORRIDA PERLATOS ACIES UULCANIA CAMPOS·

ILLE SEDENS· UICTOR FLAMMAS DESPECTAT OUANTES·
NON ALITER SOCIUM UIRTUS COIT OMNIS IN UNUM·
TEQ· IUUAT PALLA· SET BELLIS ACER ALAESUS
TENDIT IN ADUERSOS· SEQ· IN SUA COLLIGIT ARMA·
HIC MACTAT LADONA· PHERETAQ· DE·· ·MOCUMQ·
STRYMONIO DEXTRAM FULGENTI DERIPIT ENSE·M
ELATAM IN IUGULUM· SAXO FERIT ORA THOANTIS·
OSSAQ· DISPERSIT CEREBRO PERMIXTA CRUENTO·
FATA CANENS, SILUIS GENITOR CELERAT HALAESUM·
UT SENIOR LETO CANENTIA LUMINA SOLUIT·
INIECERE MANUM PARCAE· TELISQ· SACRARUNT
EUANDRI· QUEM SIC PALLAS PETIT ANTE PRECATUS·
DA NUNC THYBRI PATER· FERRO QUOD MISSILE LIBRO·
FORTUNAM ATQ· UIAM DURI PER PECTUS HALAESI·
HAEC ARMA. EXUUIASQ· UIRI TUA QUAECUS HABEBIT·
AUDIIT ILLA DEUS· DUM TEXIT HYMEONA HALAESUS·
ARCA··IO INFELIX TELO DAT PECTUS INERMUM·
AT NON CAEDE UIRI TANTA· PERTERRITA LAUSUS·
PARS INGENS BELLI SINIT AGMINA· PRIMUS ABANTEM
OPPOSITUM INTEREMIT· PUGNAE NODUMQ· MORAMQ·
STERNITUR ARCADIAE PROLES· STERNUNTUR ETRUSCI·
ET UOS O GRAIS INPERDITA CORPORA TEUCRI·
AGMINA CONCURRUNT· DUCIBUSQ· ET UIRIB· AEQUIS·
EXTREMI ADDENSANT ACIES· NEC TURBA MOUERI
TELA MANUSQ· SINIT· HINC PALLAS INSTAT· ET URGET·
HINC CONTRA LAUSUS. NEC MULTUM DISCREPAT AETAS·
EGREGII FORMA· SET QUIS FORTUNA NEGARAT
IN PATRIAM REDITUS· IPSOS CONCURRERE PASSUS·
HAUT TAMEN INTER SE MAGNI REGNATOR OLYMPI·

MOX ILLOS SUA FATA MANENT MAIORE SUB HOSTE ·
INTEREA SOROR ALMA MONET SUCCEDERE LAUSO
TURNUM · QUI UOLUCRI CURRU MEDIUM SECAT AGME-
UT UIDIT SOCIOS' TEMPUS DESISTERE PUGNAE ·
SOLUS EGO IN PALLANTA FEROR · SOLI MIHI PALLAS
DEBETUR · CUPEREM IPSE PARENS SPECTATOR ADESSET ·
HAEC AIT · ET SOCII CESSERUNT AEQUORE IUSSO ·
AT RUTULUM ABSCESSU · IUUENIS TUM IUSSA SUPERBA
MIRATUS · STUPET IN TURNO · CORPUSQ: PER INGENS
LUMINA UOLUIT · OBITQ: TRUCI PROCUL OMNIA UISU ·
TALIBUS ET DICTIS, IT CONTRA DICTA TYRANNI ·
AUT SPOLIIS EGO IAM RAPTIS LAUDABUR OPIMIS
AUT LETO INSIGNI · SORTI PATER AEQUUS UTRIQ · EST
TOLLE MINAS' FATUS · MEDIUM PROCEDIT IN AEQUOR ·
FRIGIDUS ARCADIB · COIT IN PRAECORDIA SANGUIS ·
DESILUIT TURNUS BIIUGIS · PEDES APPARAT IRE
COMMINUS · UTQ · LEO SPECULA CUM UIDIT AB ALTA ·
STARE PROCUL CAMPIS MEDITANTEM PROELIA TAURU ·
ADUOLAT · HAUT ALIA EST TURNI UENIENTIS IMAGO ·
HUNC UBI CONTIGUUM MISSAE FORXE CREDIDIT HASTAE ·
IRE PRIOR PALLAS · SIQUA FORS ADIUUET AUSUM
UIRIB · INPARIBUS · MAGNUMQ: ITA AD AETHERA FATUR ·
PER PATRIS HOSPITIUM · ET MENSAS QUAS ADUENA ADISTI ·
TE PRECOR ALCIDAE · COEPTIS INGENTIBUS ADSIS ·
CERNANT SEMINECI · SIBI ME RAPERE ARMA CRUENTA ·
UICTOREMQ: FERANT MORIENTIA LUMINA TURNI ·
AUDIIT ALCIDES IUUENEM · MAGNUMQ: SUB IMO
CORDE PREMIT GEMITUM · LACRIMASQ: EFFUNDIT INANIS ·
TUM GENITOR, NATUM DICTIS ADFATUR AMICIS ·

STAT SUA CUIQ· DIES. BREUE ET INREPARABILE TEMPUS
OMNIBUS EST UITAE' SET FAMAM EXTENDERE F[C]ATIS·
HOC UIRTUTIS OPUS· TROIAE SUB MOENIB· ALTIS
TOT GNATI CECIDERE DEUM· QUIN OCCIDIT UNA
SARPEDON MEA PROGENIES· ETIAM SUA TURNUM
FATA UOCANT· METASQ· DATI PERUENIT AD AEUI·
SIC AIT· ATQ· OCULOS RUTULORUM REICIT ARUIS·
AT PALLAS MAGNIS EMITTIT UIRIB· HASTAM·
UAGINAQ· CAUA FULGENTEM DIRIPIT ENSEM·
ILLA UOLANS· UMERI SURGUNT QUA TEGMINA SUMMA
INCIDIT· ATQ· UIAM CLIPEI EST MOLITA PER ORAS·
TANDEM ETIAM MAGNO STRINXIT DE CORPOREE TURNI·
HIC TURNUS FERRO PRAEFIXUM ROBUR ACUTO·
IN PALLANTA DIU LIBRA[N]S IACIT· ATQ· ITA FATUR·
ASPICE· SUP[N M] MAGE SIT NOSTRUM PENETRABILE TELU·
DIXERAT· AT CLIPEUM· TOT FERRI TERGA· TOT AERIS·
QUEM PELLIS TOTIENS OBEAT CIRCUMDATA TAURI·
UIBRANTI CUSPIS MEDIUM TRANSUERBERAT ICTU·
LORICAEQ MORAS· ET PECTUS PERFORAT· INGENS
ILLE RAPIT CALIDUM FRUSTRA DE UULNERE TELUM·
UNA EADEMQ· UIA SANGUIS ANIMUSQ· SECUNTUR·
CORRUIT IN UUENUS· SONITUM SUPER ARMA DEDERE·
ET TERRAM HOSTILEM MORIENS PETIT ORE CRUENTO·
QUEM TURNUS SUPER ADSISTENS·
ARCADES HAEC INQUIT MEMORES MEA DICTA REFERTE
EUANDRO· QUALEM MERUIT PALEANTA REMITTO·
QUISQUIS HONOS TUMULI· QUIDQUID SOLAMEN HUMANDI EST·
LARGIOR· [H] AUT ILLI STABUNT AENEIA PARUO
HOSPITIA· ET LAEUO PRESSIT PEDE· TALIA FATUS

EXANIMEM· RAPIENS INMANIA PONDERA BALTAEI·
INPRESSUMQ· NEFAS· UNA SUB NOCTE IUGALI·
CAESA MANUS IUUENUM FOEDE· THALAMIQ· CRUENTI·
QUAE CLONUS EURYTIDES MULTO CAELAUERAT AURO·
QUO NUNC TURNUS OUAT SPOLIO· GAUDETQ· POTITUS·
NESCIA MENS HOMINUM FATI· SORTISQ· FUTURAE·
ET SERUARE MODUM· REBUS SUBLATA SECUNDIS·
TURNO TEMPUS ERIT· MAGNO CUM OPTAUERIT EMPTUM
INTACTUM PALLANTA· ET CUM SPOLIA IPSA· DIEMQ·
ODERIT· AT SOCII MULTO GEMITU· LACRIMISQ·
INPOSITUM SCUTO REFERUNT PALLANTA FREQUENTES·
O DOLOR· ATQ· DECUS MAGNUM REDDITURE PARENTI·
HAEC TE PRIMA DIES BELLO DEDIT· HAEC EADEM AUFERT·
CUM TAMEN INGENTIS RUTULORUM LINQUIS ACERUOS·
NEC IAM FAMA MALI TANTI· SET CERTIOR AUCTOR
ADUOLAT AENEAE· TENUI DISCRIMINE LETI
ESSE SUOS· TEMPUS UERSIS SUCCURRERE TEUCRIS·
PROXIMA QUAEQ· METIT GLADIO· LATUMQ· PER AGMEN
ARDENS, LIMITEM AGIT FERRO· TE TURNE SUPERBUM
CAEDE NOUA QUAERENS· PALLAS· EUANDER· IN IPSIS
OMNIA SUNT OCULIS· MENSAE QUAS ADUENA PRIMAS·
TUNC ADIT· DEXTRAEQ· DATAE· SULMONE CREATOS
QUATTUOR HIC IUUENES· TOTIDEM QUOS EDUCAT UFENS
UIUENTIS RAPIT· INFERIAS QUOS IMMOLET UMBRIS·
CAPTIUOQ· ROGI PERFUNDANT SANGUINE FLAMMAS·
INDE MAGO PROCUL INFENSAM CONTENDERET HASTA·
ILLE ATTU SUBIT· EX TREMIBUNDA SUPERUOLAT HASTA·
ET GENUA AMPLECTENS· EFFATUR TALIA SUPPLEX·
PER PATRIOS MANES, ET SPES SURGENTIS IULI

TE PRECOR HANC ANIMAM SERUES GNATOQ PATRIQ.
EST DOMUS ALTA IACENT PENITUS DEFOSSA TALENTA
CAELATI ARGENTI SUNT AURI PONDERA FACTI
INFECTIQ MIHI NON HIC UICTORIA TEUCRUM
UERTITUR AUT ANIMA UNA DABIT DISCRIMINA TANTA.
DIXERAT AENEAS CONTRA CUI TALIA REDDIT
ARGENTI ATQ AURI MEMORAS QUAE MULTA TALENTA
GNATIS PARCE TUIS BELLI COMMERCIA TURNUS
SUSTULIT ILLA PRIOR IAM TUM PALLANTA PEREMPTO
HOC PATRIS ANCHISAE MANES HOC SENTIT IULUS
SIC FATUS GALEAM LAEUA TENET ATQ REFLEXA
CERUICE ORANTIS CAPULO TENUS APPLICAT ENSEM
NEC PROCUL HAEMONIDES PHOEBI TRIUIAEQ SACERDOS
INFULA CUI SACRA REDIMEBAT TEMPORA UITTA
TOTU COLLUCENS UES ATQ INSIGNIB ARMIS
QUEM CONGRESSUS AGIT CAMPO LAPSUMQ SUPERSTAN
IMMOLAT INGENTIQ UMBRA TEGIT ARMA SERESTUS
LECTA REFERT UMERIS TIBI REX GRADIUE TROPAEUM
INSTAURAT ACIES. UULCANI STIRPE CREATUS
CAECULUS ET UENIENS MARSORUM MONTIB UMBRO
DARDANIDES CONTRA FURIT ANXURIS ENSE SINISTRAM
ET TOTUM CLIPEI FERRO DEIECERAT ORBEM
DIXERAT ILLE A QUID MAGNUM UIMQ ADFORE UERBO
CREDIDERAT CAELOQ ANIMUM FORTASSE FEREBAT
CANITIEMQ SIBI ET LONGOS PROMISERAT ANNOS
TARQUITUS EXULTANS CONTRA FULGENTIB ARMIS
SILUICOLAE FAUNO DRYOPE QUEM NYMPHA CREARAT
OBUIUS ARDENTI SESE OBTULIT ILLE REDUCTA
LORICAM CLIPEIQ INGENS ONUS INPEDIT HASTA

TUM CAPUT ORANTIS· NEQUIQUAM· [T] FE MULTA PARAÑIS
DICERE· DETUR[P]EAT TERRAE· TRUNCUMQ· TEPENTEM
PROUOLUENS· SUPER HAEC INIMICO PECTORE FATUR·
ISTIC NUNC METUENDE IACE· NON TE OPTIMA MATER
CONDET HUMI[O]· PATRIOQ· ONERABIT MEMBRA SEPULCHRO·
ALITIB· LINQUERE FERIS· AUT GURGITE MERSUM
UNDA FERET· PISCESQ· INPASTI UULNERA LAMBENT·
PROTINUS ANTHEU[M]S ET LUCAM· PRIMA AGMINA TURNI
PERSEQUITUR· FORTEMQ· NUMAN· FULUUMQ· CAMERTE̅
MAGNANIMO UULCENTE SATUM· DITISSIMUS AGRI
QUI FUIT AUSONIDUM· ET TACITIS REGNAUIT AMYCLIS·
AEGEON QUALIS CENTUM CUI BRACCHIA DICUNT·
CENTENASQ· MANUS· QUINQUAGINTA ORIBUS IGNEM
PECTORIBUSQ· ARSISSE· IOUIS CUM FULMINA CONTRA·
TOT PARIBUS STREPERET CLIPEIS· TOT STRINGERET ENSES·
SIC TOTO AENEAS DESAEUIT IN AEQUORE UICTOR·
UT SEMEL INTEPUIT MUCRO· QUIN ECCE NIPHEI
QUADRIIUGIS IN EQU[O]IS· ADUERSAQ· PECTORA TENDIT·
ATQ· ILLI LONGE GRADIENTEM· [ET] AC DIRA FREMENTEM·
UT UIDERE· METU UERSI· RETROQ· RUENTES·
EFFUNDUNTQ· DUCEM· RAPIUNTQ· AT LITORA CURRU·
INTEREA BIIUGIS INFERT SE LUGAGUS ALBIS
IN MEDIOS· FRATERQ· LIGER· SED FRATER HABENIS
FLECTIT EQUOS· STRICTUM ROTAT ACER LUCAGUS ENSE
HAUT TULIT AENEAS TANTO FERUORE FURENTIS·
INRUIT· ADUERSAQ· INGENS APPARUIT HASTA·
CUI LIGER·
NON DIOMEDIS EQUOS· NEC CURRUM CERNIS ACHILLIS·
AUT PHRYGIAE CAMPOS· NUNC BELLI FINIS, ET AEUI·

HIS DABITUR TERRIS· UAESANO TALIA LATE
DICTA UOLANT LIGERI' SED NON ET TROIUS HEROS
DICTA PARAT CONTRA· IACULUM NAM TORQUET IN HOSTE'
LUCAGUS UT PRONUS PENDENS IN UERBERA' TELO
ADMONUIT BIIUGOS. TRAIECTO DUM PEDE LAEUO
APTAT SE PUGNAE' SUBIT ORAS HASTA PER IMAS
FULGENTIS CLIPEI· TUM LAEUUM PERFORAT INGUEN'
EXCUSSUS CURRU, MORIBUNDUS UOLUITUR ARUIS·
QUEM PIUS AENEAS DICTIS ADFATUR AMARIS·
LUCAGE. NULLA TUOS CURRUS FUGA SEGNIS EQUORUM
PRODIDIT· AUT UANAE UERTERE EX HOSTIB· UMBRAE·
IPSE ROTIS ALIENIS· IUGA DESERIS' HAEC ITA FATUS
ARRIPUIT BIIUGOS· FRATER TENDEBAT INERTIS
INFELIX PALMAS. CURRU DELAPSUS EODEM·
PER TE· PER QUI TE TALEM GENUERE PARENTES
UIR TROIANE· SINE HANC ANIMAM· ET MISERERE PRECANTIS·
PLURIBUS O···RANTI AENEAS' HAUD TALIA DUDUM
DICTA DABAS· MORERE· ET FRATREM NE DESERE FRATER'
TUM LATEBRAS ANIMAE PECTUS· MUCRONE RECLUDIT'
TALIA PER CAMPOS EDEBAT FUNERA DUCTOR
DARDANIUS· TORRENTIS A··QUAE· UEL TURBINIS ATRI
MORE FURENS· TANDEM ERUMPUNT· ET CASTRA RELINQUNT'
ASCANIUS PUER· ET NEQUIQUAM OBSESSA IUUENTUS'
IUNONEM INTEREA COMPELLAT IUPPITER ULTRO'
Ó GERMANA MIHI· ATQ· EADEM GRATISSIMA CONIUNX
UT REBARE, UENUS' NEC TE SENTENTIA FALLIT·
TROIANAS SUSTENTAT OPES· NON UIUIDA BELLO
DEXTRA UIRIS, ANIMUSQ· FEROX· PATIENSQ· PERICLI'
CUI IUNO SUMMISSA' QUID O PULCHERRIME CONIUNX

SOLLICITAS AEGRAM· ET TUA TRISTIA IUSSA TIMENTEM·
SI MIHI QUAE QUONDAM FUERAT· QUAMQ· ESSE DECEBAT·
UIS, IN AMORE FORET· NON HOC MIHI NAMQ· NEGARES
OMNIPOTENS QUIN ET PUGNAE SUBDUCERE TURNUM·
ET DAUNO POSSEM INCOLUMEM SERUARE PARENTI·
NUNC PEREAT· TEUCRISQ· PIO· DET SANGUINE POENAS·
ILLE TAMEN NOSTRA DEDUCIT ORIGINE NOMEN·
PILUMNUSQ· ILLI QUARTUS PATER· ET TUA LARGA
SAEPE MANU· MULTISQ· ONERAUIT LIMINA DONIS·
CUI REX AETHERII BREUITER SIC FATUR· OLYMPI·
SI MORA PRAESENTIS L·ETI· TEMPUSQ· CADUCO
ORATUR IUUENI· MEQ· HOC ITA PONERE SENTIS
TOLLE FUGA TURNUM· ATQ· INSTANTIB· ERIPE FATIS·
HACTENUS INDULSISSE UACAT· SIN ALTIOR ISTIS
SUB PRECIB· UENIA ULLA LATET· TOTUMQ· MOUERI
MUTARIUE PUTAS BELLUM· SPES PASCIS INANIS·
ET IUNO ADLACRIMANS· QUID SI, QUAE UOCE GRAUARIS
MENTE PARES· ATQ· HAEC TURNO RATA UITA MANARET·
NUNC MANET INSONTEM GRAUIS EXITUS· AUT EGO UERI
UANA FEROR QUOD, UT, Ó, POTIUS FORMIDINE FALSA
LUDAR· ET IN MEDIUS TUA QUI POTES ORSA REFLECTAS·
HAEC UBI DICTA DEDIT· CAELO SE PROTINUS ALTO
MISIT· AGENS HIEMEM· NIMBO SUCCINCTA PER AURAS·
ILIACAMQ· ACIEM· ET LAURENTIA CASTRA PETIUIT·
TUM DEA NUBE CAUA· TENUEM SINE UIRIB· UMBRAM
IN FACIEM AENEAE· UISU MIRABILE MONSTRUM·
DARDANIIS ORNAT TELIS· CLIPEUMQ· IUBASQ·
DIUINI ATSIMULAT CAPITIS· DAT INANIA UERBA·
DAT SINE MENTE SONUM· GRESSUMQ· EFFINGIT EUNTIS·

MORTE OBITA QUALIS FAMA EST UOLITARE FIGURAS·
AUT QUAE SOPITOS DELUDUNT SOMNIA SENSUS·
AT PRIMAS LAETA ANTEEACIES EXULTAT IMAGO·
INRITATQ; UIRUM TELIS· ET UOCE LACESSIT·
INSTAT CUI TURNUS· STRIDENTEM EMINUS HASTAM
CONICIT· ILLA DATO UERTIT UESTIGIA TERGO·
TUM UERO AENEAN AUERSUM· UT CEDERE TURNUS
CREDIDIT· ATQ; ANIMO SPEM TURBIDUS HAUSIT INANEM·
QUO FUGIS AENEA· THALAMOS NE DESERE PACTOS·
HAC DABITUR DEXTRA TELLUS QUAESITA PER UNDAS
TALIA UOCIFERANS SEQUITUR· STRICTUMQ; CORUSCAT
MUCRONEM· NEC FERRE UIDET SUA GAUDIA UENTOS·
FORTE RATIS CELSI CONIUNCTA CREPIDINE SAXIX
EXPOSITIS STABAT SCALIS· ET PONTE PARATO·S
QUA REX CLUSINIS ADUECTUS OSINIUS ORIS·
HUIC SESE AENEAE TREPIDA FUGIENTIS IMAGO
CONICIT IN LATEBRAS· NEC TURNUS SEGNIOR INSTAT·
EXUPERATQ; MORAS· ET PONTES TRANSILIT ALTOS·
UIX PRORAM ATTIGERAT· RUMPIT SATURNIA FUNEM·
AUULSAMQ; RAPIT REUOLUTA PER AEQUORA NAUEM·
ILLUM AUTEM AENEAS ABSENTEM IN PROELIA POSCIT·
OBUIA MULTA UIRUM DEMITTIT CORPORA MORTI·
TUM LEUIS HAUT ULTRA LATEBRAS IAM QUAERIT IMAGO·
SED SUBLIME UOLANS· NUBI SE INMISCUIT ATRAE·
CUM TURNUM, MEDIO INTEREA FERT AEQUORE TURBO·
RESPICIT IGNARUS RERUM· INGRATUSQ; SALUTIS·
ET DUPLICIS CUM UOCE MANUS AD SIDERA TENDIT·
OMNIPOTENS GENITOR· TANTON ME CRIMINE DIGNUM
DUXISTI· ET TALIS UOLUISTI EXPENDERE POENAS·

QUO FEROR UNDE ABII· QUAE ME FUGA· QUO[UE] REDUCIT· QUEMUE
LAURENTIS NE ITERUM MUROS· AUT CASTRA UIDEBO·
QUID MANUS· ILLA UIRUM· QUI ME, MEAQ· ARMA SECUTI·
QUOSQ[UE]· NEFAS OMNIS INFANDA IN MORTE RELIQUI·
ET NUNC PALLENTES UIDEO· GEMITUMQ· CADENTUM
ACCIPIO· QUID AGO ET[AC] QUAE IAM SATIS IMA DEHISCAT
TERRA MIHI· UOS Ó POTIUS MISERESCITE UENTI·
IN RUPES. IN SAXA· UOLENS UOS TURNUS ADORO
FERTE RATEM· SAEUISQ· UADIS INMITTITE SYRTIS·
QUO NEQ· ME RUTULI· NEC CONSCIA FAMA SEQUATUR·
HAEC MEMORANS· ANIMO NUNC HUNC· NUNC FUCTUAT ILLUC·
AN SESE MUCRONE· OB TANTUM DEDECUS AMENS
INDUAT· ET CRUDUM PER COSTAS EXIGAT ENSEM·
FLUCTIBUS AN IACIAT MEDIIS· ET LITORA NANDO
CORNUA PETAT· TEUCRUMQ· ITERUM SE REDDAT IN ARMA·
TER CONATUS UTRAMQ UIAM· TER MAXIMA IUNO
CONTINUIT· IUUENEMQ· ANIMI MISERATA REPRESSIT·
LABITUR ALTA SECANS· FLUCTUQ· AESTUQ· SECUNDO·
ET PATRIS ANTIQUAM DAUNI DEFERTUR AD URBEM·
AT IOUIS INTEREA MONITIS· MEZENTIUS ARDENS
SUCCEDIT PUGNAE· TEUCROSQ· INUADIT OUANTES·
CONCURRUNT TYRRHAENAE ACIES· ATQ· OMNIB· UNI·
UNI, ODIISQ UIRO TELISQ· FREQUENTIBUS INSTANT·
ILLE UELUT RUPES, UASTUM QUAE PRODIT IN AEQUOR·
OBUIA UENTORUM FURIIS· EXPOSTAQ· PONTO·
UIM CUNCTAM· ATQ· MINAS PERFERT CAELIQ· MARISQ·
IPSA IMMOTA MANENT· PROLEM DOLICHAONIS HEBRUM
STERNIT HUMI· CUM QUO LATAGUM· PALMUMQ· FUGACEM·
SED LATAGUM SAXO· ATQ· INGENTI FRAGMINE MONTIS·

OCCUPAT OS. FACIEMQ. ADUERSAM. POPLITE PALMUM
SUCCISO. UOLUI SEGNEM SINIT. ARMAQ LAUSU
DONAT HABERE UMERIS. ET UERTICE FIGE RE CRISTAS.
NECNON EUANTHEN PHRYGIUM PARIDISQ MIMANTA
AEQUALEM. COMITEMQ; UNAM QU. E M NO TE THEANO.
IN LUCEM GENITORI AM..YCO DEDIT. ET FACE PREGNANS
CISSEIS REGINA PARIN CREPAT. URBE PATERNA
OCCUBAT. IGNARUM LAURENS HABET ORA MIMANTA.
AC UELUT ILLE. CANUM MORSU DE MONTIB. ALTIS
ACTUS APER. MULTOS UESULUS QUEM PINIFER ANNOS
DEFENDIT. MULTOQ. PALUS LAURENTIA. SILUA
PASTUS HARUNDINEA. POSTQUAM INTER RETIA UENU EST.
SUBSTITIT. INFREMUITQ. FEROX. ET HORRUIT ARMOS.
NEC CUIQUAM IRASCI. PROPIUSQUE ACCEDERE UIRTUS.
SED IACULIS. TUTISQ. PROCUL CLAMORIB. INSTANT.
HAUT ALITER. IUSTAE QUIBUS EST MEZENTIUS IRAE.
NON ULLI EST ANIMUS STRICTO CONCURRE FERRO.
MISSILIBUS LONGE. ET UASTO CLAMORE LACESSUNT.
ILLE AUTEM INPAUIDUS. PARTIS CUNCTATUR IN OMNIS
DENTIB. INFRENDENS. ET TERGO DECUTIT HASTAS.
UENERAT ANTIQUIS CORITI DE FINIBUS ACRON.
GRAIUS HOMO. INFECTOS LINQUENS PROFUGUS HYMENEOS.
HUNC UBI MISCENTEM LONGE MEDIA AGMINA UIDIT.
PURPUREUM PINNIS. ET PACTAE CONIUGIS OSTRO.
INPASTUS. & STABULA ALTA LEO. & CEU SAEPE PERAGRANS.
SUADET ENIM UAESANA FAMES. SI FORTE FUGACEM
CONSPEXIT CAPREAM. AUT SURGENTEM IN CORNUA CERUUM
GAUDET HIANS IMMANE. COMASQ. ARREXIT ET HAERET
UISCERIBUS SUPERINCUMBENS. LAUIT IMPROBAT AETHER

ORA CRUOR·
SIC RUIT IN DENSOS ALACER MEZZENTIUS HOSTIS·
STERNITUR INFELIX AFRON· E& CALCIBUS ATRAM
TUNDIT HUMUM EXPIRANS· INFRACTAQ· TELA CRUENTAT·
ATQ· IDEM FUGIENTEM· AUT EST DIGNATUS ORODEN
STERNERE· NEC IACTA CAELUM DARE CUSPIDE UULNUS·
OBUIUS ADUERSOQ· OCCURRIT· SEQ· UIRO· UIR
CONTULIT· AUT FURTO MELIOR· SED FORTIB· ARMIS·
TUM SUPER ABIECTUM POSITO PEDE NIXUS· ET HASTA·
PARS BELLI AUT TEMNENDA UIRI· IACET ALTUS ORODES·
CONCLAMANT SOCII· LAETUM PAEANA SECUTI·
ILLE AUTEM EXPIRANS· NON ME QUICUMQ· ES· INULTO
UICTOR· NEC LONGUM LAETABERE· TE·· QUOQ· FATA
PROSPECTANT PA··RIA· ATQ· EADEM MOX ARMA TENEBIS·
ATQ SUBRIDENS MIXTA MEZZENTIUS IRA·
NUNC MORERE· AST DE ME DIUUM PATER· ATQ· HOMINUM REX
UIDERIT. HOC DICENS· EDUXIT CORPORE TELUM·
OLLI DURA QUIES OCULOS· ET FERREUS URGET
SOMNUS· IN AETERNAM CLAUDUNTUR LUMINA NOCTE·
CEDICUS ALCATHOUM OBTRUNCAT· SACRATOR HYDASPE.
PARTHENIUMQ· RAPO· ET PRAEDURUM UIRIB· ORSEN·
MESSAPUS CLONIUMQ· LYCAONIUMQ· ERICETEN·
ILLUM IN FRENIS QUI LAPSU·M TELLURE IACENTEM·
HUNC PEDITEM PEDES· ET LYCIUS PROCESSERAT ARGIS·
QUEM TAMEN HAUD EXPERS UALERUS UIRTUTIS AUITAE
DEICIT· ATTHRONIUM SALIUS· SALIUMQ· NEALCES·
INSIGNIS· IACULO· ET LONGE FALLENTE SAGITTA·
IAM GRAUIS AEQUABAT LUCTUS· ET MUTUA MAUORS
FUNERA· CAEDEBANT PARITER· PARITERQ· RUEBANT

UICTORES UICTIQ' NEQ· HIS FUGA NOTA' NEQ· ILLIS·
DI IOUIS IN TECTIS· IRAM MISERANTUR INANEM
AMBORUM· ET TANTOS MORTALIBUS ESSE LABORES'
HINC UENUS, HINC CONTRA SPECTAT SATURNIA IUNO'
PALLIDA TISIPHONE MEDIA INTER MILIA SAEUIT'
AT UERO INGENTEM QUATIENS MEZZENTIUS HASTAM·
TURBIDUS INGREDITUR CAMPUM· QUAM MAGNUS ORION
CUM PEDES INCEDIT· MEDII PER MAXIMA NEREI
STAGNA' UIAM SCINDENS UMERO SUPEREMINET UNDAS'
AUT SUMMIS REFERENS ANNOSAM MONTIBUS ORNUM·
INGREDITURQ· SOLO· ET CAPUT INTER NUBILA CONDIT·
TALIS SE UASTIS INFERT MEZZENTIUS ARMIS'
HUNC CONTRA AENEAS· SPECULATUS IN AGMINE LONGO'
OBUIUS I..RE PARAT' MANET INPERTERRITUS ILLE·
HOSTEM MAGNANIMUM OPPERIENS· ET MOLLE SUA STAT·
ATQ· OCULIS SPATIUM MEMENSUS· QUANTUM SATIS HASTAE·
DEXTRA MIHI DEUS· ET TELUM QUOD MISSILE LIBRO'
NUNC ADSINT· UOUEO PRAEDONIS CORPORE RAPTIS
INDUTUM SPOLIIS· IPSUM TE LAUSE TROPAEUM
AENEAE · DIXIT STRIDENTEMQ· EMINUS HASTAM
IECIT· AT ILLA UOLANS CLIPEO EST EXCUSSA· PROCULQ·
EGREGIUM ANTOREM· LATUS INTER ET ILIA FIGIT·
HERCULEIS ANTOREM COMITEM· QUI MISSUS AB ARGIS'
HAESERAT EUANDRO· ATQ· ITALA CONSIDERAT URBE'
STERNITUR INFELIX ALIENO UULNERE' CAELUMQ·
ASPICIT· ET DULCIS MORIENS REMINISCITUR ARGOS·
TUM PIUS AENEAS HASTAM IACIT· ILLA PER ORBEM
AERE CAUOM TRIPLICI· PER LINEA TERGA' TRIBUSQ·
TRANSIET INTEXTUM TAURIS OPUS' IMOQ· SEDIT

INGUINE' SED UIRIS [illegible] HAUT PERTULIT· OCIUS ENSEM
AENEAS· UISO TYRRHENI SANGUINE LAETUS'
ERIPIT A FEMINE' ET TREPIDANTE FERUIDUS INSTAT·
INGEMUIT CARI GRAUITER GENITORIS AMORE
UT UIDIT LAUSUS· LACRIMAEQ· PER ORA UOLUTAE'
HIC MORTIS DURAE CASUM· TUAQ· OPTIMAE FACTA·
SIQUA FIDEM TANTO EST OPERI LATURA UETUSTAS·
NON EQUIDEM. NEC TE IUUENIS MEMORANDE SILEBO·
ILLE PE[DE]M REFERENS' ET INUTILIS· INQ· LEGATUS
CEDEBAT· CLIPEOQ· INIMICUM HASTILE TRAHEBAT'
PRORIPUIT IUUENIS· SESEQ· INMISCUIT ARMIS·
IAMQ· ADSURGENTIS DEXTRA· PLAGAMQ· FERENTIS·
AENEAE SUBIGIT MUCRONEM· IPSUMQ· MORANDO
SUSTINUIT· SOCII MAGNO CLAMORE SEQUUNTUR·
DUM GENITOR NATI PARMA PROTECTUS ABIRET'
TELAQ· CONICIUNT· PERTUMBANTQ· EMINUS HOSTEM
MISSILIB: FURIT AENEAS· TECTUSQ· TENET SE·
AC UELUT EFFUSA SI QUANDO GRANDINE NIMBI
PRAECIPITANT OMNIS CAMPIS DIFFUGI[T] ARATOR·
OMNIS ET AGRICOLA· ET TUTA LATET ARTE UIATOR·
AUT AMNIS RIPIS· AUT ALTI FORNICE SAXI·
DUM PLUUIT· IN TERRIS UT POSSI[N]T SOLE REDUCTO
EXERCERE DIEM· SIC OBRUTUS UNDIQ TELIS
AENEAS· NUBEM BELLI DUM DETINET OMNIS
SUSTINET· ET LAUSUM INCREPITAT· LAUSOQ· MINATUR·
QUO MORITURE RUIS· MAIORAQ· UIRIB· AUDES·
FALLIT TE INCAUTUM PIETAS TUA· NEC MINUS ILLE
EXULTA[NS]T DEMENS· SAEUAE IAMQUE ALTIUS IRAE
LARDANIO SURGUNT DUCTORI· EXTREMAQ· [LAUSO] EXIGIT ENSE

PARCAE FILA LEGUNT· UALIDUM NAMQ· EXIGIT ENSEM
PER MEDIUM AENEAS IUUENEM· TOTUMQ· RECONDIT·
TRANSIIT ET PARMAM MUCRO· LEUIA ARMA MINACIS·
ET TUNICAM· MOLLI MATER QUAM NEUERAT AURO·
IMPLEUITQ· SINUS SANGUIS· TUM UITA PER AURAS
CONCESSIT MAESTA AD MANIS· CORPUSQ· RELIQUIT·
AT UERO, UT UULTUM UIDIT MORIENTIS· ET ORA·
ORA MODIS ANCHISIADES PALLENTIA MIRIS·
INGEMUIT GRAUITER MISERANS· DEXTRAMQ· TETENDIT·
ET MENTEM PATRIAE STRINXIT PIETATIS IMAGO·
QUID TIBI NUNC MISERANDE PUER· PRO LAUDIB· ISTIS·
QUID PIUS AENEAS TANTA DABIT INDOLE DIGNUM·
ARMA QUIB· LAETATUS HABE TUA· TEQ· PARENTUM
MANIB· ET CINERI·& SI QUA EST EA CURA REMITTO·
HOC TAMEN INFELIX MISERAM SOLABERE MORTEM·
AENEAE MAGNI DEXTRA CADIS· INCREPAT ULTRO
CUNCTANTIS SOCIOS· ET TERRA SUBLEUAT IPSUM·
SANGUINE TURPANTEM COMPTOS DE MORE CAPILLOS·
INTEREA GENITOR· TIBERINI AD FLUMINIS UNDAM·
UULNERA SICCABAT LYMPHIS· CORPUSQ· LAUABAT·
ARBORIS ADCLINIS TRUNCO· PROCUL AEREA RAMIS
DEPENDET GALEA· ET PRATO GRAUIA ARMA QUIESCUNT·
STANT LECTI CIRCUM IUUENES· IPSE AEGER ANHELANS
COLLA FOUET· FUSUS PROPEXAM IN PECTORE BARBAM·
MULTA SUPER LAUSO ROGITAT· MULTUMQ· REMITTIT
QUI REUOCENT· MAESTIQ· FERANT MANDATA PARENTIS·
AT LAUSUM SOCII EXANIMEM SUPER ARMA FEREBANT
FLENTES· INGENTEM· ATQ· INGENTE UULNERE UICTUM·
ADGNOUIT LONGE GEMITUM PRAESAGA MALI MENS·

CANITIEM MULTO DEFORMAT PULUERE· ET AMBAS
AD CAELUM TENDIT PALMAS· ET CORPORE INHAERET·
TANTANE ME TENUIT UIUENDI NATE UOLUPTAS·
UT PRO ME HOSTILI PATERER SUCCEDERE DEXTRAE
QUEM GENUI· TUANE HAEC GENITOR PER UOLNERA SERUOR·
MORTE TUA UIUENS· HEU NUNC MISERO MIHI DEMUM
EXITIUM INFELIX· NUNC ALTE UULNUS ADACTUM·
IDEM EGO NATE TUUM MACULAUI CRIMINE NOMEN·
PULSUS OB INUIDIAM SOLIO· SCEPTRISQ· PATERNIS·
DEBUERAM PATRIAE POENAS· ODIISQ· MEORUM·
OMNIS PER MORTIS ANIMAM SONTES IPSE DEDISSEM·
NUNC UIUO. NEQ· ADHUC HOMINES. LUCEMQ. RELINQUO·
SED LINQUAM· SIMUL HOC DICENS· ATTOLLIT IN AEGRUM
SE FEMUR· ET QUAMQUAM UIS ALTO UULNERE ARDAT·
HAUT DEIECTUS EQUUM DUCI IUBET· HOC DECUS ILLI·
HOC SOLAMEN ERAT· BELLIS HOC UICTOR ABIBAT
OMNIB· · ADLOQUITUR MERENTEM· ET TALIBUS INFIT
RHAEBE· DEIU. RES SI QUA DIU MORTALIB· ULLA EST·
UIXIMUS. HAUT ODIE UICTOR· SPOLIA ILLA CRUENTA·
ET CAPUT AENEAE REFERES· LAUSIQUE DOLORUM
ULTOR ERIS MECUM AUT APERIT SI NULLA UIAM UIS·
OCCUMBES PARITER· NEQ· ENIM FORTISSIME CREDO
IUSSA ALIENA PATI· ET DOMINOS DIGNABERE TEUCROS·
DIXIT· ET EXCEPTUS TERGO· CONSUETA LOCAUIT
MEMBRA· MANUSQ· AMBAS IACULIS ONERAUIT ACUTIS·
AERE CAPUT FULGENS· CRISTAQ· HERSUTIS EQUINA·
SIC CURSUM IN MEDIOS RAPIDUS DEDIT· AESTUAT INGENS
UNO IN CORDE PUDOR MIXTOQ· INSANIA LUCTU·
ATQ· HIC AENEAE MAGNA TER UOCE UOCAUIT·

AENEAS AGNOUIT ENIM· LAETUSQ· PRECATUR·
SIC PATER ILLE DEUM FACIAT· SIC ALTUS APOLLO·
INCIPIAS CONFERRE MANUM·
TANTUM EFFATUS· ET INFESTA SUBIT OBUIUS HASTA·
ILLE AUTEM· QUID ME EREPTO SAEUISSIME NATO
TERRES. HAEC UIA SOLA FUIT QUA PERDERE POSSES·
NEC MORTEM HORREMUS· NEC DIUUM PARCIMUS ULLI·
DESINE· NAM UENIO MORITURUS· ET HAEC TIBI PORTO
DONA PRIUS· DIXIT· TELUMQ· INTORSIT IN HOSTEM·
INDE ALIUD SUPER· ATQ· ALIUD FUGITQ· UOLATQ·
INGENTI GYRO· SET SUSTINET AEREUS UMBO·
TER CIRCUM ADSTANTEM LEUOS EQUITAUIT IN ORBES.
TELA MANU IACIENS. TER SECUM TROIUS HEROS
INMANEM AERATO CIRCUMFERT TEGMINE SILUA—·
INDE UBI TOT TRAXISSE MORAS· TOT SPICULA TAEDIT
UELLERE· ET URGUETUR PUGNA CONGRESSUS INIQUA·
MULTA MOUENS ANIMO· IAM TANDEM ERUMPIT· ET INTER
BELLATORIS EQUI CAUA TEMPORA CONICIT HASTAM·
TOLLIT SE ARRECTUM QUADRUPES· ET CALCIB· AURAS
UERBERAT· EFFUSUMQ· QUITEM SUPER IPSE SECUTUS
IMPLICAT· ELECTOQ· INCUMBIT CERNUUS AMBO·
CLAMORE INCENDUNT CAELUM· TROESQ· LATINIQ·
ADUOLAT AENEAS· UAGINAQ· ERIPIT ENSEM·
ET SUPER HAEC· UBI NUNC MEZENTIUS ACER· ET ILLA
EFFERA UIS ANIMI CONTRA TYRRHENUS· UT AURAS
SUSPICIENS HAUSIT CAELUM· MENTEMQ· RECEPIT·
HOSTIS AMARE· QUIT INCREPITAS, MORTEMQ· MINARIS
NULLUM IN CEDE NEFAS· NEC SIC AD PROELIA UENI·
NEC TECUM MEUS HAEC PEPIGIT MIHI FOEDERA LAUSUS·

UNUM HOC· PER SIQUA EST UICTIS UENIA HOSTIB: ORO·
CORPUS HUMO PATIARE TEGI· SCIO [CE B] ARMA MEORUM·
CIRCUMSTARE ODIA· HUNC ORO DEFENDE FUROREM
ET ME CONSORTEM NATI CONCEDE SEPULCHRO·
HAEC LOQUITUR· IUGULOQ· [H] AUT INSCIUS ACCIPIT ENSE·
UNDANTIQ· ANIMAM DIFFUNDIT IN ARMA CRUOREM·

P· UERGILI MARONIS AENEIDOS·

LIB· ·X· EXPL· INC· LIB· XI

FELICITER·

OCEANUM INTEREA SURGENS AURORA RELIQUIT·
AENEAS. QUAMQUAM ET SOCIIS DERE TEMPUS HUMANDIS
PRAECIPITANT CURAE TURBATAQ· FUNERA MENS EST·
UOTA DEUM PRIMO UICTOR SOLUEBAT EOO·
INGENTEM QUAERCUM· DECISIS UNDIQ· RAMIS
CONSTITUIT TUMULO· FULGENTIAQ· INDUIT ARMA·
MEZZENTI DUCIS. EXUUIAS· TIBI MAGNAE TROPAEUM.
BELLIPOTENS· APTAT RORANTES SANGUINE CRISTAS·
TELAQ· TRUNCA UIRI· ET BIS SEX THORACA PETITUM·
PERFOSSUMQ· LOCIS· CLIPEUMQ· EX AERE SINISTRAE·
SUBLIGAT· ATQ· ENSEM COLLO SUSPENDIT EBURNEUM·
TUM SOCIOS· NAMQ· OMNIS EUM STIPATA TEGEBAT
TURBA DUCUM· SIC INCIPIENS HORTATUR OUANTIS·
MAXIMA RES EFFECTA UIRI· TIMOR OMNIS ABESTO·
QUOD SUPEREST· HAEC SUNT SPOLIA· ET DE REGE SUPERBO·
PRIMITIAE· MANIBUSQ· MEIS MEZZENTIUS HIC EST·
NUNC ITER AD REGEM NOBIS· MUROSQ· LATINOS·
ARMA PARATE ANIMIS· ET SPE PRAESUMITE BELLUM·
NE QUA MORA IGNAROS· UBI PRIMUM UELLERE SIGNA.
ADNUERINT SUPERI· PUBEMQ· EDUCERE CASTRIS
INPEDIAT· SEGNISUE METU SENTENTIA TARDET·
INTEREA SOCIOS. INHUMATAQ· CORPORA TERRAE
MANDEMUS· QUI SOLUS HONOS ACHERONTE SUB IMOST·
ITE AIT· EGREGIAS ANIMAS· QUAE SANGUINE NOBIS·
HANC PATRIAM PEPERE SUO· DECORATE SUPREMIS
MUNERIBUS· MAESTAMQ· EUANDRI PRIMUS AD URBEM·
MITTATUR PALLAS· QUEM NON UIRTUTIS EGENTEM·
ABSTULIT ATRA DIES· ET FUNERE MERSIT ACERBO·
SIC AIT INLACRIMANS· RECIPITQ· AD LIMINA GRESSU·

CORPUS UBI EXANIME POSITUM PALLANTIS· ACOETES
SERUABAT SENIOR' QUI PARRHASIO EUANDRO
ARMIGER ANTE FUIT SED NON FELICIBUS AEQUE
TUM COMES AUSPICIIS· CARO DATUS IBAT ALUMNO·
CIRCUM OMNIS FAMULUMQ· MANUS· TROIANAQ· TURBA·
ET MAESTUM ILLADES CRINEM DE MORE SOLUTAE·
UT UERO AENEAS FORIB· SESE INTULIT ALTIS·
INGENTEM GEMITUM, TUNSIS AD SIDERA TOLLUNT
PECTORIB; MAESTOQ· INMUGIT REGIA LUCTU·
IPSE CAPUT NIUEI FULTUM PALLANTIS ET ORA
UT UIDIT· LEUIQ· PARENS IN PECTORE UULNUS
CUSPIDIS AUSONIAE· LACRIMIS ITA FATUR OBORTIS·
TENE INQUIT MISERANDE PUER· CUM LAETA UENIRET
INUIDIT FORTUNA MIHI· NE REGNA UIDERES
NOSTRA· NEQ· AD SEDES UICTOR UEHEREREREPATERNAS'
NON HAEC EUANDRO DE TE PROMISSA PARENTI
DISCEDENS DEDERAM· CUM ME COMPLEXUS EUNTEM
MITTERET IN MAGNUM IMPERIUM· METUENSQ· MONERET·
ACRIS ESSE UIROS, CUM DURA IN PROELIA GENTE·
ET NUNC ILLE QUIDEM· SPE MULTUM CAPTUS INANI·
FORS ET UOTA FACIT· CUMULATQ· ALTARIA DONIS·
NOS IUUENEM EXANIMUM· ET NIL IAM CAELESTIB· ULLIS
DEBENTEM· UANO MAESTI COMITAMUR HONORE·
INFELIX NATI FUNUS CRUDELE UIDEBIS·
HI NOSTRI REDITUS· EXPECTATIQ· TRIUMPHI·
HAEC MEA MAGNA FIDES· AT NON EUANDRE PUDENDIS
UOLNERIBUS PULSUM ASPICIES' NEC SOSPITE DIRUM
OPTABIS NATO FUNUS PATER' HEI MIHI QUANTUM
PRAESIDIUM AUSONIA· ET QUANTUM TU PERDIS IULE·

HAEC UBI DEFLEUIT· TOLLI MISERABILE CORPUS
IMPERAT· ET TOTO LECTOS EX AGMINE MITTIT
MILLE UIROS· QUI SUPPREMUM COMITENTUR HONOREM·
INTERSINTQ· PATRIS LACRIMIS· SOLACIA LUCTUS
EXIGUA INGENTIS· MISERO SET DEBITA PATRI·
HAUT SEGNES ALII· CRATES· ET MOLLE FERETRUM·
ARBUTEIS TEXUNT UIRGIS· ET UIMINE QUERNO·
EXSTRUCTOSQ· TOROS OBTENTU FRONDIS INUMBRANT·
HIC IUUENEM AGRESTI SUBLIMEM STRAMINE PONUNT·
QUALEM UIRGINEO DEMESSUM POLLICE FLOREM·
SEU MOLLIS UIOLAE· SEU LANGUENTIS HYACINTHI·
CUI NEQ FULGOR ADHUC· NEC DUM SUA FORMA RECESSIT·
NON IAM MATER ALIT TELLUS· UIRISQ· MINISTRAT·
TUM GEMINAS UESTES· AUROQ· OSTROQ· RIGENTIS·
EXTULIT AENEAS· QUAS ILLI LAETA LABORUM·
IPSA SUIS QUONDAM MANIB· SIDONIA DIDO
FECERAT· ET TENUI TELAS DISCREUERAT AURO·
HARUM UNAM IUUENI· SUPPREMUM MAESTUS HONOREM
INDUIT· ARSURASQ· COMAS OBNUBIT AMICTU·
MULTAQ· PRAETEREA LAURENTIS PRAEMIA PUGNAE
AGGERAT· ET LONGO PRAEDAM IUBET ORDINE DUCI·
ADDIT EQUOS ET TELA· QUIB· SPOLIAUERAT HOSTEM·
UINXERAT ET POST TERGA MANUS· QUOS MITTERET UMBRIS
INFERIAS· CAESO SPARSURUS SANGUINE FLAMMAS·
INDUTOSQ· IUBET TRUNCOS HOSTILIBUS ARMIS·
IPSOS FERRE DUCES· INIMICAQ· NOMINA FIGI
DUCITUR INFELIX AEUO CONFECTUS ACOETES·
PECTORA NUNC FOEDANS PUGNIS· NUNC UNGUIB· ORA·
STERNITUR· ET TOTO PROIECTUS CORPORE TERRAE·

DUCUNT ET RUTULO PERFUSOS SANGUINE CURRUS
POST BELLATOR ECUS· POSITIS INSIGNIB· AETHON
IT LACRIMANS· GUTTISQ· UMECTAT GRANDIB· ORA·
HASTAM ALII, GALEAMQ· FERUNT· NAM CETERA TURNUS
UICTOR HABET· TUM MAESTA FALANX· TEUCRIQ· SECUNTUR·
TYRRHENIQ· OMNES· ET UERSIS ARCADES ARMIS·
POSTQUAM OMNIS LONGE COMITUM PRAECESSERAT ORDO
SUBSIT AENEAS · GEMITUQ· HAEC ADDIDIT ALTO·
NON ALIAS HINC AD LACRIMAS· EADEM HORRIDA BELLI
FATA UOCANT· SALUE AETERNUM MIHI MAXIMA PALLA·
AETERNUMQ· UALE· NEC PLUR EFATUS AD ALTOS
TENDEBAT MUROS· GRESSUMQ· IN CASTRA FEREBAT·
IAMQ· ORATORES ADERANT EX URBE LATINA·
UELATI RAMIS OLEAE· UENIAMQ· ROGANTES·
CORPORA PER CAMPOS· FERRO Q· FUSA IACEBANT
REDDERET· AC TUMULO SINERET SUCCEDERE TERRAE·
NULLUM CUM UICTIS CERTAMEN· ET AETHERE CASSIS·
PARCERET HOSPITIBUS QUONDAM SOCERISQ· UOCATIS·
QUOS BONUS AENEAS, HAUT ASPERNANDA PRAECANTIS
PROSEQUITUR UENIA· ET UERBIS HAEC INSUPER ADDIT·
QUAENAM UOS· TANTO FORTUNA INDIGNA LATINI
IMPLICUIT BELLO· QUI NOS FUGIATIS AMICOS·
PACEM ME EXANIMIS· ET MARTIS SORTE PEREMPTIS
ORATIS· EQUIDEM ET UIUIS CONCEDERE UELLEM·
NEC UENI· NISI FATA LOCUM SEDEMQ· DEDISSENT·
NEC BELLUM CUM GENTE GERO· REX NOSTRA RELIQUIT
HOSPITIA· ET TURNI POTIUS SE CREDIDIT ARMIS·
AEQUIUS HUIC TURNUM FUERAT· SE OPPONERE MORTI·
SI BELLUM FINIRE MANU· SI PELLERE TEUCROS

APPARAT· HIS MECUM DECUIT CONCURRERE TELIS·
UIXET CUI UITAM DEUS· AUT SUA DEXTRA DEDISSET·
NUNC ITE· ET MISERIS SUBPONITE CIUIB· IGNEM·
DIXERAT AENEAS· ILLI OBSTIPUERE SILENTES·
CONUERSIQ· OCULOS INTER SE· ATQ· ORA TENEBANT·
HUNC SENIOR· SEMPERQ· ODIIS ET CRIMINE DRANCES
INFENSI· IUUENI TURNO· SIC ORE UICISSIM
ORSA REFERT· O· FAMA INGENS· INGENTIOR ARMIS·
UIR TROIANE· QUIB· CAELO TE LAUDIB· AEQUEM·
IUSTITIANE PRIUS MIRER· BELLINE LABORUM·
NOS UERO HAEC PATRIAM GRATI REFEREMUS AD URBEM
ET TE SIQUA UIAM DEDERIT FORTUNA· LATINO
IUNGEMUS REGI· QUAERAT SIBI FOEDERA TURNUS·
QUIN ET FATALIS MURORUM ATTOLLERE MOLES·
SAXAQ· SUBUECTARE UMERIS TROIANA IUUABIT·
DIXERAT HAEC· UNOQ· OMNES EADEM ORE FREMEBANT·
BIS SENOS PEPIGERE DIES· ET PACE SEQUESTRA·
PER SILUAM TEUCRI· MIXTIQ· INPUNE LATINI
ERRAUERE IUGIS FERRO SONAT ALTA BIPENNI
FRAXINUS· EUERTUNT ACTAS AD SIDERA PINOS·
ROBORA NEC CUNEIS· ET OLENTEM SCINDERE CEDRŪ·
NEC PLAUSTRIS CESSANT UECTARE GEMENTIB· ORNOS·
ET IAM FAMA UOLANS· TANTI PRAENUNTIA LUCTUS·
EUANDRUM· EUANDRIQ· DOMOS· ET MOENIA REPLET·
QUAE MODO UICTOREM LATIO PALLANTA· FEREBAT·
ARCADES AT PORTAS RUERE· ET DE MORE UETUSTO
FUNEREAS RAPUERE FACES· LUCET UIA LONGO
ORDINE FLAMMARUM· ET LATE DISCRIMINAT AGROS·
CONTRA TURBA PRYGUM UENIENS· PLANGENTIA IUNGUN̄

AGMINA· QUAE POSTQUAM MATRES SUCCEDERE· TECTIS
UIDERUNT· MAESTAM INCENDUNT CLAMORIB· URBE͞·
AT NON EUANDRUM POTIS EST UIS ULLA TENERE·
SED UENIT IN MEDIOS· FERETRO PALLANTE REPOSTO·
PROCUBUIT SUPER· ATQ· HAERET LACRIMANSQ· GEMENSQ·
ET UIA UIX TANDEM UOCES LAXATA DOLORE EST·
NON HAEC O· PALLA DEDERAS PROMISSA PARENTI·
CAUTIUS UT SAEUO UELLES TE CREDERE MARTI·
HAUD IGNARUS ERAM· QUANTUM NOUA GLORIA IN ARMIS·
ET PRAEDULCE DECUS· PRIMO CERTAMINE POSSET·
PRIMITIAE IUUENIS MISERAE· BELLIQ· PROPINQUI
DURA RUDIMENTA· ET NULLI EXAUDITA DEORUM
UOTA· PRAECESQ· MEAE· TUQ· O SANCTISSIMA CONIUNX·
FELIX MORTE TUA· NEQ· IN HUNC SERUATA DOLOREM·
CONTRA EGO UIUENDO UICI· MEA FATA· SUPERSTES
RESTAREM UT GENITOR· TROUM SOCIA ARMA SECUTU͞·
OBRUERENT RUTULI TELIS· ANIMAM IPSE DEDISSEM·
ATQ· HAEC POMPA DOMUM· ME, NON PALLANTA REFERRET·
NEC UOS ARGUERIM TEUCRI· NEC FOEDERA· NEC QUAS
IUNXIMUS HOSPITIO DEXTRAS· SORS ISTA SENECTAE
DEBITA ERAT NOSTRAE· QUOD SI INMATURA MANEBAT
MORS GNATUM· CAESIS UOLSCORUM MILIB· ANTE·
DUCENTEM IN LATIUM TEUCROS CECIDISSE IUUARET·
QUIN EGO NON ALIO DIGNER TE FUNERE PALLA·
QUAM PIUS AENEAS· ET QUAM MAGNI PHRYGES· ET QUA͞
TYRRHENIQ· DUCES· TYRRHENUM EXERCITUS OMNIS·
MAGNA TROPEA FERUNT· QUOS DAT TUA DEXTERA LETO·
TU QUOQ· NUNC STARES INMANIS TRUNCUS IN ARMIS·
ESSET PAR AETAS· ET IDEM SI ROBUR AB ANNIS·

TURNE· SED INFELIX TEUCROS QUID DEMOROR ARMIS·
UADITE· ET HAEC MEMORES REGI MANDATA REFERTE·
QUOD UITAM MOROR INUISAM PALLANTE PEREMTO·
DEXTERA CAUSA TUA EST· TURNUM GNATOQ· PATRIQ·
QUAM DEBERE UIDES· MERITIS UACAT HIC TIBI SOLUS
FORTUNAEQ· LOCUS· NON UITAE GAUDIA QUAERO·
NEC FAS· SED GNATO MANIS PERFERRE SUB IMOS·
AURA INTEREA· MISERIS MORTALIB· ALMAM
EXTULERAT LUCEM· REFERENS OPERA ATQ LABORES·
IAM PATER AENEAS· IAM CORUO ET LITORE THARCO·
CONSTITUERE PYRAS· HUC CORPORA QUISQ· SUORUM
MORE TULERE PATRUM· SUBIECTISQ IGNIB· ATRIS·
CONDITUR IN TENEBRAS ALTUM CALIGINE CAELUM·
TER CIRCUM ACCENSOS CINCTI FULGENTIB· ARMIS
DECURRE ROGOS· TER MAESTUM FUNERIS IGNEM
LUSTRAUERE IN EQUIS· ULULATUSQ· ORE DEDERE·
SPARGITUR ET TELLUS LACRIMIS· SPARGUNTUR ET ARMA·
ET CAELO CLAMORQ· UIRUM· CLANGORQ· TUBARUM·
HIC ALII SPOLIA OCCISIS DEREPTA LATINIS
CONICIUNT IGNI· GALEAS ENSESQ· DECORUS·
FRENAQ· FERUENTESQ· ROTAS· PARS MUNERA NOTA·
IPSORUM CLIPEOS· ET NON FELICIA TELA·
MULTA BOUM CIRCA MACTANTUR CORPORA MORTI·
SAETIGEROSQ· SUES· RAPTASQ· EX OMNIB· AGRIS
IN FLAMMAM IUGULANT PECUDES· TUM LITORE TOTO
ARDENTIS SPECTANT SOCIOS· SEMUSTAQ· SERUANT
BUSTA· NEQ· AUELLI POSSUNT· NOX UMIDA DONEC
INUERTIT CAELUM· STELLIS ARDENTIB· APTUM·
NEC MINUS ET MISERI DIUERSA IN PARTE LATINI·

INNUMERAS STRUXERE PYRAS· ET CORPORA PARTIM
MULTA UIRUM TERRAE INFODIUNT· AUECTAQ· PARTIM
FINITIMOS TOLLUNT IN AGROS· UBIQ· REMITTUNT·
CETERA· CONFUSAEQ· INGENTEM CAEDIS ACERUUM·
NEC NUMERO. NEC HONORE CREMANT· TUNC UNDIQ· UASTI
CERTATIM CREBRIS CONLUCENT IGNIB· AGRI·
TERTIA LUX GELIDAM CAELO DIMOUERAT UMBRAM·
MAERENTES ALTUM CINEREM, ET CONFUSA RUEBANT
OSSA FOCIS· TEPIDOQ· ONERABANT AGGERE TERRAE·
IAM UERO IN TECTIS PRAEDIUITIS URBE LATINI
PRAECIPUUS FRAGOR· ET LONGI PARS MAXIMA LUCTUS·
HIC MATRES· MISERAEQ· NURUS. HIC CARA SORORUM
PECTORA MAERENTUM· PUERIQ· PARENTIB· ORBI
DIRUM EXECRANTUR BELLUM· TURNIQ· HYMENAEOS·
IPSAM ARMIS· IPSUMQ· IUBENT DECERNERE FERRO·
QUI REGNUM ITALIAE· ET PRIMOS SIBI POSCAT HONORES·
N INGRAUAT HAEC SEUUS DRANCES· SOLUMQ· UOCARI
A TESTATUR· SOLUM POSCI IN CERTAMINA TURNUM·
D MULTA SIMUL MERITIS SUSTENTAT FAMA TROPAEIS·
HOS INTER MOTUS· MEDIO IN FLAGRANTE TUMULTU·
ECCE SUPER, MAESTI MAGNA DIOMEDIS AB URBE·
LEGATI RESPONSA FERUNT· NIHIL OMNIB· ACTUM
TANTURUM INPENSIS OPERUM· NIHIL DONA· NEQ· AURU
NEC MAGNAS UALUISSE PRECES· ALIA ARMA LATINIS
QUAERENDA· AUT PACEM TROIANO AB REGE PETENDAM·
DEFICIT INGENTI LUCTU EX IPSA LATINUS·
FATALEM AENEAN· MANIFESTO NUMINE FERRI
ADMONET IRA DEUM· TUMULIQ· ANTE ORA RECENTES·
ERGO CONCILIUM MAGNUM· PRIMOSQ· SUORUM·

B MULTA SIMUL CONTRA UARIIS SENTENTIA DICTIS
C PRO TURNO ET MAGNUM REGINAE NOMEN OBUMBRAT·

384

IMPERIO ACCITOS· ALTA INFRA LIMINA COGIT·
OLLI CONUENERE· RUUNTQ· AT REGIA PLENIS
TECTA UIIS· SEDET IN MEDIIS ET MAXIMUS AEUO·
ET PRIMUS SCEPTRIS· HAUT LAETA FRONTE LATINUS·
ATQ· HIC LEGATOS. AETOLA EX URBE REMISSOS·
QUAE REFERANT FARI IUBET ET RESPONSA REPOSCIT
ORDINE CUNCTA SUO· TUM FACTA SILENTIA LINGUIS·
ET UENULUS DICTO PARENS. ITA FARIER INFIT·
UIDIMUS Ó CIUES DIOMEDEN· ARGIUAQ· CASTRA·
ATQ· ITER EMENSI. CASUS SUPERAUIMUS OMNIS·
CONTIGIMUSQ· MANUM· QUA CONCIDIT ILIA TELLUS·
ILLE URBEM ARGYRIPPAM· PATRIAE COGNOMINE GENTIS·
UICTOR GARGANII CONDEBAT IAPYGIS AGRIS·
POSTQUAM INTROGRESSI· ET CORAM DATA COPIA FANDI·
MUNERA PRAEFERIMUS· NOMEN PATRIAMQ· DOCEMUS·
QUI BELLUM INTULERINT· QUAE CAUSA ATTRAXERAT ARPOS·
AUDITIS· ILLE HAEC PLACIDO SIC REDIDIT ORE·
TE
O FORTUNAE GENTES. SATURNIA REGNA·
ANTIQUI AUSONII· QUAE UOS FORTUNA QUIETOS
SOLLICITAT· SUADETQ· IGNOTA LACESSERE BELLA·
QUICUMQ· ILIACOS FERRO UIOLAUIMUS AGROS·
MITTO EA· QUAE MURIS BELLANDO EXHAUSTA SUB ALTIS·
QUOS SIMONIS PREMAT ILLE UIROS· INFANDA PER ORBĒ
SUPPLICIA· ET SCELERUM POENAS EXPENDIMUS OMNES·
UEL PRIAMO MISERANDA MANUS· SCIT TRISTE MINERUAE
SIDUS· ET EUBOICAE CAUTES· ULTORQ· CAPHEREUS·
MILITIA EX ILLA· DIUERSUM AD LITUS ADACTI·
ATRIDES· PROTHEI MENELAUS ADUSQ· COLUMNAS
EXSULAT· AETNAEOS UIDIT CYCLOPAS ULIXES·

REGNA NEOPTOLEMI REFERAM· UERSOSQ· PENATES
IDOMENAEI· LIBYCONE HABITANTES LITORE LOCROS·
IPSE MYCENEUS. MAGNORUM DUCTOR ACHIUOM·
CONIUGIS INFANDAE PRIMA INTRA LIMINA DEXTRA
OPPETIIT· DEUICTAM ASIAM SUBSEDIT ADULTER·
INUIDISSE DEOS· PATRIIS UT REDDITUS ARIS·
CONIUGIUM OPTATUM· ET PULCHRAM CALIDONA UIDERET·
NUNC ETIAM HORRIBILI UISU PORTENTA SECUNTUR·
ET SOCII AMISSI PETIERUNT AETHERA PINNIS·
FLUMINIBUSQ· UAGANTUR AUES. HEU DIRA MEORU
SUPPLICIA· ET SCOPULOS LACRIMOSIS UOCIB· IMPLENT·
HAEC ADEO EX ILLO MIHI IAM SPERANDA FUERUNT
TEMPORE· CUM FERRO CAELESTIA CORPORA DEMENS
ADPETII· ET UENERIS UIOLAUI UULNERE DEXTRAM·
NE UERO, NE ME AD TALIS INPELLITE PUGNAS
NEC MIHI CUM TEUCRIS ULLUM POST ERUTA BELLUM
PERGAMA· NEC UETERUM MEMINI LAETORUE MALORU
MUNERA QUAE PATRIIS AD ME PROTATIS AB ORIS·
UERTITE AD AENEAN· STETIMUS TELA ASPERA CONTRA·
CONTULIMUSQ· MANUS· EXPERTO CREDITE. QUANTUS
IN CLIPEUM ADSURGAT· QUO TURBINE TORQUAT HASTA·
SI DUO PRAETEREA TALIS IDAEA TULISSET
TERRA UIROS· ULTRO INACHIAS UENISSET AD URBES
DARDANUS· ET UERSIS LUGERET GRAECIA FATIS·
QUIDQUID APUD DURAE CESSATUM EST MOENIA TROIAE·
HECTORIS AENEAEQ· MANU· UICTORIA GRAIUM
HAESIT· ET IN DECIMUM UESTIGIA RETTULIT ANNUM·
AMBO ANIMIS· AMBO INSIGNES PRAESTANTIB· ARMIS·
HIC PIETATE PRIOR· COEANT IN FOEDERA DEXTRAE

QUA DATUR· AST ARMIS CONCURRENT ARMA CAUETE·
ET SIMUL RESPONSA QUAE SINT REX OPTIME REGIS
AUDISTI· ET QUAE SIT MAGNO SENTENTIA BELLO·
UIX EA LEGATI· UARIUSQ· PER ORA CUCURRIT
AUSONIDUM TURBATA FREMOR· CEU SAXA MORANTUR·
CUM RAPIDUS AMNIS· FIT CLAUSO GURGITE MURMUR·
UICINAEQ· FREMUNT RIPAE CREPITANTIB· UNDIS·
UT PRIMUM PLACATI ANIMI· ET TREPIDA ORA QUIERUNT·
PRAEFATUS DIUOS· SOLIO REX INFIT AB ALTO·
ANTE EQUIDEM SUMMA DE RE STATUISE LATINI·
ET UELLEM· ET FUERAT MELIUS· NON TEMPORE TALI
COGERE CONCILIUM· CUM MUROS OBSIDET HOSTIS·
BELLUM INPORTUNUM CIUES· CUM GENTE DEORUM·
INUICTISQ· UIRIS GERIMUS· QUOS NULLA FATIGANT
PROELIA· NEC UICTI POSSUNT ADSISTERE FERRO·
SPEM SIQUAM ADSCITIS AETOLUM HABUISTIS IN ARMIS
PONITE·SPES SIBI QUISQ·SED HAEC QUAM ANGUSTA UIDETIS·
CETERA QUA RERUM IACEANT PERCULSA RUINA·
ANTE OCULOS· INTERQ· MANUS SUNT OMNIA UESTRAS·
NEC QUEMQUAM INCUSO· POTUIT QUAE PLURIMA UIRTUS
ESSE, FUIT· TOTO CERTATUM EST CORPORE REGNI·
NUNC ADEO QUAE SIT DUBIAE SENTENTIA MENTI
EXPEDIAM· ET PAUCIS, ANIMOS ADHIBETE DOCEBO·
EST ANTIQUUS AGER· TUSCO MIHI PROXIMUS AMNI·
LONGUS IN OCCASUM· FINIS SUPERUSQ· SICANOS·
AURUNCI RUTULIQ· SERUNT· ET UOMERE DUROS
EXERCENT COLLES· ATQ· HORUM ASPERRIMA PASCUNT·
HAEC OMNIS REGIO· ET CELSI PLAGA PINEA MONTIS·
CEDAT AMICITIAE TEUCRORUM· ET FOEDERIS AEQUAS

DICAMUS LEGES· SOCIOSQ· IN REGNA UOCEMUS·
CONSIDANT SI TANTUS AMOR· ET MOENIA CONDANT·
SIN ALIOS FINIS· ALIAMQ· CAPESSERE GENTEM
EST ANIMUS, POSSUNTQ· SOLO DECEDERE NOSTRO·
BIS DENAS ITALO TEXAMUS ROBORE NAUIS·
SEU PLURES COMPLERE UALENT· IACET OMNIS AD UNDA[M]
MATERIES· IPSI NUMERUMQ·, MODUMQ· CARINIS
PRAECIPIANT NOS, AERA· MANUS· NAUALIA DEMUS·
PRAETEREA QUI DICTA FERANT· ET FOEDERA FIRMENT·
CENTUM ORATORES· PRIMA DE GENTE LATINOS
IRE PLACET· PEACISQ· MANU PRAETENDERE RAMOS·
MUNERA PORTANTIS· AURIQ· EBORIS[Q·] TALENTAQ·
ET SELLAM REGNI· TRABEAMQ· INSIGNIA NOSTRI·
CONSULITE IN MEDIUM· ET REBUS SUCCURRITE FESSIS·
TUM DRANCES· IDEM INFENSUS· QUEM GLORIA TURNI·
OBLIQUA INUIDIA· STIMULISQ· AGITABAT AMARIS·
LARGUS OPUM· ET LINGUA MELIOR· SED FRIGIDA BELLO
DEXTERA· CONSILIIS HABITUS· NON FUIT ILLIS AUCTOR·
SEDITIONE POTENS· GENUS HUIC MATERNA SUPERBU~
NOBILITAS DABAT· INCERTUM DE PATRE FEREBAT·
SURGIT ET HIS ONERAT DICTIS ATQ· AGGERAT IRAS·
REM NULLI OBSCURAM· NOSTRAE NEC UOCES EGENTE~
CONSULIS Ó BONE REX· CUNCTI SE SCIRE FATENTUR·
QUID FORTUNA PETAT POPULI· SED DICERE MUSSANT·
DET LIBERTATEM FANDI· FLATUSQ· REMITTAT·
CUIUS OB AUSPICIUM INFAUSTUM· MORESQ· SINESTROS·
DICAM EQUIDEM, LICET ARMA MIHI· MORTEMQ· MINETUR·
LUMINA TOT CECIDISSE DUCUM· TROTAMQ· UIDEMUS
CONSEDISSE URBEM LUCTU· DUM TROIA TEMPTAT

CASTRA· FUGAE FIDENS· ET CAELUM TERRITAT ARMIS·
UNUM ETIAM DONIS ISTIS· QUAE PLURIMA MITTI
DARDANIDIS. DICIQ· IUBES· UNUM OPTIME REGUM
ADICIAS, NEC TE ULLIUS UIOLENTIA UINCAT·
QUIN NATAM EGREGIO GENERO· DIGNISQ· HYMENAEIS
FIRMES
DES·.·PATER· ET PACEM HANC AETERNO FOEDERE IUNGAS·
QUOD SI TANTUS HABET MENTES· ET PECTORA TERROR·
IPSUM OPTESTEMUR· UENIAMQ· OREMUS AB IPSO·
CEDAT· IUS PROPRIUM REGI· PATRIAEQ· REMITTAT·
QUID MISEROS TOTIENS IN APERTA PERICULA CIUES
PROICIS· O LATIO CAPUT HORUM ET CAUSA MALORUM·
NULLA SALUS BELLO· PACEM TE POSCIMUS OMNIS
TURNE SIMUL PACIS SOLUM INUIOLABILE PIGNUS·
PRIMUS EGO· INUISUM QUEM TU TIBI FINGIS· ET ESSE
NIL MOROR· EN SUPPLEX UENIO· MISERERE TUORUM·
PONE ANIMOS· ET PULSUS ABE· SAT FUNERA FUSIS·
UIDIMUS· INGENTES ET DESOLAUIMUS AGROS·
AUT SI FAMA MOUET· SI TANTUM PECTORE RUBOR
DO S
CONCIPIS· AUT SI ADEO TALIS RE‡IA CORDI EST·
AUDE· ATQ· ADUERSUM FIDENS FER PECTUS IN HOSTE·
SCILICET UT TURNO CONTINGAT REGIA CONIUNX·
UMA F L F
NOS ANIMAE UILES· INH·.·TA INXØXTAQ· TURBA
STERNAMUR CAMPIS· ETIAM TU· SI QUA TIBI UIS·
B H
SI PATRII QUID MATRIS ABES ILLUM ASPICE CONTRA, QUI UOCAT
TALIBUS EXARSIT DICTIS UIOLENTIA TURNI·
DAT GEMITUM RUMPITQ· HAS IMO PECTORE UOCES·
LARGA QUIDEM DRANCE & SEMPER TIBI COPIA FANDI·
TUM CUM BELLA MANUS POSCUNT· PATRIBUSQ· UOCATIS
PRIMUS ADES· SET NON REPLENDA EST CURIA UERBIS·

QUAE TØTO TIBI MAGNA UOLANT' DUM DETINET HOSTE~
AGGERE MOERORUM · NEC INUNDANT SANGUINE FOSSAE ·
PROINDE TONA‡ ELOQUIO. SOLITUM TIBI· MEQ· TIMORES
ARGUE ‡X DRANCE' QUANDO TOT STRAGIS ACERUOS
TEUCRORUM TUA DEXTRA DEDIT· PASSIMQ· TROPAEIS
INSIGNIS AGROS' POSSIT QUID UIUIDA UIRTUS
EXPERIARE LICET NEC LONGE SCILICET HOSTES
QUAERENDI NOBIS· CIRCUMSTANT UNDIQ· MUROS'
IMUS IN ADUERSOS· QUID CESS AN‡TIBI MAUORS ·
UENTOSA IN LINGUA· PEDIBUSQ· FUGACIB· ISTIS
SEMPER ERIT' NEQUIQUAM ARMIS TERREBIMUS HOSTE~
PULSUS EGO· AUT QUISQUAM MERITO FOEDISSIME PULSU~
ARGUET· ILIACO TUMIDUM QUI CRESCERE TYBRIM
SANGUINE· ET EUANDRI TOTAM CUM STIRPE UIDEBIT
PROCUBUISSE DOMUM· ATQ· EXUTOS ARCADAS ARMIS'
HAUD ITA ME EXPERTI· BITIAS ET PANDARUS INGENS·
ET QUOS MILLE DIE UICTOR SUB TARTARA MISI'
INCLUSUS MURIS' HOSTILIQ· AGGERE SAEPTUS'
NULLA SALUS BELLO' CAPITI C..ÆNE TALIA GEMENS
DARDANIO. REBUSQ· TUIS' PROINDE OMNIA MAGNO
NE CESSA TURBARE METU' ATQ· EXTOLLERE UIRES
GENTIS BIS UICTAE' CONTRA PREMERE ARMA LATINI'
NUNC ET MYRMIDONUM PROCERES PHRYGIA ARMA TREMESCUNT·
NUNC ET TYDIDES· ET LARISSEUS ACHILLES·
AMNIS ET HADRIACAS RETRO FUGIT AU‡FIDUS UNDAS'
UEL CUM SE PAUIDUM CONTRA MEA IURGIA FINGIT'
ARTIFICIS SCELUS' ET FORMIDINE CRIMEN ACERBAT'·
NUMQUAM ANIMAM TALEM· DEXTRA HAC· ABSISTE MOUERI
AMITTES. HABITET TECUM· ET SIT PECTORE IN ISTO'

NUNC AD TE· ET TUA MAGNE PATER CONSULTA REUERTOR·
SI NULLAM NOSTRIS ULTRA SPEM PONIS IN ARMIS·
SI TAM DESERTI SUMUS· ET SEMEL AGMINE UERSO
FUNDITUS OCCIDIMUS' NEQ· HABET FORTUNA REGRESSU~
OREMUS PACEM· ET DEXTRAS TENDAMUS INERTIS·
QUAMQUAM 'Ó', SI SOLITAE QUICQUAM UIRTUTIS ADESSET·
ILLE MIHI ANTE ALIOS· FORTUNATUSQ· LABORUM'
EGREGIUSQ· ANIMI· QUI NE QUID TALE UIDERET·
PROCUBUIT MORIENS· ET HUMUM SIMUL ORE MOMORDIT·
SIN ET OPES NOBIS· ET ADHUC INTACTA IUUENTUS'
AUXILIOQ· URBES ITALAE· POPULIQ· SUPERSUN~'
SIN [T] ETROIANIS' CUM MULTO GLORIA UENIT
SANGUINE· SUNT ILLIS SUA FUNERA· PARQ· PER OMNIS
TEMPESTAS' CUR INDECORES IN LIMINE PRIMO
DEFICIMUS' CUR ANTE TUBAM TREMOR OCCUPAT ARTUS'
MULTA DIES UARI[US]+Q· LABOR MUTABILIS AEUI
RETTULIT IN MELIUS· MULTOS [O] ALTERNA REUISENS
LUSIT· ET IN SOLIDO RURSUS FORTUNA LOCAUIT·
NON ERIT AUXILIO NOBIS AETOLUS· ET ARPI'
AT MESSAPUS ERIT· FELIXQ· TOLUMNIUS· ET QUOS
TOT POPULI MISERE DUCES· NEC PARUA SEQUETUR
GLORIA· DELECTOS LATIO ET LAURENTIB· AGRIS·
EST [ET] UULSCORUM EGREGIA DE GENTB CAMILLA &
AGMEN AGENS EQUITUM· ET FLORENTIS AERE CATERUAS
QUOD SI ME SOLUM TEUCRI IN CERTAMINA POSCUN~'
IDQ· PLACET· TANTUMQ· BONIS COMMUNIB' OBSTO'
NON ADEO [HAS] EXOSA MANUS UICTORIA FUGIT·
UT TANTA QUICQUAM PRO SPE TEMPTARE RECUSE~
IBO ANIMIS CONTRA' UEL MAGNUM PRESTET ACHILLE~

FACTAQ. UOLCANI MANIB· PARIA INDUAT ARMA:
ILLE LICET UOBIS ANIMAM HANC· SOCEROQ· LATINI·
TURNUS EGO, HAUD ULLI UETERUM UIRTUTE SECUNDUS
DEUOUI· SOLUM AENEAS UOCAT· ET UOCET ORO·
NEC DRANCES POTIUS, SIUE EST HAEC IRA DEORUM
MORTE LUAT· SIUE EST UIRTUS. ET GLORIA TOLLAT·
ILLI HAEC INTER SE [illegible] DUBIIS DE REBUS AGEBANT
CERTANTES· CASTRA AENEAE ACIEMQ· MOUEBAT·
NUNTIUS INGENTI PER REGIA TECTA TUMULTU
ECCE RUIT· MAGNISQ· URBEM TERRORIB· IMPLET·
INSTRUCTOS ACIE· TIBERINO [a] FLUMINE TEUCROS·
TYRRHENAMQ· MANUM TOTIS DESCENDERE CAMPIS:
EXTE[M]PLO TURBATI ANI[MI] CONCUSSAQ· UOLGI
PECTORA· ET ARRECTAE STIMULIS HAUT MOLLIB· IRAE·
ARMA MANU TREPIDI POSCUNT· FREMIT ARMA IUUENTUS:
FLE[N]T MAESTI MUSSANTQ· PATRES, HIC UNDIQ· CLAMOR
DISSENSU UARIO. MAGNUS SE TOLLIT AD AURAS·
HAUD SECUS· ATQ· ALTO IN LUCO, CUM FORTE CATERUAE
CONSEDERE AUIUM· PISCOSOUE AMNE PADUSAE·
DANT SONITUM RAUCI PER STAGNA LOQUACIA CYCNI·
IMMO AIT ·Ó· CIUES· ARREPTO TEMPORE TURNUS·
COGITE CONCILIUM· ET PACEM LAUDATE SEDENTES:
ILLI [illegible]ARMIS IN REGNA RUUNT· NEC PLURA LOCUTUS·
CORRIPUIT SESE· ET TECTIS CIT..US EXTULIT ALTIS·
TU UOLUS[E] ARMARI UULSCORUM EDICE MANIPLIS·
DUC AIT· ET RUTULOS EQUITEM MESSAPUS IM ARMIS;
ET CUM FRATRE CORAS LATIS DIFFUNDITE CAMPIS·
PARS ADITUS URBIS FIRMENT· TURRISQ· CAPESSAT·
CETERA QUA IUSSO MECUM MANUS INFERAT ARMA·

ILICET IN MUROS· TOTA DISCURRITUR URBE·
CONSILIUM PATER· IPSE ET MAGNAM INCEPTA LATINUS
DESERIT· AC TRISTI TURBATUS TEMPORE DIFERT·
MULTAQ· SE INCUSAT· QUI NON ACCEPERIT ULTRO
DARDANIUM AENEAN· GENERUMQ· ADSCIUERIT URBI'
PRAEFODIUNT ALII PORTAS· AUT SAXA· SUDESQ·
SUBUECTANT· BELLO DAT SIGNUM RAUCA CRUENTUM
BUCINA' TUM MUROS UARI CINXERE CORONA
MATRONE PUERIQ·' UOCAT LABOR ULTIMUS OMNIS'
NECNON AD TEMPLUM· SUMMASQ· AD PALLADIS ARCES
SUBUEHITUR MAGNA MATRUM REGINA CATERUA'
DONA FERENS· IUXTAQ· COMES LAUINIA UIRGO'
CAUSA MALI TANTI S OCULOS DEIECTA DECOROS'
SUCCEDUNT MATRES· ET TEMPLUM TURE UAPORANT'
ET MAESTAS ALTO FUNDUNT DE LIMINE UOCES'
ARMIPOTENS. PRAESES BELLI TRITONIA UIRGO·
FRANGE MANU TELUM PHRYGII PRAEDONIS· ET IPSUM
PRONUM STERNE SOLO· PORTISQ· EFFUNDE SUB ALTIS·
CINGITUR IPSE FURENS CERTATIM IN PROELIA TURNUS·
IAMQ· ADEO RUTULUM THORACA INDUTUS AENIS
HORREBAT SQUAMIS· SURASQ· INCLUSERAT AURO'
TEMPORA NUDUS ADHUC· LATERIQ· ACCINXERAT ENSEM·
FULGEBATQ· ALTA DECURRENS AUREUS ARCE·
EXULTATQ· ANIMIS ET SPE IAM PRAECEPIT HOSTEM'
QUALIS UBI ABRUPTIS FUGIT PRAESEPIA UINCLIS'
TANDEM LIBER EQUS· CAMPOQ· POTITUS APERTO'
AUT ILLE IN PASTUS ARMENTAQ· TENDIT EQUARUM'
AUT ADSUETUS AQUAE PERFUNDI FLUMINE TO
EMICAT· ARRECTISQ· FREMIT CERUICIB; ALTE

LUXURIANS· LUDUNTQ. IUBAE PER COLLA PER ARMOS·
OBUIA CUI UUL[s]CORUM ACIE COMITANTE CAMILLA
OCCURRIT· PORTISQ. AB EQUO REGINA SUB IPSIS
DESILUIT· QUAM TOTA COHORS IMITATA· RELICTIS
AD TERRAM DEFLUXIT EQUIS· TUM TALIA FATUR·
TURNE SÉUI MERITO SIQUA EST FIDUCIA FORTI·
AUDEO. ET AENEADUM PROMITTO OCCURRE[re] TURMAE·
SOLAQ. TYRRHENOS EQUITES IRE OBUIA CONTRA·
ME SINE PRIMA MANU TEMPTARE PERICULA BELLI·
TU PEDES AD MUROS SUBSISTE· ET MOENIA SERUA·
TURNUS AD HAEC OCULOS, HORRENDA[in] UIRGINE FIX[u]PS·
O DECUS ITALIAE UIRGO· QUAS DICERE GRATES·
QUASUE REFERRE PAREM· SED NUNC· EST OMNIA QUANDO
ISTE ANIMUS SUPERAT· MECUM PARTIRE LABOREM·
AENEAS· UT FAMA FIDEM· MISSIQ. REPORTANT
EXPLORATORES· EQUITUM LEUIA INPROBUS ARMA
PRAEMISIT· QUATERENT CAMPOS· [illegible] IPSE ARDUA MONTIS
PER DESERTA· IUGO SUPERANS· ADUENTAT AD URBEM·
FURTA PARO BELLI CONUEXO IN TRAMITE SILUAE·
UT BIUIAS ARMATO OBSIDAM MILITE FAUCES·
TU TYRRHENUM EQUITEM COLLATIS EXCIPE SIGNIS·
TECUM ACER MESSAPUS ERIT· TURMAEQ. LATINAE·
TIBUR[t]NIQ· MANUS· DUCIS ET TU CONCIPE CURAM·
SIC AIT· ET PARIBUS MESSAPUM IN PROELIA DICTIS
HORTATUR· SOCIOSQ. DUCES· ET PERGIT IN HOSTEM·
EST CURUO ANFRACTU UALLES ADCOMMODA FRAUDI·
ARMORUMQ. DOLIS· QUAM DENSIS FRONDIB· ATRUM
URGET UTRIMQ. LATUS· TENUIS QUO SEMITA DUCIT·
ANGUSTAEQ. FERUNT FAUCES· ADITUSQ. MALIGNI·

HANC SUPER IN SPECULIS SUMMOQ' IN UERTICE MONTIS·
PLANITIES IGNOTA IACE(T) TUTIQ· RECEPTUS·
SEU DEXTRA LAEUAQ· UELIS OCCURRERE PUGNAE·
SIUE INSTARE IUGIS· ET GRANDIA UOLUERE SAXA·
HUC IUUENIS NOTA FERTUR REGIONE UIARUM·
ARRIPUITQ· LOCUM· ET SILUIS INSEDIT INIQUIS·
UELOCEM INTEREA SUPERIS IN SEDIBUS OPIM·
UNAM EX UIRGINIBUS SOCIIS· SACRAQ· CATERUA·
COMPELLABAT· ET HAS TRISTIS LATONIA UOCES
ORE DABAT· GRADITUR BELLUM AT CRUDELE CAMILLA
O UIRGO· ET NOSTRIS NEQUIQUAM CINGITUR ARMIS·
CARA MIHI ANTE ALIAS· NEQ· ENIM NOUUS ISTE DIANAE
UENIT AMOR· SUBITOQ· ANIMUM DULCEDINE MOUIT·
PULSUS OB INUIDIAM REGNO. UIRESQ· SUPERBAS·
PRIUERNO ANTIQUA· METABUS CUM EXCEDERET URBE·
INFANTEM FUGIENS· MEDIA INTER PROELIA BELLI
SUSTULIT· EXILIO COMITEM· MATRISQ· UOCAUIT
NOMINE CASMILLAE· MUTATA PARTE CAMILLAM·
IPSE SI(NU) PRAE SE PORTANS· IUGA LONGA PETEBAT
SOLORUM NEMORUM· TELA UNDIQ· SAEUA PREMEBANT·
ET CIRCUMFUSO UOLITABANT MILITE UOLSCI·
ECCE FUGAE MEDIO. SUMMIS AMASENUS ABUNDANS
SPUMABAT RIPIS· TANTUS SE NUBIBUS IMBER
RUPERAT· ILLE INNATE PARANS· INFANTIS AMORE
TARDATUR· CAR ONERI TIMET· OMNIA SECUM
UERSANTI· SUBITO UIX HAEC SENTENTIA SEDIT·
TELUM INMANE· MANU UALIDA QUOD FORTE GEREBAT·
BELLATOR· SOLIDUM NODIS ET ROBORE COCTO·
HUIC NATAM LIBRO. ET SILUESTRI SUBERE CLAUSAM

IMPLICAT· ATQ· HABILEM MEDIAE CIRCUMLIGAT HASTAE·
QUAM DEXTRA INGENTI LIBRAS· ITA AD AETHERA FATUR·
ALMA TIBI HANC NEMORUM CULTRIX LATRONIA UIRGO·
IPSE PATER FAMULAM UOUEO· TUA PRIMA PER AURAS
TELA TENENS SUPPLEX HOSTEM FUGIT· ACCIPE TESTOR
DIUA TUAM· QUAE NUNC DUBIIS COMMITTITUR AURIS·
DIXIT· ET ADDUCTO CONTORTUM MASTILE LACERTO
INMITTIT· SONUERE UNDAE· RAPIDUM SUPER AMNEM
INFELIX FUGIT IN IACULO STRIDENTE CAMILLA·
AT METABUS· MAGNA PROPIUS IAM URGUENTE CATERUA·
DAT SESE FLUUIO· ATQ· HASTAM CUM UIRGINE UICTOR·
GRAMINEO DONUM TRIUIAE DE CESPITE UELLIT·
NON ILLUM TECTIS ULLAE· NON MOENIB· URBES
ACCEPERE· NEQ· IPSE MANUS FERITATE DEDISSET·
PASTORUM· ET SOLIS EXEGIT MONTIB· AEUUM·
HIC NATAM IN DUMIS· INTERQ· HORRENTIA LUSTRA·
ARMENTALIS AEQ· MAMMIS· ET LACTE FERINO
NUTRIBAT· TENERIS INMULGENS UBERA LABRIS·
UTQ· PEDUM PRIMIS INFANS UESTIGIA PLANTAS
INSTITERAT· IACULO PALMAS ARMAUIT ACUTO·
SPICULAQ· EX UMERO PARUAE SUSPENDIT, ET ARCUM·
PRO CRINALI AURO. PRO LONGAE TEGMINA PALLAE·
TIGRIDIS EXUUIAE PER DORSUM A UERTICE PENDENT·
TELA MANU· IAM TUM TENERA PUERILIA TORSIT·
ET FUNDAM TERETI CIRCUM CAPUT EGIT HABENA·
STRYMONIAMQ· GRUEM· AUT ALBUM DEIECIT OLOREM·
MULTAE ILLAM FRUSTRA· TYRRENA PER OPPIDA MATRES
OPTAUERE NURUM· SOLA CONTENTA DIANA·
AETERNUM TELORUM ET UIRGINITATIS AMOREM·

INTEMERATA COLIT· UELLEM HAUT CORREPTA FUISSET
MILITIA TALI· CONATA LACESSERE TEUCROS·
CARA MIHI· COMITUMQ· FORET NUNC UNA MEARUM·
UERUM AGE QUANDOQUIDEM FATIS URGETUR ACERBIS·
LABERE NYMPHA POLO· FINISQ· INUISE LATINOS·
TRISTIS UBI INFAUSTO COMMITTITUR OMINE PUGNA·
HAEC CAPE· ET ULTRICEM PHARETRA DEPROME SAGITTA~
HAC QUICUMQ· SACRUM UIOLARET UULNERE CORPUS·
TROS· ITALUSQ· MIHI PARITER DET SANGUINE POENAS·
POST EGO NUBE CAUA· MISERANDAE CORPUS ET ARMA
INSPOLIATA FERAM TUMULO· PATRIAEQ· REPONAM·
DIXIT· AT ILLA LEUIS CAELI DELAPSA PER AURAS
INSONUIT· NIGRO CIRCUMDATA TURBINE CORPUS·
AT MANUS INTEREA MURIS TROIANA PROPINQUAT·
ETRUSCIQ· DUCES· EQUITUMQ· EXERCITUS OMNIS·
CONPOSITI NUMERO IN TURMAS· FREMIT AEQUORE TOTO·
INSULTANS SONIPES· ET PRESSIS PUGNAT HABENIS·
HUC CONUERSUS ET HUC· TUM LATE FERREUS HASTIS
HORRET AGER· CAMPIQ· ARMIS SUBLIMIB· ARDENT·
NECNON MESSAPUS CONTRA· CELERESQ· LATINI·
ET CUM FRATRE CORAS· ET UIRGINIS ALA CAMILLAE·
ADUERSI CAMPO ADPARENT· HASTASQ· REDUCTAS
PRAETENDUNT LONGE DEXTRIS· ET SPICULA UIBRANT·
ADUENTUSQ· UIRUM· FREMITUSQ· ARDESCIT EQUORU~
IAMQ· INTRA IACTUM TELI PROGRESSUS UTERQ·
CONSTITERANT· SUBITO ERUMPUNT CLAMORE· FURENTISQ·
EXHORTANTUR EQUOS· FUNDUNT SIMUL UNDIQ· TELA
CREBRA· NIUIS RITU· CAELUMQ· OBTEXITUR UMBRA·
CONTINUO ADUERSI TYRRHENUS· ET ACER ACONTEUS·

CONIXI INCURRUNT HASTIS· PRIMIQ· RUINAM
DANT SONITUM· INGENTI· PERF[RA]ECTAQ· QUADRUPEDANTŪ
PECTORA· PECTORIBUS RUMPUNT· EXCUSSUS ACONTEUS·
FULMINIS IN MORTEM· AUT TORMENTI PONDERIS ACTI·
PRAECIPITAT LONGE· ET UITAM DISPERGIT IN AURAS·
EXTEMPLO TURBATAE ACIES· UERSIQ· LATINI
REICIUNT PARMAS· ET EQUOS AD MOENIA UERTUNT
TROES AGUNT· PRINCEPS TURMAS INDUCIT ASILAS·
IAMQ· PROPINQUABANT PORTIS· RURSUSQ· LATINI
CLAMOREM TOLLUNT· ET MOLLIA COLLA REFLECTUNT·
HI FUGIUNT· PENITUSQ· DATIS REFERUNTUR HABENIS·
QUALIS UBI ALTERNO PROCURRENS GURGITE PONTUS·
NUNC RUIT AD TERRAS· SCOPULOSQ· SUPERIACIT UNDA·
SPUMEUS· EXTREMAMQ· SINU PERFUNDIT HARENAM·
NUNC RAPIDUS RETRO· ATQ· AESTU REUOLUTA RESORBENS
SAXA FUGIT· LITUSQ· UADO LABENTE RELINQUIT·
BIS TEUCRI RUTULOS EGERE AD MOENIA UERSOS·
BIS REIECTI ARMIS RESPECTANT TERGA TEGENTES·
TERTIA SED POSTQUAM CONGRESSI IN PROELIA· TOTAS
INPLICUERE INTER SE ACIES· LEGITQ· UIRUM UIR·
TUM UERO ET GEMITUS MORIENTUM· ET SANGUINE IN ALTO·
ARMAQ· CORPORAQ· ET PERMIXTI CAEDE UIRORUM
SEMIANIMES UOLUUNTUR EQUI· PUGNA ASPERA SURGIT·
ORSILOCHUS REMULI· QUANDO IPSUM HORREBAT ADIRE·
HASTAM INTORSIT EQUO· FERRUMQ· SUB AURE RELIQUIT·
QUO SONIPES ICTU FERIT ARDUUS· ALTAQ· IACTAT
UULNERIS INPATIENS ARRECTO PECTORE CRURA·
UOLUITUR ILLE EXCUSSUS HUMI· CATTHILLUS IOLLAN[M]
INGENTEMQ· ANIMIS· INGENTEM CORPORE. ET ARMIS·

DEICIT HERMONIUM· NUDO CUI UERTICE FULUA
CAESARIES· NUDIQ· UMERI· NEC UULNERA TERRENT·
TANTUS IN ARMA PATET· LATOS HUIC HASTA PER ARMOS
ACTA TREMIT· DUPLICATQ· UIRUM TRANSFIXA DOLORE·
FUNDITUR ATER UBIQ· CRUOR· DANT FUNERA FERRO
CERTANTES· PULCHRAMQ· PETUNT PER UULNERA MORTEM
AT MEDIAS INTER CAEDES EXULTAT AMAZON·
UNUM EXSERTA LATUS PUGNAE· PHARETRATA CAMILLA·
ET NUNC ENTA MANU SPARGENS HASTILIA DENSAT·
NUNC UALIDAM DEXTRA RAPIT INDEFESSA BIPENNEM
AUREUS EX UMERO SONAT ARCUS· ET ARMA DIANAE·
ILLA ETIAM SIQUANDO IN TERGUM PULSA RECESSIT·
SPICULA CONUERSO FUGIENTIA DERIGIT ARCU·
AT CIRCUM LECTAE COMITES· LARINAQ· UIRGO·
TULLAQ· ET AERATAM QUATIES ARPEIA SECURIM·
ITALIDES· QUAS IPSA DECUS SIBI DIA CAMILLA
DELEGIT· PACISQ· BONAS· BELLIQ· MINISTRAS·
QUALES THREICIAE. CUM FLUMINA THERMODONTIS
PULSANT· ET PICTIS BELLANTUR AMAZONES ARMIS·
SEU CIRCUM HYPPOLYTEN· SEU CUM SE MARTIA CURRU
PENTHESILEA REFERT· MAGNOQ· ULULANTE TUMULTU·
FEMINEA EXULTANT LUNATIS AGMINA PELTIS·
QUEM TELO PRIMUM· QUEM POSTREMUM ASPERA UIRGO
DEICIS· AUT QUOT HUMI MORIENTIA CORPORA FUNDIS·
EUNAEUM CLYTHIO PRIMUM PATRE· CUIUS APERTUM
ADUERSI LONGA TRANUERBERAT ABIETE PECTUS·
SANGUINIS ILLE UOMENS RIUOS CADIT· ATQ· CRUENTAM
MANDIT HUMUM· MORIENSQ· SUO SE IN UOLNERE UERSAT·
TUM LIRIM· PEGASUMQ· SUPER· QUORUM ALTER HABENAS

SUFFOSSO REUOLUTUS EQUO DUM COLLIGIT· ALTER
DUM SUBIT· AC DEXTRAM LABENTI TENDET INERMEM·
PRAECIPITES PARITERQ· RUUNT' HIS ADDIT AMASTRUM
HIPPOTADEN SEQUITURQ· INCUMBENS EMINUS HASTA·
TEREAQ·. HARPALICUMQ·. ET DEMOPHOONTA· CHROMINQ·
QUODQ· EMISSA MANU CONTORTORSIT SPICULA UIRGO·
TOT PHRYGII CECIDERE UIRI' PROCULXXTUS ARMIS
IGNOTUS· ET EQUO UENATOR IAPYGE FERTUR·
CUI PELLIS LATOS UMEROS· EREPTA IUUENCO
PUGNATORI OPERIT· CAPUT INGENS ORIS HIATUS·
ET MALE TEXERE LUPI' CUM DENTIB· ALBIS·
AGRESTISQ· MANUS ARMAT SPARUS' IPSE CATERUIS
UERTITUR IN MEDIIS' ET TOTO UERTICE SUPRAST
HUNC ILLA EXCEPTUM· NEQ· ENIM LABOR· AGMINE UERSO
TRAICIT· ET SUPER HAEC INIMICO PECTORE FATUR·
SILUIS TE TYRRHENE FERAS AGITARE PUTASTI·
ADUENIT QUI UESTRA DIES MULIEBRIB· ARMIS
UERBA REDARGUERET· NOMEN TAMEN" AUT LEUE PATRUM
MANIB· HOC REFERES· TELO CECIDISSE CAMILLAE·
PROTINUS ORSILOCHUM. ET BUTEN· DUO MAXIMA TEUCRU
CORPORE SET BUTEN AUERSUM CUSPIDE FIXIT·
LORICAM GALEAMQ· INTER· QUA COLLA SEDENTIS
LUCENT· ET LAEUO DEPENDET PARMA LACERTO·
ORSILOCHUM FUGIENS' MAGNUMQ· AGITATA PERREM
ELUDIT GYRO INTERIOR· SEQUITURQ· SEQUENTEM·
TUM UALIDAM PERQ ARMA UIRO· PERQ· OSSA SECURI
ALTIOR EXSURGENS ORANTI· ET MULTA PRECANTI
CONGEMINAT· UULNUS CALIDO RIGAT ORA CEREBRO·
INCIDIT HUIC· SUBITOQ· ASPECTU TERRITUS HAESIT·

APPENNINICOLAE BELLATOR FILIUS AUNI·
HAUD LIGURUM EXTREMUS· DUM FALLERE FATA SINEBAT·
ISQ· UBI SE NULLO IAM CURSU EUADERE PUGNAE
POSSE· NEQ· INSTANTEM REGINAM AUUERTERE CERNIT·
CONSILIO UERSARE DOLOS INGRESSUS· ET ASTU
INCIPIT HAEC· QUID TAM EGREGIUM· SI FEMINA FORTI
FIDIS EQUO· DIMITTE FUGAM· ET TE COMMINUS AEQUO
MECUM CREDE SOLO· PUGNAEQ· ACCINGE PEDESTRI·
IAM NOSCES UENTOSA FERAT CUI GLORIA FRAUDEM·
DIXIT· AT ILLA FURENS· ACRIQ· ACCENSA DOLORE·
TRADIT ECUM COMITI· PARIBUSQ· RESTITIT IN ARMIS·
ENSE PEDES NUDO· RAPUQ· INTERRITA PARMA·
AT IUUENIS UICISSE DOLO RATUS· AUOLAT IPSE
HAUD MORA· CONUERSISQ· FUGAX AUFERTUR HABENIS·
QUADRIPEDEMQ· CITUM FERRATA CALCE FATIGAT·
UANE LIGUS· FRUSTRAQ· ANIMIS ELATE SUPERBIS·
NEQUIQUAM PATRIAS TEMPTASTI LUBRICUS ARTIS·
NEC FRAUS TE INCOLUMEM FALLACI PERFERET AUNO·
HAEC FATUR UIRGO· ET PERNICIB· IGNEA PLANTIS
TRANSIT ECUM CURSU· FRENISQ· ADUERSA PREHENSIS
CONGREGITUR· POENASQ· INIMICO EX SANGUINE SUMIT·
QUAM FACILE ACCIPITER SAXO SACER ALES AB ALTO·
CONSEQUITUR PINNIS SUBLIMEM IN NUBE COLUMBA·
CONPRENSAMQ· TENET· PEDIBUSQ· EUINCERAT UNCIS·
TUM CRUOR· ET UULSAE LABUNTUR AB AETHERE PLUMAE·
AT NON HAEC NULLIS HOMINUM SATOR ATQ· DEORUM
OBSERUANS OCULIS· SUMMO SEDET ALTUS OLYMPO·
TYRRHENUM GENITOR· TARCHONEM IN PROELIA SAEUA
SUSCITAT· ET STIMULIS HAUD MOLLIBUS INCITAT IRAS·

ERGO INTER CAEDES· CEDENTIAQ· AGMINA TARCHON
FERTUR EQUO. UARIISQ· INSTIGAT UOCIB· ALAS'
NOMINE QUEMQ· UOCANS· REFICITQ· IN PROELIA PULSOS·
QUIS METUS Ó NUMQUAM DOLITURI· Ó SEMPER INERTES
TYRRHENI Q· TANTA ANIMIS INAUIA UENIT'
FEMINA PALANTES AGIT· ATQ· HAEC AGMINA UERTIT·
QUO FERRUM' QUIDUE HAEC GERIMUS TELA INRITA DEXTRIS·
AT NON IN UENEREM SEGNES· NOCTURNAQ· BELLA'
AUT UBI CURUA CHOROS INDIXIT TIBIA BACCHI'
EXPECTATE DAPES· ET PLENAE POCULA MENSAE'
HIC AMOR· HOC STUDIUM· DUM SACRA SECUNDUS HAROSPEX
NUNTIET· AC LUCOS UOCET HOSTIA PINGUIS IN ALTOS'
HAEC EFFATUS, ECUM IN MEDIOS MORITURUS ET IPSE
CONCITAT· ET UENULO ADUERSUM SE TURBIDUS INFERT·
DEREPTUMQ· AB EQUO DEXTRA COMPLECTITUR HOSTEM'
ET GREMIUM ANTE SUUM· MULTA UI CONCITUS AUFERT'
TOLLITUR IN CAELUM CLAMOR' CUNCTIQ· LATINI
CONUERTERE OCULOS· UOLAT IGNEUS EQUORE TARCHO
ARMA UIRUMQ· FERENS· TUM SUMMA IPSIUS AB HASTA
DEFRINGIT FERRUM· ET PARTIS RIMATUR APERTAS
QUA UULNUS LETALE FERAT· CONTRA ILLE REPUGNANS
SUSTINET A IUGULO DEXTRAM· ET UIM UIRIB· EXIT'
UTQ· UOLANS ALTE RAPTUM CUM FULUA DRACONEM
FERT AQUILA' INPLICUITQ· PEDES' ATQ· UNGUIB· HAESIT
SAUCIUS AD SERPENS· SINUOSA UOLUMINA UERSAT·
ARRECTISQ· HORRET SQUAMIS· ET SIBILAT ORE
ARDUUS INSURGENS· ILLA HAUD MINUS URGET OPUNCO
LUCTANTEM ROSTRO' SIMUL AETHERA UERBERAT ALIS'
HAUD ALITER· PRAEDAM TIBURTUM EX AGMINE TARCON

PORTAT OUANS DUCIS EXEMPLUM EUENTUMQ SECUTI
MAEONIDAE INCURRUNT TUM FATIS DEBITUS ARRUNS
UELOCEM IACULO ET MULTA PRIOR ARTE CAMILLAM
CIRCUIT ET QUAE SIT FORTUNA FACILLIMA TEMPTAT
QUA SE CUMQ FURENS MEDIO TULIT ARMINE UIRGO
HAC ARRUNS SUBIT ET TACITUS UESTIGIA LUSTRAT
QUA UICTRIX REDIT ILLA PEDEMQ EX HOSTE REPORTAT
HAC IUUENIS FURTIM CELERIS DETORQUET HABENAS
HOS ADITUS IAMQ HOS ADITUS OMNEMQ PERERRAT
UNDIQ CIRCUITUM ET CERTAM QUATIT IMPROBUS HASTA
FORTE SACER CYBEIO CHOREUS OLIMQ SACERDOS
INSIGNIS LONGE PHRYGIS FULGEBAT IN ARMIS
SPUMANTEMQ AGITABAT ECUM PELLIS AENIS
IN PLUMAM SQUAMIS. AURO CONSERTA TEGEBAT
IPSE PEREGRINA FERRUGINE CLARUS ET OSTRO
SPICULA TORQUEBAT LYCIO CORTYNIA CORNU
AUREUS EX UMERIS ERAT ARCUS ET AUREA UATI
CASSIDA TUM CROCEAM CLAMYDEMQ SINUSQ CREPANTIS
CARBASEOS FULUO IN NODUM COLLEGERAT AURO
PICTUS ACU TUNICAS ET BARBARA TEGMINA CRURUM
HUNC UIRGO, SIUE UT TEMPLIS PRAEFIGERET ARMA
TROIA CAPTIUO SIUE UT SE FERRET IN AURO
UENATRIX UNUM EX OMNI CERTAMINE PUGNAE
CAECA SEQUEBATUR TOTUMQ INCAUTA PER AGMEN
FEMINEO PRAEDE ET SPOLIORUM ARDEBAT AMORE
TELUM EX INSIDIIS. CUM TANDEM TEMPORE CAPTO
CONCITAT ET SUPEROS ARRUNS SIC UOCE PRAECATUR
SUMME DEUM. SANCTI CUSTOS SORACTIS APOLLO
QUEM PRIMI COLIMUS CUI PINEUS ARDOR ACERUO

PASCITUR· ET MEDIUM FRETI PIETATE PER IGNEM·
CULTORES MULTA PRIXEMIMUS UESTIGIA PRUNA·
DA PATER · HOC NOSTRIS ABOLERI DEDECUS ARMIS
OMNIPOTENS· NON EXUUIAS PULSAEUE TROPEUM
UIRGINIS· AUT SPOLIA ULLA PETO· MIHI CETERA LAUDEM
FACTA FERENT· HAEC DIRA MEORUM UULNERE PESTIS
PULSA CADAT· PATRIAS REMEABO INGLORIUS URBES·
AUDIIT· ET UOTI PHOEBUS SUCCEDERE PARTEM
MENTE DEDIT· PARTEM UOLUCRIS DISPERSIT IN AURAS·
STERNERET UT SUBITA TURBATAM MORTE CAMILLA–
ADNUIT ORANTI· REDUCEM UT PATRIA ALTA UIDERET
NON DEDIT· INQ· NOTOS UOCEM UERTERE PROCELLAE·
ERGO UBI MISSA MANU SONITUM DEDIT HASTA PER AURAS·
CONUERTERE ANIMOS ACRIS· OCULOSQ· TULERE
CUNCTI AD REGINAM UOLSCI· NIHIL IPSA· NEC AURAE·
NEC SONITU MEMOR· AT UENIENTIS AB AETHERE TELI·
HASTA SUB EXERTAM DONEC PERLATA PAPILLAM
HAESIT· UIRGINEUMQ· ALTE BIBIT ACTA CRUOREM·
CONCURRUNT TREPIDAE COMITES· DOMINAMQ· RUENE–
SUSCIPIUNT· FUGIT ANTE OMNIS EXTERRITUS ARRUNS·
LAETITIA· MIXTOQ· METU· NEC IAM AMPLIUS HASTAE
CREDERE· NEC TELIS OCCURRERE UIRGINIS AUDET·
AC UELUT ILLE PRIUS. QUAM TELA INIMICA SEQUANUR
CONTINUO IN MONTIS SESE AUIUS ABDIDIT ALTOS·
OCCISO PASTORE LUPUS· MAGNOUE IUUENCO·
CONSCIUS AUDACIS FACTI· CAUDAMQ· REMULCENS
SUBIECIT PAUITANTEM UTERO· SILUAQ· PETIUIT·
HAUD SECUS EX OCULIS SE TURBIDUS ABSTULIT ARRUNS·
CONTENTUSQ· FUGA· MEDIIS SE INMISCUIT ARMIS·

ILLA MANU MORIENS TELUM TRAHIT· OSSA SED INTER·
FERREUS AD COSTAS ALTO STAT UØLNERE MUCRO'
LABITUR EXANGUIS' LABUNTUR FRIGIDA LETO
LUMINA· PURPUREUS QUONDAM COLOR ORA RELIQUIT·
TUM EXPIRANS· ACCAM EX AEQUALIB· UNAM
ADLOQUITUR· FIDA ANTE ALIAS· QUAE SOLA CAMILLAE'
QUICUM PARTIRI CURAS· ATQ· HAEC ITA FATUR'
HACTENUS ACCA SOROR POTUI· NUNC UULNUS ACERBUM
CONFICIT· ET TENEBRIS NIGRESCUNT OMNIA CIRCUM'
EFFUGE· ET HAEC TURNO MANDATA NOUISSIMA PERFER'
SUCCEDAT PUGNAE' TROIANOSQ· ARCEAT URBE'
IAMQ· UALE· SIMUL HIS DICTIS. LINQUEBAT HABENAS·
AD TERRAM NON SPONTE FLUENS· TUM FRIGIDA TOTO
PAULATIM EXSOLUIT SE CORPORE' LENTAQ· COLLA'
ET CAPTUM LETO POSUIT CAPUT· ARMA RELINQUENS'
UITAQ· CUM GEMITU FUGIT INDIGNATA SUB UMBRAS'
TUM UERO INMENSUS SURGENS FERIT AUREA CLAMOR
SIDERA· DEIECTA CRUDESCIT PUGNA CAMILLA'
INCURRUNT DENSI' SIMUL OMNIS COPIA TEUCRUM
TYRRHENUMQ· DUCES· EUANDRIQ· ARCADES ALAE
AT TRIUIAE CUSTOS· IANDUDUM IN MONTIB· OPIS
ALTA SEDET SUMMIS· SPECTATQ· INTERRITA PUGNAS'
UTQ· PROCUL MEDIO IUUENUM IN CLAMORE FURENTEM
PROSPEXIT· TRISTI MULCATAM MORTE CAMILLAM'
INGEMUITQ· DEDITQ· HAS IMO PECTORE UOCES·
HEU NIMIUM UIRGO· NIMIUM CRUDELE LUISTI
SUPPLICIUM· TEUCROS CONATA LACESSERE BELLO'
NEC TIBI DESERTAE IN DUMIS' COLUISSE DIANAM
PROFUIT· AUT NOSTRAS UMERO GESSISSE SAGITTAS'

NON TAMEN INDECOREM TUA TE REGINA RELIQUIT·
EXTREMA IAM IN MORTE· NEQ· HOC SINE NOMINE LETUM
PER GENTIS ERIT· AUT FAMAM PATIERIS INULTAE·
NAM QUICUMQ· TUUM UIOLAUIT UULNERE CORPUS·
MORTE LUET MERITA· FUIT INGENS MONTE SUB ABTO·
REGIS DECERNI· TERRENO EX AGGERE BUSTUM·
ANTIQUI LAURENTIS· OPACAQ· ILICE TECTUM·
HIC EA SE PRIMUM· RAPIDO PULCHERRIMA NISU
SISTIT· ET ARRUNTEM TUMULO SPECULATUR AB ALTO·
UT UIDIT LAETANTEM ANIMIS· AC UANA TUMENTEM·
CUR INQUIT DIUERSUS ABIS. HUC DERIGE GRESSUM·
HUC PERITURE UENI· CAPIAS UT DIGNA CAMILLAE
PRAEMIA· TUNE ETIAM TELIS MORIERE DIANAE·
DIXIT· ET AURATA UOLUCREM THREISSA SAGITTAM
DEPROMSIT PHARETRA· CORNUQ· INFENSA TETENDIT·
ET DUXIT LONGE· DONEC CURUATA COIRENT
INTER SE CAPITA· ET MANIB· IAM TANGERET EQUIS·
LAEUA ACIEM FERRI· DEXTRA NERUOQ· PAPILLAM·
EXTEMPLO TELI STRIDOREM· AURASQ· SONANTES
AUDIIT· UNA ARRUNS· HAESITQ· IN CORPORE FERRUM·
ILLUM EXSPIRANTEM SOCII· ATQ· EXTREMA GEMENTE
OBLITI IGNOTO CAMPORUM IN PULUERE LINQUNT·
OPIS AD AETHERIUM PINNIS AUFERTUR OLYMPUM·
PRIMA FUGIT DOMINA AMISSA LEUIS ALA CAMILLAE·
TURBATI FUGIUNT RUTULI· FUGIT ACER ATINAS·
DEFECTIQ· DUCES· DESOLATIQ· MANIPLI
TUTA PETUNT· ET EQUIS AUERSI AD MOENIA TENDUNT·
NEC QUISQUAM INSTANTIS TEUCROS· LETUMQ· FERENTES
SUSTENTARE UALET TELIS· AU SISTERE CONTRA·

SED LAXOS REFERUNT UMERIS LANGUENTIB· ARCUS·
QUADRUPEDUMQ· PUTREM CURSU QUATIT UNGULA CAMPU~
UOLUITUR AD MUROS CALIGINE TURBIDUS ATRA
PULUIS· ET SPECULIS PERCUSSAE PECTORA MATRES·
FEMINEUM CLAMOREM AD CAELI SIDERA TOLLUNT·
QUI CURSU PORTAS PRIMI INRUPERE PATENTIS·
HOS INIMICA SUPER MIXTO PRAEMIT AGMINE TURBA·
NEC MISERAM EFFUGIUNT MORTEM· SED LIMINE IN IPSO·
MOENIB IN PATRIIS· ATQ INTRA TUTA DOMORUM·
CONFIXI EXSPIRANT ANIMAS· PARS CLAUDERE PORTAS·
NEC SOCIIS APERIRE UIAM· NEC MOENIBUS AUDENT
ACCIPERE ORANTES· ORITURQ· MISERRIMA CAEDES
DEFENDENT· ARMIS ADITUS· INQ· ARMA RUENTUM·
EXCLUSI ANTE OCULOS· LACRIMANTUMQ· ORA PARENTU~
PARS IN PRAECIPITIS FOSSAS URGENTE RUINA
UOLUITUR· INMISSIS PARS CAECA ET CONCITA FRENIS
ARIETAT IN PORTAS· ET DUROS OBICE POSTIS·
IPSAE DE MURIS SUMMO CERTAMINE MATRES·
MONSTRAT AMOR UERUS PATRIAE· UT UIDERE CAMILLA~
TELA MANU TREPIDAE IACIUNT· AC ROBORE DURO·
STIPITIBUS FERRUM· SUDIBUSQ· IMITANTUR OBUSTIS·
PRAECIPITES. PRIMAEQ· MORI PRO MOENIBUS ARDENT·
INTEREA TURNUS IN SILUIS. SAEUISSIMUS IMPLET
NUNTIUS· ET IUUENI INGENTEM FERT ACCA TUMULTUM·
DELETAS UOLSCORUM ACIES· CECIDISSE CAMILLAM·
INGRUERE INFENSOS HOSTIS· ET MARTE SECUNDO
OMNIA CORRIPUISSE· METUM IAM AD MOENIA FERRI·
ILLE FURENS. ET SAEUA IOUIS SIC NUMINA POSCUNT·
DESERIT OBSESSOS COLLES· NEMORA ASPERA LINQUIT·

UIX E CONSPECTU EXIERAT· $\overset{\text{UM}}{\text{CAMPOSQ}}$· TENEBAT·
CUM PATER AENEAS· $\overset{\text{A}}{\text{SLTUS}}$ INGRESSUS APERTOS·
EXSUPERATQ· IUGUM· SILUAQ· EUADIT OPACA·
SIC AMBO AD MUROS RAPIDI. TOTOQ· FERUNTUR
AGMINE· NEC LONGIS INTER SE PASSIB· ABSUNT·
AC SIMUL AENEAS, FUMANTES PULUERE CAMPOS
PROSPEXIT LONGAE· LAURENTIAQ· AGMINA UIDIT·
ET SAEUUM AENEAN AGNOUIT TURNUS IN ARMIS·
ADUENTUSQ· PEDUM· FLATUSQ· AUDIUIT EQUORUM·
CONTINUOQ· $\overset{\text{A}}{\text{INEANT}}$ PUGNAS ET PROELIA TEMPTENT·
NI ROSEUS FESSOS IAM GURGITE PHOEBUS HIBERO
TINGUAT EQUOS· NOCTEMQ· DIE LABENTE REDUCAT·
CONSIDUNT CASTRIS ANTE URBEM· ET MOENIA UALLANT·

P· UERGILI MARONIS AENEIDOS

LIB· XI· EXPL· INC· LIB· XII

FELICITER

TURNUS UT INFRACTOS ADUERSO MARTE LATINOS
DEFECISSE UIDET SUA NUNC PROMISSA REPOSCI
SE SIGNARI OCULOS ULTRO INPLACABILIS ARDET
ATTOLLITQ· ANIMOS POENORUM QUALIS IN ARUIS·
SAUCIUS ILLE GRAUI UENATUM UULNERE PECTUS·
TUM DEMUM MOUET ARMA LEO· GAUDETQ· COMANTES
EXCUTIENS CERUICE TOROS· FIXUMQ· LATRONIS
INPAUIDUS FRANGIT TELUM ET FREMIT ORE CRUENTO·
HAUD SECUS ACCENSO GLISCET UIOLENTIA TURNO·
TUM SIC AFFATUR REGEM, ATQ· ITA TURBIDUS INFIT·
NULLA MORA IN TURNO NIHIL EST QUOD DICTA RETRACTENT
IGNAUI AENEADAE·NEC QUAE PEPIGERE RECUSENT·
CONGREDIOR· FER SACRA PATER ET CONCIPE FOEDUS·
AUT HAC DARDANIUM DEXTRA SUB TARTARA MITTAM
DESERTOREM ASIAE SEDEANT SPECTENTQ· LATINI
ET SOLUS FERRO CRIMEN COMMUNE REFELLAM·
AUT HABEAT UICTOS CEDAT LAUINIA CONIUNX·
OLLI SEDATO RESPONDIT CORDE LATINUS·
O PRAESTANS ANIMI IUUENIS· QUANTUM IPSE FEROCI
UIRTUTE EXSUPERAS· TANTO ME INPENSIUS. AEQUUM EST
CONSULERE· ATQ· OMNIS METUENTEM EXPENDERE CASUS·
SUNT TIBI REGNA PATRIS DAUNI SUNT OPPIDA CAPTA
MULTA MANU· NECNON AURUMQ· ANIMUSQ· LATINO EST
SUNT ALIAE INNUPTAE LATIO ET LAURENTIB· ARUIS
NEC GENUS INDECORES· SINE ME HAEC AUT MOLLIA FATU
SUBLATIS APERIRE DOLIS· SIMUL HOC ANIMO HAURI·
ME NATAM NULLI UETERUM SOCIARE PROCORUM
FAS ERAT· IDQ· OMNES DIUIQ· HOMINESQ· CANEBANT·
UICTUS AMORE TUI, COGNATO SANGUINE UICTUS

CONIUGIS ET MAESTAE LACRIMIS' UINCLA OMNIA RUPI
PROMISSAM ERIPUI GENERO· ARMA IMPIA SUMPSI·
EX ILLO QUI ME CASUS, QUAE TURNE SEQUANTUR·
BELLA UIDES QUANTOS PRIMUS PATIERE LABORES·
BIS MAGNA UICTI PUGNA'S' UIX URBE TUEMUR
SPES ITALAS· RECALENT NOSTRO THYBRINA FLUENTA
SANGUINE ADHUNC· CAMPIQ· INGENTES OSSIB· ALBENT·
QUO REFEROR TOTIENS, QUAE MENTEM INSANIA MUTAT·
SI TUANO EXTINCTO SOCIOS SUM ADSCIRE PARATUS'
CUR NON INCOLUMI POTIUS CERTAMINA TOLLO'
QUIT CONSANGUINEI RUTULI' QUID CETERA DICET
ITALIA· AD MORTEM SI TE· FORS DICTA REFUTET
PRODIDERIM· NATAM ET CONUBIA NOSTRA PETENTEM·
RESPICE RES BELLO UARIAS' MISERERE PARENTIS
LONGAEUI QUEM NUNC MAESTUM PATRIA ARDEA LONGE
DIUIDIT' HAUDQUAQUAM DICTIS UIOLENTIA TURNI
FLECTITUR· EXUPERAT MAGIS· ARDESCITQ· TUENDO,
UT PRIMUM FARI POTUIT' SIC INCIPIT ORE'
QUAM PRO ME CURAM GERIS, HANC PRECOR OPTIME PRO ME
DEPONAS' LIXETUMQ· SINAS PRO LAUDE PACISCI·
ET NOS TELA PATER· FERRUMQ· HAUD DEBILE DEXTRA
SPARGIMUS· ET NOSTRO SEQUITUR DE UULNERE SANGUIS·
LONGE ILLI DEA MATER ERIT· QUAE NUBE FUGACEM
FEMINEA TEGAT· ET UANIS SESE OCCULAT UMBRIS·
AT REGINA· NOUA PUGNAE CONTERRITA SORTE
FLEBAT· ET ARDENTEM GENERUM MORITURA TENEBAT·
TURNE PER HAS EGO· TE LACRIMAS· PER SIQUIS AMATAE
TANGIT HONOS ANIMUM· SPES TU NUNC UNA SENECTAE·
TU REQUIEM MISERE· DECUS IMPERIUMQ· LATINI

TE PENES· IN TE OMNIS DOMUS INCLINATA RECUMBIT·
UNUM ORO: DESISTE MANUM COMMITTERE TEUCRIS·
QUI TE CUMQ: MANENT ISTO CERTAMINE CASUS.
ET ME TURNE MANENT· SIMUL HAEC INUISA RELINQUĀ
LUMINA· NEC GENERUM AENEAN CAPTIUA UIDEBO·
ACCEPIT UOCEM LACRIMIS LAUINIA MATRIS·
FLAGRANTIS PERFUSA GENAS· CUI PLURIMUS IGNEM
SUBIECIT RUBOR· ET CALEFACTA PER ORA CUCURRIT·
INDUM SANGUINEO UELUTI UIOLAUERIT OSTRO
SI QUIS EBUR· AUT MIXTA RUBENT UBI LILIA MULTA
ALBA· ROSA· TALIS UIRGO DABAT ORE COLORES·
ILLUM TURBAT AMOR FIGITQ: IN UIRGINE UULTUS·
ARDET IN ARMA MAGIS· PAUCISQ: AFFATUR AMATAM·
NE QUAESO. NE ME LACRIMIS· NEUE OMINE TANTO
PROSEQUERE, IN DURI CERTAMINA MARTIS EUNTĒ
O MATER· NEQ: ENIM TURNO MORA LIBERA MORTIS·
NUNTIUS HAEC IDMON, PHRYGIO MEA DICTA TYRANNO
HAUT PLACITURA REFER· CUM PRIMUM CRASTINA CAELO
PUNICEIS INUECTA ROTIS AURORA RUBEBIT·
NON TEUCROS AGAT IN RUTULOS· TEUCRUM ARMA QUIESCANT
ET RUTULI· NOSTRO DIRIMAMUS SANGUINE BELLUM·
ILLO QUAERATUR CONIUNX LAUINIA CAMPO·
HAEC UBI DICTA DEDIT· RAPIDUSQ· IN TECTA RECESSIT·
POSCIT EQUOS· GAUDETQ: TUENS ANTE ORA FREMENTIS·
PILUMNO QUOS IPSA DECUS DEDIT· ORITHYIA·
QUI CANDORE NIUES· ANTEIRENT CURSIB· AURAS·
CIRCUMSTANT PROPERI AURIGAE· MANIBUSQ: LACESSUNT
PECTORA PLAUSA CAUIS· ET COLLA COMANTIA PECTUNT·
IPSE DEHINC AURO SQUALENTEM ALBOQ· OR CHALCO·

CIRCUMDAT LORICAM UMERIS· SIMUL APTAT HABENDO'
ENSEMQ· CLIPEUM ET RUBRAE CORNUA CRISTAE·
ENSEM QUEM DAUNO IGNIPOTENS DEUS IPSE PAREÑI
FECERAT· ET STYGIA CANDENTEM TINXERAT UNDA·
EXIM QUAE MEDIIS. INGENTI ADNIXA COLUMNAE
AEDIBUS ADSTABAT· UALIDAM UI CORRIPIT HASTAM·
ACTORIS AURUNCI SPOLIUM· QUASSATQ· TREMENTE—
UOCIFERANS' NUNC O, NUMQUAM FRUSTRATA UOCATU
HASTA MEOS· NUNC TEMPUS ADEST·. TE MAXIMUS ACTOR·
TE TURNI NUNC DEXTRA GERIT' DA STERNERE CORPUS·
LORICAMQ· MANU UALIDA LACERARE REUULSAM·
SEMIUIRI PHRYGIS. ET FOEDARE IN PUIUERE CRINIS·
UIBRATOS CALIDO FERRO· MURRAQ· MADENTIS·
HIS AGITUR FURIIS. TOTOQ· ARDENTIS AB ORE·
SCINTILLAE ABSISTUNT· OCULIS MICAT ACRIB· IGNES·
MUGITUS UELUTI, CUM PRIMAM IN PROELIA TAURUS
TERRIFICOS CIET· ATQ· IRASCI IN CORNUA TEMPTAT·
ARBORIS OBNIXUS TRUNCO· UENTOSQ' LACESSIT
ICTIB.· AUT SPARSA AD PUGNAM PROLUDIT HARENA·
NEC MINUS INTEREA· MATERNIS SAEUUS IN ARMIS
AENEAS ACUIT MARTEM· ET SE SUSCITAT IRA·
OBLATO GAUDENS COMPONI FOEDERE BELLUM·
TUM SOCIOS· MAESTIQ· METUM SOLATUR IULI·
FATA DOCENS· REGIQ· IUBET RESPONSA LATINO
CERTA REFERRE UIROS· ET PACIS DICERE LEGES'
POSTERA UIX SUMMOSPARGEBAT LUMINE MONTES
ORTA DIES· CUM PRIMUM ALTO SE GURGITE TOLLUNT
SOLIS EQUI· LUCEMQ· ELATIS NARIBUS EFFLAÑ·
CAMPUM AD CERTAMEN, MAGNAE SUB MOENIB· URBIS

DEMENSI. RUTULIQ; UIRI TEUCRIQ, PARABANT·
IN MEDIOQ; FOCOS· ET DIS COMMUNIB.· ARAS
GRAMINEAS· ALII FONTEMQ; IGNEMQ; FEREBAN̄·
UELLATI LINO· ET UERBENA TEMPORA UINCTI·
PROCEDIT LEGIO AUSONIDUM· ..... PILA PLENIS
AGMINA SE FUNDUNT PORTIS· HINC TROIUS OMNIS
TYRRHENUSQ; RUIT UARIIS EXERCITUS ARMIS·
HAUD SECUS INSTRUCTI BELLO· QUAM SI ASPERA MARTIS
PUGNA UOCET· NECNON MEDIIS IN MILIB· IPSI
DUCTORES· AURO UOLITANT· OSTROQ; SUPERBI·
ET GENUS ASSARACI MNESTHEUS· ET FORTIS ASILAS·
ET MESSAPUS EQUOM DOMITOR· NEPTUNIA PROLES·
UTQ; DATO SIGNO SPATIA IN SUA QUISQ; RECESSIT·
DEFIGUNT TELLURE HASTAS· ET SCUTA RECLINANT·
TUM STUDIO EFFUSAE MATRES· ET UOLGUS INERMUM·
INUALIDIQ; SENES· TURRIS ET TECTA DOMORUM
OBSEDERE· ALII PORTIS SUBLIMIB· ADSTANT·
AD IUNO E SUMMO QUI NUNC ALBANUS HABETUR·
TUM NEQ; NOMEN ERAT· NEC HONOS AUT GLORIA MONTI·
PROSPICIENS TUMULO· CAMPUM ASPECTABAT· ET AMBAS
LAURENTUM TROUMQ; ACIES· URBEMQ; LATINI·
EXTEMPLO TURNI SIC EST ATFATA SOROREM
DIUA DEAM· STAGNIS QUAE FLUMINIBUSQ; SONORIS
PRAESIDET· HUNC ILLI REX AETHERIS ALTUS HONOREM
IUPPITER· EREPTA PRO UIRGINITATE SACRAUIT·
NYMPHA DECUS FLUUIORUM· ANIMO GRATISSIMA NOSTRO·
SCIS, UT, TE, CUNCTIS UNAM· QUAECUMQ; LATINAE
MAGNANIMI IOUIS INGRATUM ASCENDERE CUBILE
PRAETULERIM· CAELIQ; LIBENS IN PARTE LOCARIM·

DISCE TUUM NE ME INCUSES IUTURNA DOLOREM
QUA UISA AT FORTUNA PATI· PARCAEQ· SINEBANT
CAEDERE-S RE LATIO· TURNUM ET TUA MOENIA TEXI·
NUNC IUUENEM INPARIB· UIDEO CONCURRERE FATIS·
PARCARUMQ· DIES· ET UIS INIMICA PROPINQUAT·
NON PUGNAM ASPICERE HANC OCULIS· IN FOEDERE POSSU
TU PRO GERMANO SI QUID PRAESENTIUS AUDES·
PERGE· DECET· FORSAN MISEROS MELIORA SEQUENTUR·
UIX EA· CUM LACRIMAS OCULIS IUTURNA PROFUNDIT·
TERQ· QUATERQ· MANU PECTUS PERCUSSIT HONESTUM·
NON LACRIMIS HOC TEMPUS, AIT SATURNIA IUNO·
ADCELERA· ET FRATREM SIQUIS MODUS ERIPE MORTI·
AUT TU BELLA CIE. CONCEPTUMQ EXCUTE FOEDUS·
AUCTOR EGO AUDENDI· SIC EXORTATA RELIQUIT·
INCERTAM· ET TRISTI TURBATAM UULNERE MENTIS·
INTEREA REX INGENTI DE MOLE LATINUS·
QUADRIIUGO UEHITUR CURRU· CUI TEMPORA CIRCUM.
AURATI BIS SEX RADII· FULGENTIA CINGUNT
SOLIS AUI& SPECIMEN· BIGIS IT TURNUS IN ALBIS·
BINA MANU LATO CRISPANS HASTILIA FERRO·
HINC PATER AENEAS· ROMANAE STIRPIS ORIGO·
SIDEREO FLAGRANS CLIPEO· ET CAELESTIB· ARMIS
ET IUXTA ASCANIUS· MAGNAE SPES ALTERA ROMAE
PROCEDUNT CASTRIS· PURAQ· IN UESTE SACERDOS·
SAETIGERI FETUM SUIS, INTONSAMQ· BIDENTEM
ATTULIT· ADMOUITQ· PECUS FLAGRANTIB· ARIS·
ILLI AD SURGENTEM CONUERSI LUMINA SOLEM
DANT FRUGES MANIB· SALSAS· ET TEMPORA FERRO
SUMMA NOTANT PECUDUM· PATERISQ· ALTARIA LIBANT·

TUM PIUS AENEAS STRICTO SIC ENSE PRECATUR'
ESTO NUNC SOL TESTIS. ET HAEC MIHI TERRA PR..ECANTI'
QUAM PROPTER TANTOS POTUI PERFERRE LABORES'
ET PATER OMNIPOTENS· ET TU SATURNIA IUNO'
IAM MELIOR IAM DIUA PR..ECOR· TUQ· INCLUTE MAUORS·
CUNCTA TUO QUI BELLA PATER SUB NUMINE TORQUES·
FONTESQ· FLUUIOSQ· UOCO· QUAEQ· AETHERIS ALTI
RELIGIO' ET QUAE CAERULEO SUNT NUMINA PONTO·
CESSERIT AUSONIO SI FORS UICTORIA TURNO·
CONUENIT EUANDRI UICTOS DECEDERE AD URBEM·
CEDET IULUS AGRIS· NEC POST· ARMA ULLA REBELLES
AENEADAE REFERENT· FERROUE HAEC REGNA LACESSEN̄'
SIN NOSTRUM ADNUERIT NOBIS UICTORIA MARTEM·
UT POTIUS REOR· UT POTIUS DI NUMINE FIRMENT·
NON EGO. NEC TEUCRIS ITALOS PARERE IUBEBO·
NEC MIHI REGNA PETO' PARIB· SE LEGIB· AMBAE
INUICTAE GENTES· AETERNA IN FOEDERA MITTAN̄'
SACRA DEOSQ· DABO· SOCER ARMA LATINUS HABETO·
IMPERIUM SOLLENNE SOCER· MIHI MOENIA TEUCRI
CONSTITUENT· URBIQ· DABIT LAUINIA NOMEN'
SIC PRIOR AENEAS· SEQUITUR SIC DEINDE LATINUS'
SUSPICIENS CAELUM· TENDITQ· AD SIDERA DEXTRAM'
HAEC EADEM AENEA. TERRAM' MARE. SIDERA IURO
LATONAEQ· GENUS DUPLEX· IANUMQ· BIFRONTEM'
UIMQ· DEUM INFERNAM. ET DURI SACRARIA DITIS'
AUDIAT HAEC GENITOR· QUI FOEDERA FULMINE SANCIT'
TANGO ARAS· MEDIOS IGNIS ET NUMINA TESTOR'
NULLA DIES PACEM HANC ITALIS· NEC FOEDERE RUMPET·
QUO RES CUMQ· CADENT· NEC ME UIS ULLA UOLENTEM

AUERTET NON SI TELLURE EFFUNDAT· ET UNDAS
DILUUIO MISCENS· CAELUMQ· IN TARTARA SOLUIT·
UT SCEPTRUM HOC·DEXTRA SCEPTRUM NAM FORTE GEREBAT·
NUMQUAM FRONDE LEUI FUNDET UIRGULTA· NEC UMBRAS·
CUM SEMEL IN SILUIS, IMO DE STIRPE RECISUM
MATRE CADET· POSUITQ· COMAS ET BACCHIA FERRO·
OLIM ARBOS· NUNC ARTIFICIS MANUS. AERE DECORO
INCLUSIT· PATRIBUSQ· DEDIT GESTARE LATINIS·
TALIBUS INTER SE FIRMABANT FOEDERA DICTIS·
PROSPECTU MEDIO PROCERUM· TUM RITE SACRATAS
IM FLAMMAM IUGULANT PECUDES· ET UISCERA UIUIS·
ERIPIUNT· CUMULAMQ· ONERATIS LANCIB· ARAS·
AT UERO RUTULIS INPAR· EA PUGNA UIDERI
IANDUDUM· ET UARIO MISCERI PECTORA MOTU·
TUM MAGIS UT PROPIUS CERNUNT· NON UIRIB· EQUIS·
ADIUUAT INCESSU TACITO PROGRESSUS· ET ARAM
SUPPLICITER UENERANS· DEMISSO LUMINE TURNUS·
PUBENTESQ· GENAE· ET IUUENALI IN CORPORE PALLOR·
QUEM SIMUL AC IUTURNA SOROR CREBRESCERE UIDIT
SERMONEM· ET UULGI UARIARE LABANTIA CORDA·
IN MEDIAS ACIES· FORMAM ADSIMULATA CAMERTI
CUI GENUS A PROAUIS INGENS· CLARUMQ· PATERNAE
NOMEN ERAT UIRTUTIS· ET IPSE ACERRIMUS ARMIS·
IN MEDIAS DAT SESE ACIES· AUT NESCIA RERUM·
RUMORESQ· SERIT UARIOS· AC TALIA FATUR·
NON PUDET O RUTULI· PRO CUNCTIS TALIBUS UNAM
OBIECTARE ANIMAM· NUMERONE AN UIRIB· AEQUI
NON SUMUS· EN OMNES ET TROES ET ARCADES HI SUNT·
FATALESQ· MANUS, INFENSA AETRURIA TURNO.

QIX HOSTEM ALTERNI· SI CONGREDIAMUR HABEMUS'
ILLE QUIDEM AD SUPEROS, QUORUM SE DEUOUET ARIS
SUCCEDET FAMA· UIUUSQ· PER ORA FERETUR'
NOS PATRIA AMISSA, DOMINIS PARERE SUPERBIS
COGEMUR· QUI NUNC LENTI CONSEDIMUS ARMIS·
TALIB· INCENSA EST IUUENUM SENTENTIA DICTIS·
IAM MAGIS ATQ· MAGIS· SERPITQ· PER AGMINA MURMUR·
IPSI LAURENTES MUTATI· IPSIQ· LATINI·
QUI SIBI IAM REQUIEM PUGNAE· REBUSQ· SALUTEM
SPERABANT· NUNC ARMA UOLUNT· FOEDUSQ· PRECANTUR
INFECTUM· ET TURNI SORTEM MISERANTUR INIQUA·
HIS ALIUD MAIUS IUTURNA ADIUNGIT· ET ALTO
DAT SIGNUM CAELO QUO NON PRAESENTIUS ULLUM
TURBAUIT MENTES ITALAS· MONSTROQ· FEFELLIT·
NAMQ· UOLANS FULUUS RUBRA IOUIS ALES IN AETHRA·
LITOREAS AGITABAT AUES· TURBAMQ· SONANTEM
AGMINIS ALIGERE· SUBITO CUM LAPSUS AD UNDAS
CYGNUM EXCELLENTEM PEDIB· RAPIT INPROBUS UNCIS·
ARREXERE ANIMOS ITALI· CUNCTAEQ· UOLUCRES
CONUERTUNT CLAMORE FUGAM· MIRABILE UISU·
AETHERAQ· OBCURANT PINNIS. HOSTEMQ· PER AURAS
FACTA NUBE PREMUNT TONEC UI, UICTUS· ET IPSO
PONDERE, DEFECIT· PRAEDAMQ· EX UNGUIB· ALES
PROIECIT FLUUIO· PENITUS IN NUBILA FUGIT·
TUM UERO AUGURIUM RUTULI CLAMORE SALUTANT·
EXPEDIUNTQ· MANUS· PRIMUSQ· TOLUMNIUS AUGUR·
HOC ERAT HOC UOTIS INQUIT. QUOD SAEPE PETIUI·
ACCIPIO ADGNOSCOQ· DEOS· ME·ME DUCE· FERRUM
CORRIPITE· O MISERI· QUOS INPROBUS ADUENA BELLO

TERRITAT· INUALIDAS UT AUES· ET LITORA UESTRA
UT POPULAT· PETET ILLE FUGAM· PENITUSQ· PROFUNDO
UELA DABIT· UOS UNANIMIS DENSATE CATERUAS·
ET REGEM UOBIS PUGNA DEFENDITE RAPTUM·
DIXIT ET ADUERSOS TELUM CONTORSIT IN HOSTIS·
PROCURRENS SONITUM DAT STRIDULA CORNUS· ET AURAS
CERTA SECAT' SIMUL HOC· SIMUL INGENS CLAMOR· ET OMNES
TURBATI CUNEI' CALEFACTAQ CORDA TUMULTU·
HASTA UOLANS UT FORTE NOUEM PULCHERRIMA FRATRŪ
CORPORA CONSTITERANT CONTRA' QUOS FIDA CREARAT
UNA. TOT· ARCADIO CONIUNX TYRRHENA GYLIPSPO·
HORUM UNUM UNUM AD MEDIAM TERITUR QUA SUTILIS AURO
BALTEUS· ET LATERUM IUNCTURAS FIBULA MORDET·
EGREGIUM FORMA IUUENEM· ET FULGENTIB· ARMIS
TRANSADIGIT COSTAS' FULUAQ· EFFUNDIT HARENA·
AT FRATRES ANIMOSA PHALANX· ACCENSAQ· LUCTU·
PARS GLADIOS STRINGUNT MANIB·. PARS MISSILE FERRŪ
CORRIPIUNT· CAECIQ· RUUNT' QUOS AGMINA CONTRA
PROCURRUT LAURENTUM· HINC DENSI RURSUS INUNDANT
TROES· AGYLLINIQ·. ET PICTIS ARCEDES ARMIS'
SIC OMNIS AMOR UNUS HABET DECERNERE FERRO·
DIRIPUERE ARAS' ID TOTO TURBIDA CAELO
TEMPESTAS TELORUM· AC FERREUS INGRAUIT IMBER·
CRATERASQ· FOCOSQ· FERUNT· FUGIT IPSE LATINUS·
PULSATOS REFERENS INFECTO FOEDERE DIUOS'
INFRENANT ALII CURRUS· ET CORPORA SALTUS
SUBICIUNT IN EQUOS· ET STRICTIS ENSIB· ADSUNT·
MESSAPUS REGEM REGISQ· INSIGNE REGENTEM
TYRRHENUM AULESTEN· AUIDUS CONFUNDERE FOEDUS.

AUERSO PROTERRET. QUO· RUIT ILLE RECEDENS·
ET MISER OPPOSITIS A TERGO INUOLUITUR ARIS·
IN CAPUT INQ· UMEROS· AD FERUIDUS ADUOLAT HASTA
MESSAPUS· TELOQ· ORANTEM MULTA· TRABALI
DESUPER ALTUS EQUO GRAUITER FERIT· ATQ· ITA FATUR·
HOC HABET. HAEC MELIOR MAGNIS DATA UICTIMA DIUIS·
CONCURRUNT ITALI· SPOLIANTQ· CALENTIA MEMBRA·
OBUIUS AMBUSTUM TORREM CORYNAEUS, AB ARA
CORRIPIT· ET UENIENTI EBYSO PLAGAMQ· FERENTI
OCCUPAT OS FLAMMIS· OLLI INGENS BARBA RELUXIT·
NIDOREMQ· AMBUSTA DEDIT· SUPER IPSE SECUTUS·
CAESARIEM LEUA TURBATI CORRIPIT HOSTIS·
INPRESSOQ· GENU NITENS· TERRAE APPLICAT IPSUM·
SIC RIGIDO LATUS ENSE FERET· PODALIRIUS ALSUM
PASTOREM· PRIMAQ· ACIE PER TELA RUENTEM
ENSE SEQUENS NUDO SUPERIMMINET· ILLE SECURI
ADUERSI· FRONTEM MEDIAM MENTUMQ· REDUCTA
DISICIT· ET SPARSO LATE RIGAT ARMA CRUORE·
OLLI DURA QUIES· OCULOS ET FERREUS URGET
SOMNUS· IN AETERNAM CLAUDUNTUR LUMINA NOCTE·
AT PIUS AENEAS, DEXTRAM TENDEBAT INERMEM·
NUDATO CAPITE: ATQ· SUOS CLAMORE UOCABAT·
QUO RUITIS, QUAEUE ISTA REPENS DISCORDIA SURGIT·
O COHIBETE IRAS· ICTUM IAM FOEDUS· ET OMNES
COMPOSITAE LEGES· MIHI IUS CONCURRERE SOLI·
ME SINITE· ATQ· AUFERTE METUS· EGO FOEDERA FAXO
FIRMA MANU· TURNUM DEBENT HAEC IAM MIHI SACRA·
HAS INTER UOCES· MEDIA INTER TALIA UERBA·
ECCE UIRO STRIDENS ALIS ALABSA SAGITTA EST·

INCERTUM QUA PULSA MANU· QUO TURBINE ADACTA·
QUIS TANTAM RUTULIS LAUDEM· CASUSUE· DEUSUE
ADTULERIT· PRESSA EST INSIGNIS GLORIA FACTI·
NEC SESE AENEAE IACTAUIT UULNERE QUISQUAM·
TURNUS UT AEN CEDENTEM EX AGMINE UIDIT·
TURBATOSQ· DUCES· SUBITA SPE FERUIDUS ARDET·
POSCIT EQUOS· ATQ· ARMA SIMUL·ALTUQ· SUPERBUS
EMICAT IN CURRUM· ET MANIB· MOLITUR HABENAS·
MULTA UIRUM UOLITANS DAT FORTIA CORPORA LETO·
SEMINECES UOLUIT MULTOS· AUT AGMINA CURRU
PROTERET· AUT RAPTAS FUGIENTIB· INGERIT HASTAS·
QUALIS APUD GELIDI CUM FLUMINA CONCITUS HEBRI·
SANGUINEUS MAUORS CLIPEO INTONAT· ATQ· PREMENI
BELLA MOUENS IMMITTIT EQUOS· ILLI AEQUORE APERTO
ANTE NOTOS ZEPHYRUMQ· UOLANT· GEMIT ULTIMA PULSU
THRACA PEDUM CIRCUMQ· ATRAE FORMIDINIS ORA,
IRAEQ· INSIDIAEQ· DEI COMITATUS· AGUNTUR·
TALIS EQUOS ALACER MEDIA INTER PROELIA TURNUS·
FUMANTIS SØDORE QUATIT· MISERABILE CAESIS
HOSTIBUS INSULTANS· SPARGIT RAPIDA UNGULA RORES
SANGUINEOS· MIXTAQ· CRUOR CALCATUR HARENA·
IAMQ· NECI SHENELUMQ· DEDIT· THAMYRUMQ· PHOLUMQ·
HUNC CONGRESSUS ET HUNC· ILLUM EMINUS· AMBO
IMBRASIDAS GLAUCUM ATQ· LADEN· QUOS IMBRASUS IPSE
NUTRIERAT LYCIA· PARIBUSQ· ORNAUERAT ARMIS·
UEL CONFERRE MANUM· UEL EQUO PRAEUERTERE UENTOS·
PARTE ALIA MEDIA EUMEDES· IN PROELIA FERTUR·
ANTIQUI PROLES, BELLO PRAECLARA DOLONIS·
NOMINE AUUM REFERENS· ANIMO MANIBUSQ· PARENTE·

QUI QUONDAM CASTRA UT DANAUM SPECULATOR ADIRET·
AUSUS PELIDAE PRAETIUM SIBI POSCERE CURRUS'
ILLUM TYDIDES ALIO' PRO TALIB· AUSIS
ADFECIT PRETIO· NEC EQUIS ADSPIRAT ACHILLES'
HUNC PROCUL UT CAMPO TURNUS PROSPEXIT APERTO
ANTE LEUI IACULO, LONGUM PER INANE SECUTUS'
SISTIT EQUOS BIIUGIS· ET CURRU DESILIT· ATQ·
SEMIANIMI· LAPSOQ· SUPERUENIT· ET PEDE COLLO
EXPRESSO· DEXTRAE MUCRONE EXTORQUET· ET ALTO
FULGENTEM TINGUIT IUGULO· ATQ· HAEC INSUPER ADDIT
EN AGROS· ET QUAM BELLO TROIANE PETISTI
HESPERIAM· METIRE IACENS' HAEC PRAEMIA QUI ME
FERRO AUSI TEMPTARE FERUNT· SIC MOENIA CONDUNT·
HUIC COMITEN ASBYTEN· CONIECTA CUSPIDE MITTIT'
CHLOREAQ· SYBARIMQ· DARETATQ· THERSILOCUMQ·'
ET STERNACIS ETAQUI LAPSUM CERUICE THYMOTEM'
AC UELUT EDONEA BOREAE · CUM SPIRITUS ALTO
INSONAT AEGEO· SEQUITURQ· AD LITORA FLUCTUS'
QUA UENTI INCUBUERE· FUGAM DANT NUBILA CAELO'
SIC TURNO QUA. CUMQ· UIAM SECAT AGMINA CAEDUNT·
CONUERSAEQ· RUUNT ACIES' FERT IMPETUS IPSUM·
ET CRISTAM ADUERSO CURRU QUATIT AURA UOLANTEM
NON TULIT INSTANTEM PHEGEUS' ANIMISQ· FREMENTEM
OBIECIT SESE AD CURRUM· ET SPUMANTIA FRENIS
ORA CITATORUM DEXTRA DETORSIT EQUORUM·
DUM TRAHITUR· PENDETQ· IUGIS· HUNC LATA RETECTUM
LANCEA CONSEQUITUR· RUMPITQ· INFIXA BILICEM
LORICAM· ET SUMMUM DEGUSTAT UULNERE CORPUS·
ILLE TAMEN CLIPEO OBIECTO. CONUERSUS· IN HOSTEM

IBAT· ET AUXILIUM DUCTO MUCRO MUCRONE PETEBAT'
CUM ·.· ROTA PRAECIPITEM· ET PRO CURSU CONCITUS AXIS
IMPULIT· EFFUNDITQ· SOLO TURNUSQ· SECUTUS
IMAM INTER GALEAM SUMMI THORACIS' ET ORAS'
ABSTULIT ENSE CAPUT· TRUNCUMQ· RELIQUIT HARENAE'
ATQ· EA DUM CAMPIS UICTOR DAT FUNERA TURNUS·
INTEREA AENEAN· MNESTHEUS ET FIDUS ACHATES·
ASCANIUSQ· COMES, CASTRIS STATUERE CRUENTUM'
ALTERNOS LONGA NITENTEM CUSPIDE GRESSUS'
SAEUIT' ET INFRACTA LUCTATUR ARUNDINE ÆAELUM
ERIPERE· AUXILIOQ· UIAM QUAE PROXIMA POSCIT·
ENSE SECET LATO UULNUS· TELIQ· LATEBRAS
RESCINDANT· PENITUS· SESEQ· IN BELLA REMITTAT·
IAMQ· ADERAT· PHOEBO ANTE ALIOS DILECTUS IAPYX·
IASIDES· ACRI QUONDAM CUI CAPTUS AMORE'
IPSE SUAS ARTES SUA MUNERA LAETUS APOLLO·
AUGURIUM CITHARAMQ· DEDIT CELERISQ· SAGITTAS·
ILLE UT DEPOSITI PROFERRET FATA PARENTIS'
SCIRE POTESTATES HERBARUM· USUMQ· MEDENDI
MALUIT· ET MUTAS AGITARE INGLORIUS ARTES'
STABAT ACERBA FREMENS· INGENTEM FIXUS IN HASTA—
AENEAS· MAGNO IUUENUM ET MAERENTIS IULI
CONCURSU· LACRIMIS INMOBILIS' ILLE RETORTO
PAEONIDUM IN MOREM SENIOR SUCCINCTUS AMICTU'
MULTA MANU MEDICA PHOEBIQ· POTENTIB· HERMIS
NEQUIQUAM TREPIDAT· NEQUIQUAM SPICULA DEXTRA
SOLLICITAT· PRENSATQ· TENACI FORCIPE FERRUM'
NULLA UIAM FORTUNA REGIT' NIHIL AUCTOR APOLLO
SUBUENIT· ET SAEUUS CAMPIS MAGIS AC MAGIS HORROR

CREBRESCIT· PROPRIUSQ· MAIUM EST· IAM PULUERE CAELUM
STARE UIDENT· [SEDAVNT] EQUITES ET SPICULA CASTRIS
DENSA CADUNT MEDIIS· SIT TRISTIS AD AETHERA CLAMOR
BELLATUM [N] IUUENUM· ET DURO SUB MARTE CADENTUM·
HIC UENUS INDIGNO NATI CONCUSSA DOLORE·
DICTAMNUM GENETRIX· CRETAEA CARPIT AB IDA·
PUBERIB· CAULEM FOLIIS· ET FLORE COMANTEM
PURPUREO· NON ILLA FERIS INCOGNITA CAPRIS
GRAMINA· CUM TERGO UOLUCRES HAESERE SAGITTAE·
HOC UENUS OBSCURO FACIEM CIRCUMDATA NIMBO
DETULIT· HOC FUSUM LABRIS SPLENDENTIB· AMNEM
INFECIT OCCULTE MEDICANS· SPARGITQ· SALUBRIS
AMBROSIAE SUCOS· ET ODORIFERAM PANACEAM·
FOUIT EA UOLNUS LYMPHA LONGAEUUS IAPYX
IGNORANS· SUBITOQ· OMNIS DE CORPORE FUGIT
QUIPPE DOLOR· OMNIS STETIT IMO UOLNERE SANGUIS·
IAMQ· SECUTA MANU [M] NULLO COGENTE SAGITTA
EXCIDIT· ATQ· NOUAE REDIERE IN PRISTINA UIRES·
ARMA CITI PROPERATE UIRO· QUID STATIS IAPYX
CONCLAMAT· PRIMUSQ· ANIMOS ACCENDIT IN HOSTEM
NON HAEC HUMANIS OPIB: NON ARTE MAGISTRA
PROUENIUNT· NEQ· [TE] AENEA MEA DEXTERA SERUAT·
MAIOR AGIT DEUS· ATQ· OPERA AD MAIORA REMITTIT·
ILLE AUIDUS PUGNAE. SURAS INCLUSERAT AURO·
HINC ATQ· HINC· ODITQ· MORAS· HASTAMQ· CORUSCAT·
POSTQUAM HABILIS LATERI CLIPEUS· LORICAQ· TERGO EST·
ASCANIUM FUSIS CIRCUM COMPLECTITUR ARMIS·
SUMMAQ· PER GALEAM DELIBANS OSCULA FATUR·
DISCE PUER UIRTUTEM EX ME. UERUMQ· LABOREM·

FORTUNAM EX ALIIS· NUNC TE MEA DEXTERA BELLO
DEFENSUM DABIT· ET MAGNA INTER PRAEMIA DUCET·
TUM FACITO· MOX CUM MATURA ADOLEUERAT AETAS·
SIS MEMOR· ET TE ANIMO REPETENTEM EXEMPLA TUORUM·
ET PATER AENEAS· ET AUUNCULUS EXCITET HECTOR·
HAEC UBI DICTA DEDIT· PORTIS SESE EXTULIT INGENS·
TELUM IMMANE MANU QUATIENS· SIMUL AGMINE DENSO
ANTHAEUSQ· MNESTHEUSQ· ØM RUUNT· OMNISQ· RELICTIS
TURBA FLUIT CASTRIS· TUM CAECO PULUERE CAMPUS
MISCETUR· PULSUQ· PEDUM TREMIT EXCITA TELLUS·
UIDIT AB ADUERSO UENIENTES AGGERE TURNUS·
UIDERE AUSONII· GELIDUSQ· PER IMA CUCURRIT
OSSA TREMOR· PRIMA ANTE OMNES IUTURNA LATINOS
AUDIIT· AGNOUITQ· SONUM· ET TREMEFACTA REFUGIT·
ILLE UOLAT CAMPOQ· ATRUM RAPIT AGMEN APERTO·
QUALIS UBI AD TERRAS· ABRUPTO SIDERE NIMBUS·
ET MARE PER MEDIUM MISERIS HEU PRAESCIA LONGE
HORRESCUNT CORDA AGRICOLIS· DABIT ILLE RUINAS
ARBORIB· STRAGEMQ· SATIS· RUIT OMNIA LATE
ANTEUOLANS· SONITUMQ· FERUNT AD LITORA UENTI·
TALIS IN ADUERSOS DUCTOR RHOETELUS HOSTIS·
AGMEN AGIT DENSI CUNEIS SE QUISQUE COACTIS·
ADGLOMERANT· FERIT ENSE GRAUEM THYMBREUS OSIRI·
ARCHETIUM MNESTHEUS· EPULON [EM] OBTRUNCAT ACHATES·
UFENTEMQ· GYAS· CADIT IPSE TOLUMNIUS AUGUR·
PRIMUS IN ADUERSOS TELUM QUI TORSERAT HOSTIS·
TOLLITUR IN CAELUM CLAMOR· UERSIQ· UICISSIM
PULUERULENTA FUGA RUTULI DANT TERGA PER AGROS·
IPSE NEQ· ADUERSOS DIGNATUR STERNERE MORTI·

NEC PEDE CONGRESSOS, NEC EQ[V]O NEC TELA FERENTIS
INSEQUITUR' SOLUM DENSA IN CALIGINE TURNUM
UESTIGAT LUSTRANS' SOLUM IN CERTAMINA POSCIT'
HOC CONCUSSA METU MENTEM. IUTURNA UIRAGO'
AURIGAM TURNI MEDIA INTER LORA METISCUM
EXCUTIT' ET LONGE LAPSUM TEMONE RELI[N]QUIT'
IPSA SUBIT. MANIBUSQ. UNDANTIS FLECTIT H[A]EBENAS'
CUNCTA GERENS, UOCEMQ. ET CORPUS. ET ARMA METISCI'
NIGRA UELUT MAGNAS DOMINI CUM DIUITIS AEDES
PERUOLAT. ET PINNIS A[L]T[A]RATRIA LUSTRAT HIRUNDO'
PABULA PARUA LEGENS. NIDISQ. LOQUACIB. ESCAS'
ET NUNC PORTICIB. UACUIS. NUNC UMIDA CIRCUM
STAGNA SONANT. SIMILIS MEDIO[S] I[U]TURNA PER HOSTIS
FERTUR EQUIS' RAPIDOQ. UOLANS OBIT OMNIA CURRU'
IAMQ. HIC GERMANUM, IAMQ. HIC OSTENDIT OUANTE'
NEC CONFERRE MANUM PATITUR. UOLAT AUIA LONGE'
HAUT MINUS AENEAS. TORTOS LEGIT OBUIUS ORBES'
UESTIGATQ. UIRUM. ET DISIECTA PER AGMINA' MAGNA
UOCE UOCAT' QUOTIENS OCULOS CONIECIT IN HOSTEM'
ALIPEDUMQ. FUGAM CURSU TEMPTAUIT EQUORUM'
A[D]UERSOS TOTIENS CURRUS IUTURNA RETORSIT'
HEU QUID AGAT. UARIO NEQUIQUAM FLUCTUAT AESTU'
DIUERSAEQ. UOCANT ANIMUM IN CONTRARIA CURAE'
HUIC MESSAPUS, UTI LEUA DUO FORTE GEREBAT
LENTA, LEUIS CURSU. PRAEFIXA HASTILIA FERRO'
HORUM UNUM, CERTO CONTORQUENS DERIGIT ICTU'
SUBSTITIT AENEAS. ET SE COLLEGIT IN ARMA'
POPLITE SUBSIDENS. APICE[M] TAMEN INCITA SUMMUM
HASTA TULIT. SUMMASQ. EXCUSSIT UERTICE CRISTAS'

TUM UERO ADSURGUNT IRAE· INSIDIISQ· SUBACTUS·
DIUERSOS UBI SENSIT EQUOS· CURRUMQ· REFERRI·
MULTA IOUEM. ET LAESI TESTATUS FOEDERIS ARAS·
A IAM TANDEM INUADIT MEDIOS· ET MARTE SECUNDO
D TERRIBILIS· SAEUAM NULLO DISCRIMINE CAEDEM
DIUERSAS· OBITUMQ· DUCUM· QUOS AEQUORE TOTO·
INQUE UICEM NUNC TURNUS AGIT· NUNC TROIUS HEROS
EXPEDIAT· TANTON PLACUIT CONCURRERE MOTU
IUPPITER· AETERNA GENTIS IN PACE FUTURAS·
AENEAS RUTULUM SUCRONEM· EA PRIMA RUENTIS
PUGNA LOCO STATUIT TEUCROS· AUT MULTA MORATE
EXCIPIT IN LATUM· ET QUA FATA CELERRIMA CRUDUM
TRANSADIGIT COSTAS· ET CRATES PECTORIS ENSEM·
TURNUS EQUO DEIECTUM AMYCUM· FRATREMQ DIORE
CONGRESSUS PEDES HUNC UENIENTEM CUSPIDE LONGA·
HUNC MUCRONE FERIT· CURRUQ· ABSCISSA DUORUM
SUSPENDIT CAPITA· ET RORANTIA SANGUINE PORTAT·
ILLE THALON· TANAMQ· NECI· FORTEMQ· CETHEGUM·
TRIS UNO CONGRESSU· ET MAESTUM MITTIT ONITEN·
NOMINE ECHIONIUM· MATRISQ· GENUS PERIDIAE·
HIC FRATRES LYCIA MISSOS, ET APOLLINIS AGRIS·
ET IUUENEM EXOSUM NEQUIQUAM BELLA MENOETE
ARCADA· PISCOSE CUI CIRCUM FLUMINA LERNAE
ARS FUERAT PAUPERQ· DOMUS· NEC NOTA POTENTUM
LIMINA· CONDUCTAQ· PATER TELLURE SERIBAT·
AC UELUT INMISSI, DIUERSIS PARTIB· IGNES·
ARENTEM IN SILUAM· ET UIRGULTA SONANTIA LAURO·
AUT UBI DECURSU RAPIDO, DE MONTIB· ALTIS·
DANT SONITUM SPUMOSI AMNES· ET IN AEQUORA CURRUNT·
B SUSCITAT· IRARUMQ· OMNES EFFUNDIT HABENAS·
C QUIS MIHI NUNC TOT ACERBA DEUS, QUIS CARMINE CAEDES

QUISQ: SUUS POPULATUS ITER' NON SEGNIUS AMBO
AENEAS, TURNUSQ: RUUNT PER PROELIA' NUNC, NUNC.
FLUCTUAT IRA INTUS' RUMPUNTUR NESCIA UINCI
PECTORA. NUNC TOTIS IN UULNERA UIRIBUS ITUR'
MURRANUM, HIC ATAUOS ET AUORUM ANTIQUA SONANTEM
NOMINA' PER REGESQ: ACTUM GENUS OMNE LATINOS'
PRAECIPITEM SCOPULO. ATQ: INGENTIS TURBINE SAXI
EXCIPIT. EFFUNDITQ: SOLO' HUNC LORA ET IUGA SUBTER
PROUULUERE ROTAE' CREBRO SUPER UNGULA PULSU
INCITA. NEC DOMINI MEMORUM PROCULCAT EQUORUM'
ILLE RUENTI HYLLO. ANIMISQ: IMMANE FREMENTI
OCCURRIT. TELUMQ: AURATA AD TEMPORA TORQUET'
OLLI PER GALEAM FIXO STETIT HASTA CEREBRO.
DEXTERA NEC TUA TE GRAIUM FORTISSIME CRETHEU
ERIPUIT TURNO' NEC DI TEXERE CUPENCUM
AENEA UENIENTE SUI' DEDIT OBUIA FERRO
PECTORA. NEC MISERO CLIPEI MORA PROFUIT AERIS.
TE QUOQ: LAURENTES UIDERUNT AEOLAE CAMPI&
OPPETERE. ET LATE TERRAM CONSTERNERE TERGO'
OCCIDIS. ARGIUAE QUEM NON POTUERE PHALANGES
STERNERE. NEC PRIAMI REGNORUM EUERSOR ACHILLES.
HIC TIBI MORTES ERANT METAE. DOMUS ALTA SUB IDA'
LYRNESI DOMUS ALTA. SOLO LAURENTE SEPULCHRUM'
TOTAE ADEO CONUERSAE ACIES. OMNESQ: LATINI.
OMNES DARDANIDAE. MNESTHEUS. ACERQ: SERESTUS.
ET MESSAPUS EQUUM DOMITOR. ET FORTIS ASILAS'
TUSCORUMQ: PHALANX. EUANDRIQ: ARCADES ALAE'
PRO SE QUISQ: UIRI. SUMMA NITUNTUR OPUM, UI'
NEC MORA NEC REQUIES' UASTO CERTAMINE TENDUNT'

HIC MENTEM AENEAE GENETRIX PULCHERRIMA MISIT·
IRET UT AD MUROS· UBIQ· ADUERTERET AGMEN
OCIUS· ET SUBITA TURBARET CLADE LATINOS·
ILLE UT UESTIGANS. DIUERSA PER AGMINA TURNUM·
HUC ATQ· HUC ACIES CIRCUMTULIT· ASPICIT URBEM
IMMUNEM TANTI BELLI· ATQ· IMPUNE QUIETAM·
CONTINUO PUGNAE ACCENDIT MAIORIS IMAGO·
MNESTHEA SERGESTUMQ· UOCAT· FORTEMQ· SERESTUM·
DUCTORES· TUMULUMQ· CAPIT· QUO CETERA TEUCRUM
CONCURRIT LEGIO· NEC SCUTA AUT SPICULA DENSI
DEPONUNT CELSO MEDIUS STANS AGGERE FATUR·
NEQUA MEIS ESTO DITIS MORA IUPPITER HAC STAT·
NEU QUIS OB INCEPTUM SUBITUM MIHI SEGNIOR ITO·
URBEM HODIE CAUSAM BELLI· REGNA IPSA LATINI·
NI FRENUM ACCIPERE· ET UICTI PARERE FATETUR
ERUAM· ET AEQUA SOLO FUMANTIA CULMINA PONAM·
SCILICET EXPECTEM· LIBEAT DUM PROELIA TURNO
NOSTRA PATI· RURSUSQ· UELIT CONCURRERE UICTUS·
HOC CAPUT· O CIUES· HAEC BELLI SUMMA NEFANDI·
FERTE FACES PROPERE· FOEDUSQ· REPOSCITE FLAMMIS·
DIXERAT· ATQ· ANIMIS PARITER CERTANTIB: OMNES
DANT CUNEUM· DENSAQ· AD MUROS MOLE FERUNTUR·
SCALAE INPROUISO. SUBITUSQ· APPARUIT IGNIS·
DISCURRUNT ALII· AD PORTAS· PRIMOSQ· TRUCIDAÑ·
FERRUM ALII TORQUENT· ET OBUMBRANT AETHERA TELIS·
IPSE INTER PRIMOS· DEXTRAM SUB MOENIA TENDIT
AENEAS· MAGNAQ· INCUSAT UOCE LATINUM·
TESTATURQ· DEOS· ITERUM SE AD PROELIA COGI·
BIS IAM ITALOS HOSTIS· HAEC ALTERA FOEDERA RUMPI

EXORITUR TREPIDOS INTER DISCORDIA CIUIS ·
URBEM ALII RESERARE IUBENT · ET PANDERE PORTAS
DARDANIDIS · IPSUMQ· TRAHUNT IN MOENIA REGEM ··
ARMA FERUNT ALII · ET PERGUNT DEFENDERE MUROS ·
INCLUSAS UELUTI · LATEBROSO IN PUMICE PASTOR
UESTIGAUIT APES · FUMOQ· IMPLEUIT AMURE ·
ILLAE INTUS TREPIDAE RERUM · PER CEREA CASTRA
DISCURRUNT · MAGNISQ· ACUUNT STRIDORIB· IRAS ·
UOLUITUR ATER ODOR TECTIS · TUM MURMURE CAECO
INTUS SAXA SONANT · UACUAS IT FUMUS AD AURAS ·
ACCIDIT HAEC FESSIS ETIAM FORTUNA LATINIS ·
QUAE TOTAM LUCTU CONCUSSIT FUNDITUS URBEM ·
REGINA UT TECTIS UENIENTEM PROSPICIT HOSTEM ·
INCEDI MUROS · IGNIS AD TECTA UOLARE ·
NUSQUAM ACIES CONTRA RUTULAS · NULLA AGMINA TURNI ·
INFELIX · PUGNAE IUUENEM IN CERTAMINE CREDIT
EXTINCTUM · ET SUBITO MENTEM TURBATA DOLERE ·
SE CAUSAM CLAMAT · CRIMENQ· CAPUTQ· MALORUM ·
MULTAQ· PER MAESTUM DEMENS EFFATA FUROREM ·
PURPUREOS MORITURA MANU DISCINDIT AMICTUS ·
ET NODUM INFORMIS LETI · TRABE NECTIT AB ALTA ·
QUAM CLADEM MISERE · POSTQUAM ACCEPERE LATINAE ·
FILIA PRIMA MANU FLAUOS LAUINIA CRINIS
ET ROSEA LANIATA GENAS · TUM CITERA CIRCUM
TURBA FURIT · RESONANT LATAE PLANGORIB· AEDES ·
HINC TOTAM INFELIX UOLGATUR FAMA PER URBEM ·
DEMITTUNT MENTES · IT SCISSA UESTE LATINUS ·
CONIUGIS ATTONITUS FATIS · URBISQ· RUINA ·
CANITIEM IMMUNDO PERFUSA PULUERE TURPANS ·

INTEREA EXTREMO BELLATOR IN AEQUORE TURNUS·
PALANTIS SEQUITUR PAUCOS· IAM SEGNIOR·ATQ·
IAM MINUS· ATQ· MINUS· SUCCESSU LAETUS EQUORU
ATTULIT HUNC ILLI· CAECIS TERRORIB· AURA
COMMIXTUM CLAMOREM· ARRECTASQ· IMPULIT AURIS
CONFUSAE SONUS URBIS· ET INLAETABILE MURMUR·
EI MIHI QUID TANTO TURBANTUR MOENIA LUCTU·
QUISUE RUIT TANTUS DIUERSA CLAMOR AB URBE·
SIC AIT· ADDUCTISQ· AMENS SUBSISTIT HABENIS·
ATQ· HUIC IN FACIEM SOROR UT CONUERSA METISCI
AURIGAE CURRUMQ· ET EQUOS ET LORA TEGEBAT·
TALIB· OCCURRIT DICTIS· HAC TURNE SEQUAMUR
TROIUGENAS· QUA PRI···MA UIAM UICTORIA PANDIT·
SUNT ALII· QUI TECTA MANU DEFENDERE POSSINT·
INGRUIT AENEAS ITALIS ET PROELIA MISCET
ET NOS SAEUA MANU MITTAMUS FUNERA TEUCRIS·
NEC NUMERO INFERIOR PUGNAE· NEC HONORE RECEDES·
TURNUS AD HAEC·
Ó SOROR· ET DUDUM ADGNOUI CUM PRIMA PER ARTEM
FOEDERA TURBASTI· TEQ· HAEC IN BELLA DEDISTI·
ET NUNC NEQUEQUAM FALLIS DEA· SET QUIS OLYMPO
DEMISSAM· TANTOS UOLUIT TE FERRE LABORES·
AN FRATRIS MISERI LETUM UT CRUDELES UIDERES·
NAM QUID AGO· AUT QUAE IAM SPONDET FORTUNA SALUTE
UIDI OCULOS ANTE IPSE MEOS· ME UOCE UOCANTEM
MURRANUM· QUO NON FUERAT MIHI CARIOR ALTER
OPPETERE & INGENTEM ATQ· INGENTI UOL··ERE UICTUM·
OCCIDIT INFELIX· NE NOSTRUM DEDECUS UFENS
AEPICERET· TEUCRI POTIUNTUR CORPORE, ET ARMIS·

EXCINDINE DOMOS' IDE RIBUS DEFUIT UNUM'
PERPETIAR DEXTRA· NEC DRANCIS DICTA REFELLAM·
TERGA DABO ET TURNUM FUGIENTEM HAEC TERRA UIDEBIT·
USQ· ADEONE MORI MISERUM EST' UOS O MIHI MANES
ESTE BONI· QUONIAM SUPERIS ADUERSA UOLUNTAS'
SANCTA AD UOS ANIMA· ATQ· ISTIUS INSCIA CULPAE
DISCENDAM·MAGNORUM HAUD NUMQUAM INDIGNA AUORUM
UIX EA FATUS ERAT· MEDIOS UOLAT ECCE PER HOSTES
UECTUS EQUO SPUMANTE SACES· ADUERSA SAGITTA
SAUCIUS ORA· RUITQ· IMPLORANS NOMINE TURNUM'
TURNE IN TE SUPREMA SALUS· MISERERE TUORUM·
FULMINAT AENEAS ARMIS· SUMMASQ· MINATUR
DEIECTURUM ARCES ITALUM' EXCIDIOQ· DATURUM'
IAMQ· FACES AD TECTA UOLANT· IN TE ORA LATINI
IN TE OCULOS REFERUNT· MUSSAT REX IPSE LATINUS'
QUOS GENEROS UOCET· AUT QUAE SESE AD FOEDERA FLECTAT'
PRAETEREA REGINA TUI FIDISSIMA· DEXTRA
OCCIDIT IPSA SUA· LUCEMQ· EXTERRITA FUGIT'
SOLI PRO PORTIS· MESSAPUS ET ACER ATINAS
SUSTINEANT ACIES' CIRCUM HOS UTRIMQ· PHALANGES'
STANT DENSAE· STRICTISQ· SEGES MUCRONIB· HORRET
FERREA· TU CURRUM DISERTO IN GRAMINE UERSAS'
OBSTUPUIT UARIA CONFUSUS IMAGINE RERUM·
TURNUS· ET OBTUTU TACITO STETIT· AESTUAT INGENS
UNO IN CORDE PUDOR· MICTOQ· INSANIA LUCTU'
ET FURIIS AGITATUS AMOR· ET CONSCIA UIRTUS'
UT PRIMUM DISCUSSAE UMBRAE· ET LUX REDDITA MENTI'
ARDENTIS OCULORUM ORBES' AD MOENIA TORSIT
TURBIDUS· EQUE ROTIS MAGNAM RESPEXIT AD URBEM.

ECCE AUTEM FLAMMIS INTER TABULATA UOLUTUS
AD CAELUM UNDABAT UERTEX· TURRIMQ· TENEBAT·
TURRIM COMPACTIS TRABIBUS· QUAM EDUXERAT IPSE·
SUBDIDERATQ· ROTAS· PONTISQ· INSTRAUERAT ALTOS'
IAM IAM FATA SOROR SUPERANT· ABSISTE MORARI·
QUO DEUS· ET QUO DURA UOCAT FORTUNA SEQUAMUR'
STAT CONFERRE MANUM AENEAE·STAT QUIDQUID ACERBI EST
MORTE PATI· NEQ· ME INDECOREM GERMANA UIDEBIS
AMPLIUS. HUNC ORO SINE ME FURERE ANTE FURORE·
DIXIT· ET E CURRU SALTUM DEDIT· OCIUS ARUIS·
PERQ· HOSTIS PER TELA RUIT· MAESTAMQ, SOROREM
DESERIT· AC RAPIDO CURSU MEDIA AGMINA RUMPIT·
AC UELUTI MONTIS SAXUM DE UERTICE PRAECEPS
CUM RUIT· AUULSUM UENTO· SEU TURBIDUS IMBER
PROLUIT· AUT ANNIS SOLUIT SUBLAPSA UETUSTAS·
FERTUR IN ABRUPTUM· MAGNO MONS IMPROB· ACTU·
EXSULTATQ· SOLO· SILUAS· ARMENTA· UIROSQ·
INUOLUENS SECUM' DISIECTA PER AGMINA TURNUS
SIC URBIS RUIT AD MUROS· UBI PLURIMA FUSO
SANGUINE TERRA MADET· STRIDUNTQ· HASTILIB· AURAE'
SIGNIFICATQ· MANU· ET MAGNO SIMUL INCIPIT ORE'
PARCITE IAM RUTULI· ET UOS TELA INHIBETE LATINI·
QUAECUMQ· EST FORTUNA MEA EST· ME UERIUS UNUM
PRO UOBIS FOEDUS LUERE· ET DECERNERE FERRO·
DISCES....SERE OMNES MEDII. SPATIUMQ· DEDERE'
AD PATER AENEAS· AUDITO NOMINE TURNI'
DESERIT ET MUROS· ET SUMMAS DESERIT ARCES
PRAECIPITATQ· MORAS OMNIS· OPERA OMNIA RUMPIT·
LAETITIA EXULTANS· HORRENDUMQ· INTONAT ARMIS'

QUANTUS ATHOS, AUT QUANTUS ERYX. AUT IPSE CORUSCIS
CUM FREMIT ILICIB. QUANTUS, GAUDETQ. NIUALI
UERTICE SE ATTOLLENS PATER APPENNINUS AD AURAS.
IAM UERO ET RUTULI CERTATIM ET TROES' ET OMNES
CONUERTERE OCULOS ITALI. QUIQ. ALTA TENEBANT
MOENIA. QUIQ. IMOS PULSABANT ARIETE MUROS'
ARMAQ. DEPOSUERE UMERIS. STUPET IPET IPSE LATINUS.
INGENTIS' GENITOS DIUERSIS PARTIB. ORBIS.
INTER SE COLISSE UIROS. ET DECERNERE FERRO.
ATQ. ILLI, UT UACUO PATUERUNT AEQUORE CAMPI.
PROCURSU RAPIDO, COLECTIQ.S EMINUS HASTIS.
INUADUNT MARTEM CLIPEIS' ATQ. AERE SONORO.
DAT GEMITUM TELLUS. TUM CREBRAS ENSIB. ICTAS
CONGEMINANT. FORS ET UIRTUS MISCENTUR IN UNUM.
AC UELUT INGENTI SILA. SUMMOUE TABURNO'
CUM DUO CONUERSIS INIMICA IN PROELIA TAURI'
FRONDIBUS INCURRUNT. PAUIDI CESSERE MAGISTRI.
STAT PECUS OMNE METU MUTUM. MUSSANTQ. IUUENCAE.
QUIS NEMORI INPERITET. QUAE TOTA ARMENTA SEQUUNTUR'
ILLI INTER SESE. MULTA UI, UULNERA MISCENT'
CORNUAQ. OBNIXI INFIGUNT. ET SANGUINE LARGO
COLLA ARMOSQ. LAUANT. GEMITU NEMUS OMNE REMUGIT.
NON ALITER TROS AENEAS. ET DAUNIUS HEROS
CONCURRUNT CLIPEIS. INGENS FRAGOR AETERA COMPLET'
IUPPITER IPSE, DUAS AEQUATO EXAMINE LANCES
SUSTINET. ET FATA INPONIT DIUERSA DUORUM.
QUEM DAMNET LABOR. ET QUO UERGAT PONDERE LETU~
EMICAT HIC IMPUNE PUTANS. ET CORPORE TOTO:
ALTE SUBLATUM CONSURGIT TURNUS IN ENSEM.

ET FERIT · EXCLAMANT TROES · TREPIDIQ· LATINI ·
ARRECTAEQ· AMBORUM ACIES · AT PERFIDUS ENSIS
FRANGITUR · IN MEDIO ARDENTEM DESERIT ICTU ÷
NI FUGA SUBSIDIO SUBEAT · FUGIT OCIOR EURO ·
UT CAPULUM IGNOTUM · DEXTRAMQ· ASPECXIT INERME ·
FAMA EST · PRAECIPITEM CUM PRIMA IN PROELIA IUNCTOS
CONSCENDEBAR EQUOS · PATRIO MUCRONE RELICTO ·
DUM TREPIDAT · FERRUM AURIGAE RAPUISSE METISCI ·
IDQ· DIU, DUM TERGA DABANT PALANTIA TEUCRI ·
SUFFECIT · POSTQUAM ARMA DEI AD UOLCANIA UENTUM EST ·
MORTALIS MUCRO, GLACIES CEU FUTTILIS, ICTU
DISSILIT · FULUA RESPLENDENT FRAGMINA HARENA ·
ERGO AMENS. DIUERSA FUGA PETIT AEQUORA TURNUS ·
ET NUNC HUC · INDE HUC · INCERTOS IMPLICAT ORBES ·
UNDIQ ENIM TEUCRI. DENSA INCLUSERE CORONA ·
ATQ· HINC UASTA PALUS · HINC ARDUA MOENIA CINGUNT
NEC MINUS AENEAS' QUAMQUAM TARDATA SAGITTA
INTERDUM GENUA IMPEDIUNT · CURSUMQ· RECUSANT ·
INSEQUITUR · TREPIDIQ· PEDEM PEDE FERUIDUS URGET ·
INCLUSUM UELUTI SI QUANDO FLUMINE · NACTUS
CERUUM · AUT PUNICEAE SAEPTUM FORMIDINE PINNAE
UENATOR CURSU CANIS ET LATRATIB· INSTAT ·
ILLE AUTEM INSIDIIS, ET RIPA TERRITUS ALTA ·
MILLE FUGIT REFUGITQ· UIAS · AT UIUIDUS UMBER
HAERET HIANS · IAMIAMQ· TENET · SIMILISQ· TENENTI ·
INCREPUIT MALIS · MORSUQ· ELUSUS INANI EST ·
TUM UERO EXORITUR CLAMOR · RIPAEQ· LACUSQ·
RESPONSANT CIRCA · ET CAELUM TONAT OMNE TUMULTU ·
ILLE SIMUL FUGIENS RUTULOS' SIMUL INCREPAT OMNES ·

NOMINE QUEMQ· UOCANS· NOTUMQ· EFFLAGITAT ENSE·
AENEAS MORTEM CONTRA· PRAESENSQ· MINATUR
EXITIUM SI QUISQUAM ADEAT· TERRETQ· TREMENTIS·
EXCISURUM URBEM MINITANS· ET SAUCIUS INSTAT·
QUINQ· ORBES EXPLENT CURSU· TOTIDEMQ· RETEXUNT
HUC ILLUC· NEQ· ENIM LEUIA· AUT LUDICRA PETUNTUR
PRAEMIA· SED TURNI DE UITA ET SANGUINE CERTANT·
FORTE SACER FAUNO, FOLIIS OLEASTER AMARIS
HIC STETERAT· NAUTIS OLIM UENERABILE LIGNUM·
SERUATI EX UNDIS· UBI FIGERE DONA SOLEBANT·
LAURENTI DIUO· ET UOTAS SUSPENDERE UESTES·
SED STIRPEM TEUCRI· NULLO DISCRIMINE SACRUM·
SUSTULERANT· PURO UT POSSENT CONCURRERE CAMPO·
HIC HASTA AENEAE STABAT· HUC IMPETUS ILLAM
DETULERAT· FIXAM ET LENTA [AB] RADICE TENEBAT·
INCUBUIT· UOLUITQ· MANU CONUELLERE FERRUM·
DARDANIDES· TELOQ· SEQUI QUEM PRENDERE CURSU
NON POTERAT· TUM UERO AMENS FORMIDINE TURNUS·
FAUNE PRECOR MISERERE INQUIT· TUQ· OPTIME FERRUM
C DARDANIDES· TELOQ· SEQUI QUEM PRENDERE CURSU Ↄ
C NON POTERAT· TUM UERO AMENS FORMIDINE TURNUS Ↄ
FAUNE PRECOR MISERERE INQUIT TUQ· OPTIME FERRUM Ↄ
TERRA TENE· COLUI UESTRO SI SEMPER HONORES·
QUOS CONTRA AENEADAE· BELLO FECERE PROFANOS·
DIXIT· OPEMQ· DEI· NON CASSA IN UOTA UOCAUIT·
NAMQ· DIU LUCTANS· LENTOQ· IN STIRPE MORATUS·
UIRIBUS HAUD ULLIS UALUIT DISCURRERE MORSUS· [L D]
RÓBORIS AENEAS· DUM NITITUR ACER· ET INSTAT·
RURSUS IN AURIGAE FACIEM MUTATA [CONVERS] METISCI

PROCURRIT FRATRIQ· ENSEM DEA DAUNIA REDDIT
QUOD UENUS AUDACI NYMPHAE INDIGNATA LICERE
ACCESSIT· TELUMQ· ALTA AB RARICE REUELLIT·
OLLI SUBLIMES ARMIS· ANIMISQ· REFECTI·
HIC GLADIO FIDENS, HIC ACER. ET ARDUUS HASTA
ADSISTUNT CONTRA CERTAMINA MARTIS ANHELI·
IUNONEM INTEREA REX OMNIPOTENTIS OLYMPI
ADLOQUITUR FULUA PUGNAS DE NUBE TUENTEM·
QUAE IAM FINIS ERIT CONIUNX· QUID DENIQ· RESTAT·
INDIGETEM AENEAN SCIS IPSA· ET SCIRE FATERIS
DEBERI CAELO· FATISQ· AD SIDERA TOLLI·
QUID STRUIS· AUT QUA SPE GELIDIS IN NUBIB· HAERES·
MORTALIN DECUIT UIOLARI UULNERE DIUUM·
AUT ENSEM. QUID ENIM SINE TE IUTURNA UALERET
EREPTUM REDDI TURNO· ET UIM CRESCERE UICTIS·
DESINE IAM TANDEM· PRECIBUSQ· INFLECTERE NOSTRIS
NE TE TANTUS EDAT TACITAM DOLOR· ET MIHI CURAE,
SAEPE TUO· DULCI TRISTES EX ORE RECUSENT·
UENTUM AD SUPREMUM EST· TERRIS AGITARE· UEL UNDIS
TROIANOS POTUISTI· INFANDUM ACCENDERE BELLUM·
DEFORMARE DOMUM· ET LUCTU MISCERE HYMENAEOS·
ULTERIUS TEMPTARE UETO· SIC IUPPITER ORSUS·
SIC DEA SUMMISSO CONTRA SATURNIA UULTU·
ISTA QUIDEM QUIA NOTA MIHI TUA MAGNE UOLUNTAS
IUPPITER· ET TURNUM ET TERRAS INUITA RELIQUI·
NEC TU ME AERIA SOLAM NUNC SEDE UIDERES
DIGNA, INDIGNA PATI· SED FLAMMIS CINCTA· SUB IPSAM
STARE ACIEM TRAHEREMQ, INIMICA IN PROELIA TEUCROS·
IUTURNAM MISERO FATEOR SUCCURRERE FRATRI

SUASI· ET PRO UITA MAIORA AUDERE PROBAUI·
NON UT TELA TAMEN, NON UT CONTENDERET ARCUM
ADIURO STYGII CAPUT INPLACABILE FONTIS·
UNA SUPERSTITIO· SUPERIS QUAE REDDITA DIUIS·
ET NUNC CEDO EQUIDEM· PUGNASQ· EXOSA RELINQUO·
ILLUT TE· NULLA FATI QUOD LEGE TENETUR·
PRO LATIO OBTESTOR· PRO MAIESTATE TUORUM·
CUM IAM CONUBIIS PACEM FELICIB· ESTO
COMPONENT· CUM IAM LEGES· ET FOEDERA IUNGENT·
NE UETUS. INDIGENAS NOMEN MUTARE LATINOS·
NEU TROAS FIERI IUBEAS. TEUCROSQ· UOCARI·
AUT UOCEM MUTARE UIROS· AUT UERTERE UESTEM·
SIT LATIUM· SI[N]T ALBANI PER SAECULA REGES·
SIT ROMANA POTENS ITALA UIRTUTE PROPAGO·
OCCIDIT. OCCIDERITQ· SI[N]BAS· CUM NOMINE TROIA·
OLLI SUBRIDENS HOMINUM RERUMQ· REPERTOR·
ES GERMANA IOUIS· SATURNIQ· ALTERA PROLES·
IRARUM TANTOS UOLUI[S] SUB PECTORE FLUCTUS·
UERUM· AGE· ET INCEPTUM FRUSTRA SUBMITTE FURORE[M]
DO, QUO[D] UIS· ET ME UICTUSQ· UOLENSQ· REMITTO·
SERMONEM AUSONII PATRIUM· MORESQ· TENEBUNT
UTQ· EST NOMEN ERIT· COMMIXTI CORPORE TANTUM
SUBSIDENT TEUCRI· MOREM RITUSQ· SACRORUM
ADICIAM· FACIAMQ· OMNIS UNO ORE LATINOS·
HINC GENUS AUSONIO MIXTUM QUOD SANGUINE SURGET
SUPRA HOMINES· SUPRA IRE DEOS· PIETATE UIDEBIS·
NEC GENS ULLA TUOS AEQ· CELEBRABIT HONORES·
ADNUIT HIS IUNO. ET MENTEM LAETA RETORSIT·
INTEREA EXCEDIT CAELO. NUBEMQ· RELINQUIT·

HIS ACTIS· ALIUD GENITOR SECUM IPSE UOLUTAT·
IUTURNAMQ· PARAT FRATRIS DIMITTERE AB ARMIS·
DICUNTUR GEMINAE PESTES· COGNOMINE DIRAE·
QUAS ET TARTAREAM NOX INTEMPESTA MEGERAM·
UNO EODEMQ· TULIT PARTU· PARIBUSQ REUINXIT
SERPENTUM SPIRIS· UENTOSASQ· ADDIDIT ALAS·
HAE IOUIS AD SOLIUM· SAEUIQ· IN LIMINE REGIS
APPARENT· ACUUNTQ· METUM MORTALIB· AEGRIS·
SIQUANDO LETUM HORRIFICUM· MORBOSQ· DEUM REX
MOLITUR· MERITAS AUT BELLO TERRITAT URBES·
HARUM UNAM· CELEREM DEMISIT AB AETHERE SUMMO
IUPPITER· INQ· OMEN IUTURNAE OCCURRERE IUSSIT·
ILLA UOLAT CELERIQ· AD TERRAM TURBINE FERTUR·
NON SECUS AC NERUO PER NUBEM INPULSA SAGITTA·
ARMATAM SAEUI PARTHUS QUAM FELLE UENENI·
PARTHUS· SIUE, CYDON· TELUM INMEDICABILE TORSIT·
STRIDENS· ET CELERIS INCOGNITA TRANSILIT UMBRAS·
TALIS SE SATA NOCTE TULIT· TERRASQ· PETIUIT·
POSTQUAM ACIES UIDET ILIACAS· ATQ· AGMINA TURNI·
ALITIS IN PARUAE SUBITAM CONUERSA FIGURAM·
QUAE QUONDAM IN BUSTIS· AUT CULMINIB DESERTIS
NOCTE SEDENS· SERUM CANIT INPORTUNA PER UMBRAS·
HANC UERSA IN FACIEM· TURNI SE PESTIS INFORA·
FERTQ· REFERTQ· SONANS· CLIPEUMQ· EUERBERAT ALIS·
ILLI MEMBRA NOUUS SOLUIT FORMIDINE TORPOR·
ARRECTAEQ HORRORE COMAE· ET UOX FAUCIB· HAESIT·
AD PROCUL UT DIRAE STRIDOREM AGNOUIT· ET ALAS·
INFELIX CRINIS SCINDIT IUTURNA SOLUTOS·
UNGUIBUS ORA SOROR FOEDANS· ET PECTORA PUGNIS·

QUID NUNC TE TUA TURNE POTEST GERMANA IUUARE'
AUT QUID IAM DURAE SUPERAT MIHI' QUA TIBI LUCEM
ARTE MORER· TALIM[N] POSSUM ME OPPONERE MONSTRO·
IAMIAM LINQUO ACIES· NE ME TERRETE TIMENTEM
OBSCENAE UOLUCRES· ALARUM UERBERA NOSCO,
LETALEMQ· SORUM[N]· NEC FALLUNT IUSSA SUPERBA
MAGNANIMI IOUIS. HAEC PRO UIRGINITATE REPONIT·
QUO UITAM DEDIT AETERNAM· CUR MORTIS ADEMPTAST
CONDICIO· POSSIM TANTOS FINERE DOLORES.
NUNC CERTE· ET MISERO FRATRI COMES IRE PER UMBRAS·
INMOTALIS[R] EGO· AUT QUICQUAM MIHI DULCE MEORUM
TE SINE FRATER ERIT' O QUAE SATIS IMA DEHISCAT
TERRA MIHI· MANISQ· DEAM DEMITTAT A[D] IMAS[O]'
TANTUM EFFATA· CAPUT GLAUCO CONTEXIT AMICTU'
MULTA GEMENS. ET SE FLUUIO DEA CONDIDIT ALTO'
AENEAS INSTAT CONTRA· TELUMQ· CORUSCAT
INGEMAENS ARBOREUM· ET SAEUO SIC PECTORE FATUR'
QUAE NUNC DEINDE MORA·:ET[S]· AUT QUID IAM TURNE RETR
NON CURSU· SAEUIS CERTANDUM EST COMMINUS ARMIS'
UERTE OMNIS TE TE IN FACIES· ET CONTRAHE QUIDQUID
SIUE ANIMIS SIUE ARTE UALES· OPTA ARDUA PENNIS
ASTRA SEQUI· CLAUSUMQ· CAUA TE CONDERE TERRA'
ILLE CAPUT QUASSANS· NON ME TUA FERUIDA TERRENT
DICTA FEROX· DI ME TERRENT ET IUPPITER HOSTIS'
NEC PLURA EFFATUS' SAXUM CIRCUMSPICIT INGENS'
SAXUM ANTIQUUM INGENS CAMPOQ·[OUO] FORTE IACEBAT'
LIMES AGRO POSITUS· LITEM UT DISCERNERET ARUIS'
UIX ILLUM LECTI· BIS SEX CERUICE SUBIRENT'
QUALIA NUNC HOMINUM PRODUCIT CORPORA TELLUS'

ILLE MANU RAPTUM TREPIDA TORQUEBAT IN HOSTEM·
ALTIOR INSURGENS· ET CURSU CONCITUS HEROS'
SED NEQ· CURRENTEM SE. NEC COGNOSCIT EUNTEM·
TOLLENTEMQ· MANUS· SAXUMUE INMANE MOUENTEM
GENUA LABANT· GELIDUS CONCREUIT FRIGORE SANGUIS'
TUM LAPIS IPSE UIRI. UACUUM PER INANE UOLUTUS'
NEC SPATIUM EUASIT· TOTUM NEQ· PERTULIT ICTUM'
AC UELUT INSOMNIS· OCULOS UBI LANGUIDA PRESSIT
NOCTE QUIES· NEQUICQUAM AUIDOS EXTENDERE CURSUS
UELLE UIDEMUR· ET IN MEDIIS CONATIB· AEGRI
SUCCIDIMUS· NON LINGUA UALET· NON CORPORE NOTAE
SUFFICIUNT UIRES· NEC UOS AUT UERBA SEQUUNTUR·
SIC TURNO, QUACUMQ· UIAM UIRTUTE PETIUIT
SUCCESSUM DEA DIRA NEGAT· TUM PECTORE SENSUS
UERTUNTUR UARII· RUTULOS· ASPECTAT ET URBEM'
CUNCTATURQ· METU. TELUMQ· INSTARE TREMISCIT'
NEC QUO SE ERIPIAT· NEC QUA UI TENDAT IN HOSTEM·
NEC CURRUS USQUAM UIDET· AURIGAMQ· SOROREM'
CUNCTANTI· TELUM AENEAS FATALE CORUSCAT·
SORTITUS FORTUNAM OCULIS· ET CORPORE TOTO
EMINUS INTORQUET· MURALI CONCITA NUMQUAM
TORMENTO SIC SAXA FREMUNT· NEC FULMINE TANTI
DISSULTANT CREPITUS' UOLAT ATRI TURBINIS INSTAR·
EXITIUM DIRUM HASTA FERENS' ORASQ· RECLUDIT
LORICAE· ET CLIPEI EXTREMOS SEPTEMPLICIS ORBES·
PER MEDIUM STRIDENS TRANSIT FEMUR' INCIDIT ICTUS'
INGENS AD TERRAM DUPLICATO POPLITE TURNUS·
CONSURGUNT GEMITU RUTULI· TOTUSQ· REMUGIT
MONS CIRCUM· ET UOCEM LATE NEMORA ALTA REMITTUNT·

ILLE HUMILIS· SUPPLEXQ· OCULOS DEXTRAMQ· PRECANTEM
PROTENDENS· EQUIDEM MERUI· NEC DEPRECOR INQUIT·
UTERE SORTE TUA· MISERI TE SIQUA PATENTIS
TANGERE CURA POTEST· ORO FUIT ET TIBI TALIS
ANCHISES· GENITOR· DAUNI MISERERE SENECTAE·
ET ME· SEU CORPUS SPOLIATUM LUMINE MAUIS·
REDDE MEIS· UICISTI· ET UICTUM TENDERE PALMAS
AUSONII UIDERE· TUA EST LAUINIA CONIUNX·
ULTERIUS NE TENDE ODIIS· STETIT ACER IN ARMIS
AENEAS· UOLUENS OCULOS· DEXTRAMQ· REPRESSIT·
ET IAMIAMQ· M[AG]EIS CUNCTANTEM FLECTERE SERMO
COEPERAT· INFELIX UMEROS CUM APPARUIT ALTOS
BALTEUS· ET NOTIS FULSERUNT CINGULA BULLIS·
PALLANTIS PUER[I] UICTUM QUEM UULNERE TURNUS
STRAUERAT· ATQ· UMERIS INIMICUM INSIGNE GEREBAT·
ILLE OCULIS· POSTQUAM SAEUI MONUMENTA DOLORIS
EXUUIASQ· HAUSIT· FURIIS ACCENSUS ET IRA
TERRIBILIS· TUNE HINC SPOLIIS INDUTE MEORUM
ERIPIARE MIHI· PALLAS TE HOC UULNERE· PALLAS
IMMOLAT· ET POENAM SCELERATO EX SANGUINE SUMIT·
HOC DICENS· FERRUM ADUERSO SU[B PEC]MPTO RECONDIT
FERUIDUS· AST ILLI SOLUUNTUR FRIGORE MEMBRA·
UITAQ· CUM GEMITU FUGIT· INDIGNATA SUB UMBRAS·

P· UERGILI MARONIS AENEIDOS

LIB· XII EXPL· FELICITER

NOTAE ET EMENDATIONES.

Gemmam, quae in Fronte libri est, Vergilium repraesentare luculenter disputatur Musei Florentini Tom. I. pag. 98.

Vergilii imaginem, quae est ante Praefationem, mutuatus sum ex pag. XXII. Vergilii Vaticani, de quo in eadem Praef.

Pag. Vers.

2. 1. CANTABIMUS Ita primum scriptum fuerat in Cod. sed rasae sunt, & fortassis erant transversa linea expunctae, litterae A, I, M: ex littera autem T facta est I, ut legatur CANIBUS.

5. ALES Constat in Cod. primum fuisse scriptum ALIS: sed I in E ab aliena, ut videtur, manu commutata est.

10. REFERRE Ultima E videtur commutata in I abrasis lineis transversis.

3. 11. AMYCON Primum scriptum fuerat AMICON.

4. 16. DUM PHYLLIS AMABIT. Verba restituta ab aliena manu primis rasis.

18. PULCERRIMA Verbum super litteris quibusdam rasis restitutum ab eadem recentiori manu, quae superiorem etiam scripsit emendationem.

23. COYRDON Cod. CORYDON.

7. 9. TRIPLICI Cod. TRIPLICE.

14. CERTE Ultima E commutatur in I: duplici autem ratione in Cod. litterae EE in I commutantur; aut abrasis lineis transversis, aut novo atramento latioribus factis, ne transversae lineae amplius appareant.

9. 12. ∴PASTAS Ubi illa sunt puncta apparent vestigia litterae E. Porro quotiens offendes huiusmodi puncta, scias volo, apparere ibi vestigia litterarum aut rasarum, aut deperditarum; ubi autem videtur, quod ibi olim fuerint litterae ex minio, puncta rubra ponuntur.

13. FERET Ultima E commutatur in I.

18. CY∴NEAS Ubi sunt puncta, videtur, quod esset R, & quod mederentur errori lineolae duae appositae supra Y, una vero supra R, quae littera nunc est abrasa, ita enim solent hi errores in Cod. emendari: qua de re huiusmodi lineolae non solent praeter-

Pag. Vers.

termitti, ubi patitur lex typographica, & hac repugnante hisce in notis indicantur.

10. 1. LENTΛE Prima L est littera ab aliena manu restituta.

13. MOEREM Alteram E commutare in I tentatum est.

T

11. 5. UENERΛ Litera T superaddita forte est manus recentioris.

T

5. UENERΛ ΛTTONDENT Superadduntur hisce litteris quaedam signa, quae respiciunt notas exstantes in margine libri inferiori. Occurrunt autem etiam alibi eiusdem generis signa, quae interdum apponere non praetermisi. Itaque ista quoque noveris plerumque ad notas marginales spectasse.

13. 14. ΛLNUS In Cod. ΛLNVS & littera V restituta est minio, ut sunt aliae in hac pagina litterae, versuum ultimae, quod macula quadam deperderentur.

31. PRΛETERIIT ΛNIMVS Cod. ΛNIMUS, nusquam enim Apronianus utitur littera V, licet interdum U scribat in formam V vergentem.

16. 12. ΛGRESTIS Litteram I in E tentatum est commutare.

19. 7. CURΛS Cod. CURIS.

22. ΛRCTOM Litteram M aliena manus in N commutare tentavit.

C

21. 9. ΛPTI Littera C suprapofita videtur esse manus recentioris.

22. 6. URBEM Littera U correcta est in O.

23. 4. IMBUIB. Cod. IMBRIB.

24. 23. SEPTUMΛ DECUMΛM In utroque verbo littera U abrasam habet primam hastam.

N N

30 IGTUES In Cod. IGTUES.

25. 18. BΛLEΛRIS Primum scriptum fuerat BΛLIΛRIS.

M M

28. 8. UNDΛS Cod. UNDΛS.

23. RECUMBUNT Cod. RECUMBNT.

29. 19. NEQ. Principio scriptum fuerat NEC.

19. NOCTIS Littera I erat E.

20. QUOM Litterae Q & O ita abrasae sunt, ut legatur CUM.

31. 7. UIDIMUS Altera I erat E.

17. Marginale signum huic versui appositum significare videtur legendum esse ERIDΛNUS FLUUIORUM REX.

32. 22. VERGILI Littera U versuum principio & interdum ad librorum calcem, ubi VERGILI nomen scribitur, grandior saepe est, & ad formam V vergit: verum haud est omnino talis, ut altero volumine dicemus.

33. 8. OLIBΛE &c. A manu multum recenti transversa linea B expungitur, & superius apponitur V.

8. TINGUE Littera U ab eadem recenti manu transverso calamo expuncta cernitur.

22.

Pag. Verf.

21. ΛLIE Littera E eft ita formata, ut anceps fim, quomodo fcriptum primo fuerit ΛLII, an ΛLIE.

35. 4. DOMΛNDΛE Cod. DOMΛNDΛE.

9. CHΛONIIQ· Cod. CHΛONIEQ·

21. INGENS Cod. INGENS.

36. 1. SYRISQ· Primo fcriptum fuerat SIRISQ·

7. TEMTΛTURΛ Cod. TEMPTΛTURΛ.

37. 25. ULRUM Littera L corrigitur in I.

30. HERBAS Cod. HERBAS.

38. 2. ΛT Littera T eft in D commutata.

27. SΛLUE In Cod. SΛLUEΛE.

39. 19. PΛTULIS Littera D fuperpofita perperam colorata eft minio.

28. PINGUIS SUB Cod. PINGUISUB. Nimirum una S duplici verbo infervit, quod in Cod. faepe occurrit.

40. 21. EQU·S Ubi funt puncta videntur effe veftigia litterae O.

29. DERUNT Littera E fuperpofita perperam facta eft ex minio.

41. 1. NEGΛBUNT Cauda litterae G eft alienae manus, ne legatur NECΛBUNT. Offendes autem etiam alibi litteram C pro G in Cod. ufurpatam: & quidem antiquiffima non eft figura G, fed communis ufus diu tulit, ut adhiberetur C, ubi nunc illa conftanter adhibetur.

14. ΛMΛROR Ultima R eft addita ab aliena manu, quae licet antiqua neque tamen Aproniani videtur.

25. PΛNDUNT Primae duae litterae a recentiori manu formatae funt ex nefcio quibus aliis antiquis litteris.

42. 14. THUMILIS. Nota quod littera illa H debet effe H tranfverfa linea expuncta: artifex, a quo typus cuius, monftrum illud fecit: porro altera littera I erat E.

16. SEPTO In Cod. SΛEPTO.

43. 13. FORTEM Litteram E in I commutare tentatum eft.

18. ΛT Litteram T in D commutare tentatum eft.

18. PICEΛ Videtur quod primo fcriptum fuerit PECEΛ.

44. 23. POSSENT Litteram E tentatum eft in I commutare.

45. 4. HULCΛ Verbum correctum, cum primum effet fcriptum EUICΛ.

46. 18. COLURNIS Littera L primum erat alia littera, forte T.

20. QUOTΛNNIS Cod. QUOTΛNNIS.

47. 6. FRUSEI Littera F primum erat T.

14. EXPECTΛNT Ultimae litterae ab aliena manu correctae funt.

28. NUTRITUR Altera U corrigitur in O.

28. METELLI Cod. METELLI.

48.

Pag. Verf.

48. 2. NON UILIOR NOXIΛ Haec verba ita corriguntur, ut dicant NON. ULLI OBNOXIΛ.

9. FRONTIB· Littera D ſuperpoſita fortaſſis eſt manus recentioris.

27. IN .·.·LUSΛSQ· Ubi ſunt puncta veſtigia litterae C apparere videntur.

29. CΛSSIΛ Prima littera S abraſa eſt.

50. 6. CΛRPSIT Videtur quod littera I principio eſſet E.

18. ΛGRICULΛ Littera U commutata eſt in O.

22. CEREΛLIS Altera E erat I.

51. 3. FUSUSQ· Littera F erat E, quae in F commutatur producta linea ſuperiori.

9. FORTES Littera E in I commutata eſt.

52. 20. DECERNIT Littera N & I corriguntur in T & E.

29. SURGENTIS Littera I commutatur in E.

53. 1. NIXUΛTEM Littera M corrigitur in N.

19. QUOD Littera ſuperpoſita eſt manus recentioris.

20. OLYMPIΛCΛE Littera Y principio erat I.

21. FORTIS Littera I commutata eſt a recentiori, ut videtur, manu in E.

54. 21. ΛC Littera C erat G.

55. 28. PELETRHONII Ultima I videtur littera ab aliena manu addita.

56. 18. ΛD Scriptum primo fuerat ET.

20. UBLIMET Littera U commutata eſt in O.

27. PΛSCUNT Cod. PΛSCUNT.

58. 25. ETIΛMQ· Cod. ETIΛMQ·

59. 1. FERET Altera E erat I.

2. ΛGNUM Cod. ΛGNUM.

60. 25. HINC Littera C erat T.

61. 5. ΛTQ· Littera T erat D.

8. POTNIΛDES Littera T eſt corrupta, forte erat D.

62. 9. STIPULΛ·M Littera M eſt fere abraſa.

63. 1. OMNIS STUDIO In Cod. OMNISTUDIO, una S duplici verbo inſerviente.

4. FΛENILLΛ Altera L ſuperius abraſa eſt, ut ſit I. Notes autem volo ſaepiſſime duplicem LL pro LI, aut IL & II in Cod. offendi.

13. ILIGNIS Videtur primo ſcriptum fuiſſe IGNIS, & manum, quae addidit duplicem I ex prima I ex iis, quae iam erant in Cod. litteram L confeciſſe.

16. SICUBI ERE Altera littera I erat E.

26. IΛCET Prima littera erat F, quae littera in Cod. fere ſemper eſt ceteris omnibus litteris altior.

18.

Pag. Verf.

28. ΛMYCLΚEϤMQ. Littera L erat I.

64. 26. PENNΛE In Cod. PINNΛE.

65. 5. FERMENT Anceps sum utrum prima E sit potius I.

21. ϤILLIS Prima littera I est addita ab aliena manu.

66. 4. $\overset{\text{PACΛ}}{\text{INDIGNΛTOS}}$ Litterae superpositae non debent esse ex minio, sed tantummodo puncta, quae super expungendis litteris sunt posita.

67. 1. $\overset{\text{T I}}{\text{SIXϤS}}$ In Cod. $\overset{\text{T I}}{\text{SIXϤS}}$ Litterae autem superpositae sunt pene deletae.

20. INLOTϤS In Cod. primum scriptum erat INLϤTϤS.

28. SCYLLΛM Principio scriptum fuerat SCILLΛM.

23. OMNIΛ In Cod. OMINΛ.

68. 13. LΛPYDIS Ultimae tres litterae a recentiori manu sunt restitutae.

69. 22. MELIO.....RΛ Ubi sunt puncta videntur esse vestigia alterius litterae Λ.

26. ET Prima littera commutata est in I.

29. $\overset{\text{ON}}{\text{ΛN}}$ Littera Λ est pene abrasa.

71. 1. PHILLYRIDES Altera L alienam manum esse passam vehementer suspicor, & forte erat I.

12. NEC Cod. NE.

72. 4. TOTIϤSQ. EX ORDINE Lege TOTIϤSQ. ORDINE.

9. QϤO NEQ. Cod. NEQϤE.

16. ϤOLΛNTIS Littera I in Cod. est E, sed anceps sum, utrum sit littera correcta.

17. INMITIB. Cod. INMITTIB.

21. EXΛMINΛ Lege EXΛGMINΛ.

73. 18. PROPIϤS Lege PROPRIϤS.

20. PϤLSI Littera I ultima proprie est prima hasta litterae Ϥ deperditae, quod ibi fracta sit codicis membrana.

75. 28. IRRIGET Cod. INRIGET.

76. 5. ϤIRIDIS Ultima littera I a manu recentiori commutata est in E.

7. FLEXI TCΧϤISSEM Cod. FLEXITCΧϤISSEM.

17. INERTIS In Cod. INEMTIS.

77. 11. HIEMES Ultima littera E commutata est in I.

78. 7. MϤNIRE Littera I erat E.

13. TϤM Cod. TϤNC.

28. ΛϤIΛS Littera I commutatur in E.

Pag. Verf.

79. 4. PLUS Littera L erat I, & facta eft L producta fuperius hafta minio.
8. MEDUS Littera D erat T.
9. REGE Altera E erat I.
21. CRATES Littera E erat I.
80. 22. STELIO In Cod. primum fcriptum fuerat STELLO.
81. 5. AT Littera T commutata eft in D.
82. 4. IACIT Altera I commutatur in E.
5. IN Litterae fuperpofitae funt manus recentioris, & fcriptae funt AD.
17. GARRULA Cauda litterae G addita eft ab aliena manu: principio fcriptum fuerat CARRULA.
83. 5. GENUISTTI Cod. GENUISTI.
12. BIPENNEM In Cod. BIPINNEM.
86. 3. HABEBIT Littera E commutata eft in I.
27. AT Littera T commutatur in D.
87. 20. DOMUS Littera U commutatur in O.
88. 14. COCYTI Littera Y primum erat I.
89. 3. FERER Altera E commutatur in O.
90. 18. ALTAS Littera S eft fere abrafa.
92. 12. IGNOBILES Litera E commutatur in I.
94. 15. EXSPIRANTEM In Cod. EXPIRANTEM.
22. PARTIAM In Cod. PATRIAM.
96. 18. IN PUPPIM In Cod. IM PUPPIM.
97. 7. RIMISQ. Prima I principio erat E.
98. 12. ANEADAE In Cod. AENEADAE.
99. 3. EXPEDUT In Cod. EXPEDIUNT.
12. HIC In Cod. HIG.
100. 17. AMICI Prima littera I ab aliena manu in Y commutata eft.
101. 2. HUIC In Cod. HINC.
102. 27. HUNC Prima littera erat T, cui addita eft hafta ut fit H.
103. 9. ILLE Litterae LL alienam manum paffae funt.
104. 15. AUD Littera D erat T.
105. 8. TUM In Cod. TUNC.
26. AUSTRES In Cod. AU&FRIS. Et littera E in I commutata eft.
106. 21. HAUD In Cod. principio fcriptum fuerat HAUT.
26. SIPIRAUERE Prima I corrigitur in P.
109. 25. AGMINA Littera I principio erat E.
111. 3. PROPIUS In Cod. PROPRIUS, & alteri R appofitum eft fuperius punctum ex minio.

4.

Pag. Verf.

4 PEPULARE Prima E correcta est in O.
26. REGIONIBUS In Cod. REGIONIB·
113. 8. Verfus hic est ferme abrafus.
114. 13. DECIONE Prima E commutata est in I.
14. ILLO Altera L principio erat I.
117. 14. MANTILIA Prima I commutatur in E.
17. TOTIDEMQUAE Littera A est fere abrafa.
119. 1. TUOS Principio fcriptum erat TUUS.
120. 25. ABISSE Apparent fuperius in Codice vestigia alterius litterae I abrafae.
122. 30. FATUR In Cod. FATVR.
124. 1. AURES In Cod. principio fcriptum fuerat AURIS.
28. ARCTA Cod. ARTA.
29. PRIMUS In Cod. PRIAMUS.
125. 11. INTRA Ultimae tres litterae funt tranfverfo calamo deletae a manu admodum recentiori.
127. 1. TUBAEQ· In Cod. IUBAEQ·
129. 14. SANGUIME In Cod. SANGUINE.
20. EXPECTATE In Cod. EXSPECTATE.
132. 8. EXPECTANT In Cod. EXSPECTANT.
133. 14. INDUI In Cod INDUI. (ut / ut)
134. 15. ILLICET Altera L est fere abrafa.
134. 22. ILIACI Altera I erat L.
135. 19. AD Principio fcriptum erat AT.
27. RUINAM Littera M est recentioris manus.
136. 24. NEC In Cod. NEQ·
138. 15. MENTIRIS Altera I erat E.
26. SANUINE Cod. SANGUINE.
139. 12. AT Littera T commutata est in D.
20. PARENTE̅ In Cod. PAREN̅E̅.
140. 15. NUMQUAM Prima M commutatur in S.
142. 23. AT Littera T commutata est in D.
144. 29. PERICLIS In Cod. PERICLIS. Et est verbum ab aliena manu restitutum.
145. 19. ITERUMQ· In Cod. ITERUM.
146. 7. IOUAE Littera I ab aliena manu commutatur in D.
147. 1. REX Cod RES.
150. 7. UOX In Cod. UOS.
153. 12. AT Littera T commutata est in D.
154. 7. CAELENO Littera A est fere abrafa.
23. CL··ANGORIB· In Cod. GL··ANCORIB· Sed primae duae litterae funt correctae.
155. 17. INSONTIS Altera I tentatum est in E commutare.
18. DEXTRA Littera E commutata est in I.

156.

Pag. Verf.

156. 18. INCEDIMUS In Cod. INCENDIMUS.
 28. UICTORIBUS In Cod. UICTORIB·

159. 12. CLΛRI Littera I fuperpofita videtur efse manus recentioris.
 12. LURUS Altera U commutata eft in O.

160. 9. ΛEΛEQ· Cod. ΛEΛEQ·
 12. FLUMINIS Littera U eft reftituta a recentiori manu fic V.

161. 18. SCYLLΛM Littera C erat T.
162. 29. DHEINC Cod. DEHINC.
166. 6. EXULTΛNTQ· Cod. EXSULTΛNTQ·
 16. FLSΛM Littera L eft littera correcta.
167. 15. ΛT Littera T in litteram D commutata eft.
 20. SPERΛBILE Prima E in I commutata eft.
 24. SCELERI Littera I erat E.
168. 24. INMEMSUS In Cod. INMENSUS.
169. 13. CLΛSSEM Littera M ab aliena manu appofita eft.
 16. ETO Littera E erat I.
 21. MΛNU Littera M a recentiori manu videtur appofita.
170. 18. RDΛRE In Cod. RDΛRE·
171. 1. EXUPERO In Cod. EXSUPERO.
 14. NEQUIQUΛM EREPTE In Cod. NEQUIQUΛMMEREPTE.
173. 2. DILECTΛ Littera I erat E.
 5. MΛNES Ultimae duae litterae funt correctae.
176. 7. TEGANTUR Littera E fuperaddita videtur manus recentioris.
178. 3. SOLU Littera U commutatur in O.
181. 13. DEBENTUR Littera N eft abrafa.
 19. MUNITU Littera U commutata eft in O.
 21. ΛTEΛTU Littera T correcta eft in D.
182. 27. ΛTHUC Littera T commutata eft in D.
183. 14. ELSSE In Cod. ELISSE.
184. 19. FÆTU In Cod. FLUETU.
186. 13. EXEQUERE In Cod. EXSEQUERE·
 20. ΛURIS Littera I ab aliena manu commutata eft in E.
 22. EXPECTET In Cod. EXSPECTET.
187. 1. SET Littera T commutata eft in D.
 4. UELUTI In Cod. UELUT.
 4. QUERCU In Cod. QUΛERCU.
 16. TURICRIMIS Altera I correcta eft in E.
190. 2. LIQUIDUS Altera U commutatur in O.

191.

Pag. Verſ.
191. 19. CONSEDITE Prima E abraſa eſt, ut videatur I.
192. 7. ΛSBCISSΛ In Cod. ΛBSCISSΛ.
193. 22. CHΛRΛ In Cod. CΛRΛ.
194. 11. EXOLUITE In Cod. EXSOLUITE.
14. PRÆCLΛRΛM In Cod. PRÆCLΛRΛM.
19. SED In Cod. SET.
24. ET Littera E commutata eſt in I.
195. 7. PRIΛMUM Littera Λ eſt ferme omnino abraſa.
12. POPOLUMQ· In Cod. POPULUMQ·
19. DEFECIT Altera E correcta eſt I.
22. Ubi eſt hoc ſignum * apparent veſtigia cuiuſdam abraſae litterae ex minio.
196. 5. DELΛBSUS Litteram E in I commutare tentatum eſt.
197. 6. QUIT Littera T commutata eſt in D.
198. 13. STELΛS Litera L ſuperaddita videtur manus recentioris.
26. ET Littera T commutata eſt in D.
199. 11. CRUDU Altera U corrigitur in O.
12. EXPECTENT In Cod. EXSPECTENT.
18. ΛT Littera T commutata eſt in D.
200. 17. EXPECTΛTΛ Cod. EXSPECTΛTΛ.
26. LUDUS Alteram U in O commutare tentatum eſt.
202. 17. CRESSUM Cod. GRESSUM, ſed G abraſa eſt, ut ſit C.
203. 12. PRIOR Littera P eſt ab aliena manu formata.
19. MΛLEΛEQ· Principio ſcriptum fuerat MΛIEΛEQ·
204. 7. ET Cod. ET.
205. 11. ΛT Littera T correcta eſt in D.
28. IPSE Lineolae litterae E videntur alienae manus, ita ut videatur principio fuiſſe ſcriptum IPSI.
206. 13. Q· Litterae ſuperpoſitae fere evanuerunt, & manus recentioris videntur.
24. UBERE Cod. UBERΛ.
207. 18. PREMIΛ Littera ſuperpoſita videtur manus recentioris, ſed formata iuxta antiquam formam, quam Cod. ubique ſervat.
19. NETENTUR Prima E videtur, quod principio eſſet I.
20. PRIMUM Littera ſuperpoſita recentioris manus videtur.
22. THRE CHS Litterae I, quae in medio deeſt, vices gerit in Cod. haſta cuiuſdam litterae M ſequentis paginae; quod membrana, utpote apprime ſubtilis, pellucida ſit.
208. 28. REDDΛNTUR Littera u ſuperpoſita eſt manus recentioris.
211. 9. UIRIS Altera I commutatur in E.

212.

Pag. Vers.

212. 27. AUT Litteram T in D commutare tentatum est.
213. 2. UIRIS Altera I commutata est in E.
25. MALO Principio scriptum erat MAIO.
214. 1. EUICTUS Cod. EUINCTUS.
29. HINC Cod. HIC.
215. 12. EXORTEM Cod. EXSORTEM.
24. INPUBBIS Littera B principio erat alia P.
216. 1. IUSSIT Altera I in E commutata est.
217. 6. SPICULA Principio videtur, quod scriptum fuerit SPECULA.
7. PARTE Littera T in C commutata est.
29. CELEBRAN Cod. CELEBRANS,
218. 4. SULA Littera U commutata est in O.
219. 26. AT Littera T commutata est in D.
220. 18. ABSCINDERE Cod. EXCINDERE.
27. TREMISCUNT Cod. TREMESCUNT.
221. 29. ILLACE Altera L commutata est in I.
222. 14. ANEHELIS Cod. ANHELIS.
223. 23. EUNTIS Littera I commutata est in E.
27. NEC Littera C commutata est in Q.
224. 10. MATRIBUS Cod. MATRIB.
11. EX..USSIT Ubi sunt puncta erat littera C.
225. 7. CAERULEUM Altera U commutatur in O.
13. MILITE Prima I commutatur in E.
26. ETHERIIS Cod. AETHERIIS.
226. 24. MULTORUMQ. Cod. MULTORUM
227. Haec charta, cum esset nimis male habita, eius fragmenta novam super membranam sunt posita.
230. 27. CRAUIS Cod. GRAUIS.
27. MISERATE Cod. MISERATAE.
28. PARIDES Cod. PARIDIS.
232. 6. ILIUM Principio scriptum fuerat ILLUM.
19. AT Principio scriptum erat AD.
233. 3. MANIS Littera I commutata est in E.
10. EST Ab aliena manu additum est.
17. QUOT Littera T commutata est in D.
22. OMNIS Principio scriptum erat OMNES.
28. SIMILI' Cod. SIMILIS.
234. 12. Huic versui, qui incipit INGREDITUR a recentiori manu praeponitur PRO.
236. 18. NAXTQA Ultima A est alienae manus.

Pag. Verf.

237. 9. ΛT Litteram T in D commutare tentatum eft.
238. 13. PΛLLΛNTESQ· Altera Λ corrigitur in E.
17. LUMINE Cod. LIMINE.
239. 1. TENUIS Littera I commutata eft in E.
241. 7. PROSPEXIT Cod. CONSPEXIT.
243. 21. EXORTIS Littera I commutata eft in E.
244. 9. PROCRIMQ· Hoc verbum ita eft ab aliena manu emendatum, ut dicat PROCNEMQ·
246. 12. MΛNIS Littera I commutata eft in E.
15. HIC Videtur a recentiori manu fuperadditum.
17. SED In Cod. SET.
247. 15. EST Alienae manus
19. MΛLORUM Principio fcriptum erat MΛIORUM, & minio littera I facta eft L.
248. 4. EX OMNIS Lege EXOMNIS.
4. NOCTESQ· Anceps fum utrum littera E principio efset I.
249. 14. OMNIPOTENTIS Prima littera T commutata eft in R.
251. 24. ΛRTIS Littera I commutata eft in E.
252. 19. EXPECTΛTΛ Cod. EXSPECTΛTΛ.
26. NEQUIT Lege NE QUIT.
254. 7. HIC In Cod. HIC.
256. 3. TENENTIS Littera I commutatur in E.
259. 6. IΛCTΛBΛT In Cod. IΛCTΛBIT.
262. 16. MΛIUS Littera I principio erat L.
24. FILLΛM Principio fcriptum fuerat FILIΛM.
263. 10. PΛRTIS Litteram I in E commutare tentatum eft.
15. ELΛMMΛ Littera F in Cod. ceteris litteris altior femper eft praeterquamquod paucis quibufdam in locis, in quibus formae litterae E, qualem nos formamus, accedit, & tunc fere femper a manu tamen, ut videtur aliena, producitur in altum fuperior litterae linea tranfverfa: & hoc fignificat fignum illud quod typographus fuperaddidit, & hic, & alibi.
265. 2. NUMINE Littera U commutata eft in O.
268. 17. LIMENΛ Littera E commutatur in I.
269. 4. PR·. ECΛNTIΛ Ubi funt puncta apparent veftigia litterae Λ.
5. ΛTIUNGERE Tentatum eft litteram T commutare in D.
23. UOCΛRI Cod. UOCΛRE.
270. 5. REGI Principio fcriptum fuerat REGE.
271. 17. NIHIL LINQUERE Cod. NIHILINQUERE.
272. 2. REGIDIUΛ Littera G in Cod. abrafa eft, ut fit C.
4. DEΛRUM Litterae fupra pofitae videntur effe recentioris manus.
14. POSSINT Littera I commutata eft in E.

Pag. Verf.

273. 19. IDQUE Cod. IDQ.
19. EAUNIQ. Cod. FAUNIQ.

274. 6. FEROCIS. Littera I commutata eft in E.
10. ERIPIATEUCRIS Lege ex Cod. ERIPIAT TEUCRIS.
17. ALIAE Litterae ita correctae funt, ut legatur XLLAE.

278. 4. DEXTRAE In Cod. DEXTRA.
5. ILLA Altera L correcta eft in I.
6. AD Littera D commutata eft in T.
15. QUADRIFIDAMQUERCUM Punctum appofitum Q abrafum eft; lege QUADRIFIDAM QUERCUM.
17. AD Littera D commutata eft in T.

280. 10. SUPERA ARDUA Cod. SUPERARDUA.
22. CAEGOSQ· Cod. CAESOSQ·

281. Haec & fequens pagina eft eiufdem fcriptoris, & in ea fupplet, quae imprudens praeteriifse videtur.

283. 2. OMNA Cod. OMNIA.
12. IN EXCITA Lege INEXCITA.

285. 1. TYBURTIA Cod. TIBURTIA.

286. 1. NIVEI Altera I erat L.
5. SET Littera T erat D.
12. ·E·RETI Prima E erat F, puncta autem illa perperam impreffa funt.
29. AMNESQ· Littera E commutatur in I.

287. 5. ABEBIS Littera E in I commutatur.
13. CATELLAS Cod. CATELAS.

288. 18. RELIGAT Cod. RELEGAT.
19. IGNORAEBILIS Littera R & A abrafae funt.

289. 4. IAM Littera I erat L.
25. CELERIS Littera I in E commutatur.

292. 9. LO Litterae fuperadditae manus recentioris funt.
21. HIC Littera S fuperpofita eft manus recentioris.
26. IUNGE Cauda G alienae eft manus.

294. 2. RUMONE Linea expungens N. eft recentioris manus, non fecus ac fuperpofita R.
5. SPICTASQ· Littera S ferme abrafa eft.

296. 1. ATFORE Litteram T in D commutare tentatum eft.

297. 27. GERYONE Litterae fuperpofitae videntur manus recentioris.

298. 2. INTRACTATUM Littera R & A a noviffima manu funt tranfverfa linea deletae.
17. AETHERII Linea litteram A expungens eft manus recentioris.

27.

Pag. Verf.

27. MONTEM· SΛXEΛ Cod. MONTEM· TER SΛXEΛ.

300. 5. IGNIS Littera I commutata eft in E.

15. ORΥMPO Littera R commutata eft in L.

26. LΛBORIS Cod. LΛBORES.

28. BIMEMBRIS Cod. BIMEMBRES,

301. 23. RΛPTO. Videtur quod principio fcriptum fuerit PΛRTO.

305. 8. EXESΛ Cod. EXSESΛ.

24. URBIS Littera I in E commutatur.

25. PΛLLIDIS Cod. PΛLLΛDIS.

306. 24. INNUMERUM Cod. IN NUMERUM.

307. 4. ΛT Littera T commutata eft in D.

309. 11. INSTΛT Nexu N̄ continentur in Cod. litterae ΛNT.

311. 3. SPΛRSI Cod. SPΛRSI&.

7. INDIGNΛNTI Ultima I erat E.

8. COCHIES Littera I commutata eft in L.

313. 1. DIRRE Cod. DIRΛE.

10. ·I ΛPΥGE Prima littera erat L, quae femper in Cod. eft ceteris litteris altior.

26. EUP RΛTES Cod. EUFRΛTES.

314. 2. FLΛMMΛMQ· Littera L & M funt abrafae.

315. 19. DETULΞ Cod. DETULITΞ, & ifta Ξ commutata eft in I.

317. 8. QUA Cod. QUΛ Etiam v. 22. & pag. 318. v. 7. typographi ofcitantia pro Λ occurrit A.

318. 11. OLEM Littera E in Υ a recentiori manu commutata eft.

320. 9. EST Alienae manus

321. 25. ΛSSUETUS Cod. ΛDSUETUS.

323. 2. FERIMUS Littera I erat E.

324. 12. PROPIIORIB· Prima I commutatur in R.

16. SEU Signum fuperius pofitum notam quamdam refpicit, quae eft in margine inferiori.

325. 12. LΥCΛON Cod. LΥGΛON.

327. 9. RHΛMNETIS Littera E videtur quod effet I.

329. 25. ΛLTUS Littera L in R commutata eft.

330. 12. ΛCCOLET Cod. ΛCCOLLET.

28. MIRΛBILE Cod. MIRΛBILE.

331. 2. ΛNEΛDE Cod. ΛENEΛDE.

23. ΛNILIS Altera I in E commutatur.

332. 17. UOLUERΛNT Litteram R in B commutare tentavit recentior manus.

333.

termitti, ubi patitur lex typographica, & hac repugnante hifce in notis indicantur.

10. 1. LENTAE Prima L est littera ab aliena manu restituta.
13. MOEREM Alteram E commutare in I tentatum est.

11. 5. UENERA Litera T superaddita forte est manus recentioris.

5. UENERA ATTONDENT Superadduntur hisce litteris quaedam signa, quae respiciunt notas exstantes in margine libri inferiori. Occurrunt autem etiam alibi eiusdem generis signa, quae interdum apponere non praetermisi. Itaque ista quoque noveris plerumque ad notas marginales spectasse.

13. 14. ALNUS In Cod. ALNVS & littera V restituta est minio, ut sunt aliae in hac pagina litterae, versuum ultimae, quod macula quadam deperderentur.

31. PRAETERITI ANIMVS Cod. ANIMUS, nusquam enim Apronianus utitur littera V, licet interdum U scribat in formam V vergentem.

16. 12. AGRESTIS Litteram I in E tentatum est commutare.

19. 7. CURAS Cod. CURIS.

22. ARCTOM Litteram M aliena manus in N commutare tentavit.

21. 9. APTI Littera C suprapofita videtur esse manus recentioris.

22. 6. URBEM Littera U correcta est in O.

23. 4. IMBUIB Cod. IMBRIB.

24. 23. SEPTUMA DECUMAM In utroque verbo littera U abrasam habet primam hastam.

30 IGTUES In Cod. IGTLES.

25. 18. BALEARIS Primum scriptum fuerat BALIARIS.

28. 8. UNDAS Cod. UNDAS.

23. RECUMBUN Cod. RECUMBUNT.

29. 19. NEQ Principio scriptum fuerat NEC.

19. NOCTIS Littera I erat E.

20. QUOM Litterae Q & O ita abrasae sunt, ut legatur CUM.

31. 7. UIDIMUS Altera I erat E.

17. Marginale signum huic versui appositum significare videtur legendum esse ERIDANUS FLUUIORUM REX.

32. 22. VERGILI Littera U versuum principio & interdum ad librorum calcem, ubi VERGILI nomen scribitur, grandior saepe est, & ad formam V vergit: verum haud est omnino talis, ut altero volumine dicemus.

33. 8. OLIBAE &c. A manu multum recenti transversa linea B expungitur, & superius apponitur V.

8. TINGUE Littera U ab eadem recenti manu transverso calamo expuncta cernitur.

Pag. Verf.

22. ΛLIĖ Littera E eft ita formata, ut anceps fim, quomodo fcriptum primo fuerit ΛLII, an ΛLIE.

35. 4. DOMΛNDΛE Cod. DOMΛNDΛE.
9. CHΛONIIQ Cod. CHΛONIEQ.
21. INGENS Cod. INGENS.

36. 1. SIRISQ Primo fcriptum fuerat SIRISQ.
7. TEMTΛTURΛ Cod. TEMPTΛTURΛ.

37. 25. ULRUM Littera L corrigitur in I.
30. HERBAS Cod. HERBAS.

38. 2. ΛT Littera T eft in D commutata.
27. SΛLUE In Cod. SΛLUEME.

39. 19. PΛTULIS Littera D fuperpofita perperam colorata eft minio.
28. PINGUIS SUB Cod. PINGUISUB. Nimirum una S duplici verbo infervit, quod in Cod. faepe occurrit.

40. 21. EQU..S Ubi funt puncta videntur effe veftigia litterae O.
29. DERUNT Littera E fuperpofita perperam facta eft ex minio.

41. 2. NEGΛBUNT Cauda litterae G eft alienae manus, ne legatur NECΛBUNT. Offendes autem etiam alibi litteram C pro G in Cod. ufurpatam: & quidem antiquiffima non eft figura G, fed communis ufus diu tulit, ut adhiberetur C, ubi nunc illa conftanter adhibetur.
14. ΛMΛROR Ultima R eft addita ab aliena manu, quae licet antiqua neque tamen Aproniani videtur.
25. PΛNDUNT Primae duae litterae a recentiori manu formatae funt ex nefcio quibus aliis antiquis litteris.

42. 14. THUMILIS. Nota quod littera illa H debet effe H tranfverfa linea expuncta: artifex, a quo typus cuius, monftrum illud fecit: porro altera littera I erat E.
16. SEPTO In Cod. SΛEPTO.

43. 13. FORTEM Litteram E in I commutare tentatum eft.
18. ΛT Litteram T in D commutare tentatum eft.
18. PICEΛ Videtur quod primo fcriptum fuerit PECEΛ.

44. 23. POSSENT Litteram E tentatum eft in I commutare.

45. 4. HULCΛ Verbum correctum, cum primum effet fcriptum EUICΛ.

46. 18. COLURNIS Littera L primum erat alia littera, forte T.
20. QUOTΛNNIS Cod. QUOTΛNNIS.

47. 6. FRUSEI Littera F primum erat T.
14. EXPECTΛNT Ultimae litterae ab aliena manu correctae funt.
18. NUTRITUR Altera U corrigitur in O.
28. METELLI Cod. METELLI.

48.

Pag. Verf.

48. 2. NON ULLIOR NOXIA Haec verba ita corriguntur, ut dicant NON ULLI OBNOXIA.

9. FRONTIB· Littera D fuperpofita fortaffis eft manus recentioris.

27. IN .·.·LUSASQ· Ubi funt puncta veftigia litterae C apparere videntur.

29. CASSIA Prima littera S abrafa eft.

50. 6. CARPSIT Videtur quod littera I principio effet E.

18. AGRICULA Littera U commutata eft in O.

22. CEREALIS Altera E erat I.

51. 3. FUSUSQ· Littera F erat E, quae in F commutatur producta linea fuperiori.

9. FORTES Littera E in I commutata eft.

52. 10. DECERNIT Littera N & I corriguntur in T & E.

19. SURGENTIS Littera I commutatur in E.

53. 1. NIXUATEM Littera M corrigitur in N.

19. QUOD Littera fuperpofita eft manus recentioris.

20. OLYMPIACAE Littera Y principio erat I.

21. FORTIS Littera I commutata eft a recentiori, ut videtur, manu in E.

54. 21. AC Littera C erat G.

55. 18. PELETRHONII Ultima I videtur littera ab aliena manu addita.

56. 18. AD Scriptum primo fuerat ET.

20. UBLIMET Littera U commutata eft in O.

27. PASCUNT Cod. PASCUNT.

58. 25. ETIAMQ· Cod. ETIAMQ·

59. 1. FERBT Altera E erat I.

2. AGNUM Cod. AGNUM.

60. 25. HINC Littera C erat T.

61. 5. ATQ· Littera T erat D.

8. BOTNIADES Littera T eft corrupta, forte erat D.

62. 9. STIPULA·M Littera M eft fere abrafa.

63. 1. OMNIS STUDIO In Cod. OMNISTUDIO una S duplici verbo inferviente.

4. FAENILLA Altera L fuperius abrafa eft, ut fit I. Notes autem volo faepiffime duplicem LL pro LI, aut IL & II in Cod. offendi.

13. LIGNIS Videtur primo fcriptum fuiffe IGNIS, & manum, quae addidit duplicem I ex prima I ex iis, quae iam erant in Cod. litteram L confecifse.

16. SICUBIRE Altera littera I erat E.

26. IACET Prima littera erat F, quae littera in Cod. fere femper eft ceteris omnibus litteris altior.

28.

Pag. Verf.

28. AMYCLÆEQMQ· Littera L erat I.
64. 26. PENNAE In Cod. PINNAE.
65. 5. FERMENT Anceps sum utrum prima E sit potius I.
11. UILLIS Prima littera I est addita ab aliena manu.
66. 4. INDIGNATOS Litterae superpositae non debent esse ex minio, sed tantummodo puncta, quae super expungendis litteris sunt posita.
67. 1. SINUS In Cod. SINUS Litterae autem superpositae sunt pene deletae.
10. INLOTUS In Cod. primum scriptum erat INLUTUS.
18. SCYLLAM Principio scriptum fuerat SCILLAM.
23. OMNIA In Cod. OMINA.
68. 13. LAPYDIS Ultimae tres litterae a recentiori manu sunt restitutae.
69. 22. MELIO···RA Ubi sunt puncta videntur esse vestigia alterius litterae A.
26. ET Prima littera commutata est in I.
29. AN Littera A est pene abrasa.
71. 1. PHILLYRIDES Altera L alienam manum esse passam vehementer suspicor, & forte erat I.
12. NEC Cod. NE.
72. 4. TOTIUSQ· EX ORDINE Lege TOTIUSQ· ORDINE.
9. QUO NEQ· Cod. NEQUE.
16. UOLANTIS Littera I in Cod. est E, sed anceps sum, utrum sit littera correcta.
17. INMITIB· Cod. INMITTIB·
21. EXAMINA Lege EXAGMINA.
73. 18. PROPIUS Lege PROPRIUS.
20. PULSI Littera I ultima proprie est prima hasta litterae U deperditae, quod ibi fracta sit codicis membrana.
75. 28. IRRIGET Cod. INRIGET.
76. 5. UIRIDIS Ultima littera I a manu recentiori commutata est in E.
7. FLEXI TCXUISSEM Cod. FLEXITCXUISSEM.
17. INERTIS In Cod. INEMTIS.
77. 11. HIEMES Ultima littera E commutata est in I.
78. 7. MUNIRE Littera I erat E.
13. TUM Cod. TUNC.
28. AUIAS Littera I commutatur in E.

Pag. Verf.

79. 4. PLVS Littera L erat I, & facta eft L producta fuperius hafta minio.
8. MEDVS Littera D erat T.
9. REGE Altera E erat I.
11. CRΛTES Littera E erat I.
80. 11. STELIO In Cod. primum fcriptum fuerat STELLO.
81. 5. ΛT Littera T commutata eft in D.
82. 4. IΛCIT Altera I commutatur in E.
ΛD
5. IN Litterae fuperpofitae funt manus recentioris, & fcriptae funt AD.
17. GΛRRVLΛ Cauda litterae G addita eft ab aliena manu: principio fcriptum fuerat CΛRRVLΛ.
83. 5. GENVISTTI Cod. GENVISTI.
12. BIPENNEM In Cod. BIPINNEM.
86. 3. HΛBEBIT Littera E commutata eft in I.
27. ΛT Littera T commutatur in D.
87. 10. DOMVS Littera V commutatur in O.
88. 14. COCYTI Littera Y primum erat I.
89. 3. FERER Altera E commutatur in O.
90. 18. ΛLTΛS Littera S eft fere abrafa.
91. 12. IGNOBILES Litera E commutatur in I.
94. 15. EXSPIRΛNTEM In Cod. EXPIRΛNTEM.
22. PΛRTIΛM In Cod. PΛTRIΛM.
96. 28. IN PVPPIM In Cod. IM PVPPIM.
97. 7. RIMISQ. Prima I principio erat E.
98. 12. ΛNEΛDΛE In Cod. ΛENEΛDΛE.
N
99. 5. EXPEDVT In Cod. EXPEDIVNT.
12. HIC In Cod. HIG.
100. 17. ΛMICI Prima littera I ab aliena manu in Y commutata eft.
101. 1. HVIC In Cod. HINC.
102. 27. HVNC Prima littera erat T, cui addita eft hafta ut fit H.
103. 9. ILLE Litterae LL alienam manum paffae funt.
H
104. 15. ΛVD Littera D erat T.
105. 8. TVM In Cod. TVNC.
26. ΛV'STRES In Cod. ΛV'&TRIS. Et littera E in I commutata eft.
106. 21. HΛVD In Cod. principio fcriptum fuerat HΛVT.
26. SIPIRΛVERE Prima I corrigitur in P.
109. 15. ΛGMINΛ Littera I principio erat E.
111. 3. PROPIVS In Cod. PROPRIVS, & alteri R appofitum eft fuperius punctum ex minio.

4.

Pag. Vers.
4. PEPULΛRE Prima E correcta est in O.
26. REGIONIBUS In Cod. REGIONIB·
113. 8. Versus hic est ferme abrasus.
114. 13. DECIONE Prima E commutata est in I.
14. ILLO Altera L principio erat I.
117. 14. MΛNTILIΛ Prima I commutatur in E.
17. TOTIDEMQUΛE Littera Λ est fere abrasa.
119. 1. TUOS Principio scriptum erat TUUS.
120. 25. ΛBISSE Apparent superius in Codice vestigia alterius litterae I abrasae.
122. 30. FATUR In Cod. FATVR.
124. 1. ΛURES In Cod. principio scriptum fuerat ΛURIS.
28. ΛRCTΛ Cod. ΛRTΛ.
29. PRIMUS In Cod. PRIΛMUS.
126. 11. INTRΛ Ultimae tres litterae sunt transverso calamo deletae a manu admodum recentiori.
127. 1. TUBΛEQ: In Cod. IUBΛEQ·
129. 14. SΛNGUIME In Cod. SΛNGUINE.
20. EXPECTΛTE In Cod. EXSPECTΛTE.
132. 8. EXPECTΛNT In Cod. EXSPECTΛNT.
·ut· ut
133. 14. INDUI In Cod INDUI.
134. 15. ILLICET Altera L est fere abrasa.
134. 22. ILIΛCI Altera I erat L.
135. 19. ΛD Principio scriptum erat ΛT.
27. RUINΛM Littera M est recentioris manus.
136. 24. NEC In Cod. NEQ·
138. 15. MENTIRIS Altera I erat E.
26. SΛNUINE Cod. SΛNGUINE.
139. 12. ΛT Littera T commutata est in D.
20. PΛRENTE¯ In Cod. PΛRENE¯.
140. 15. NUMQUΛM Prima M commutatur in S.
142. 23. ΛT Littera T commutata est in D.
144. 29. PERICLIS In Cod. PERICLIS. Et est verbum ab aliena manu restitutum.
145. 19. ITERUMQ: In Cod. ITERUM.
146. 7. IØUΛE Littera I ab aliena manu commutatur in D.
147. 1. REX Cod RES.
150. 7. UOX In Cod. UOS.
153. 12. ΛT Littera T commutata est in D.
154. 7. CΛELENO Littera Λ est fere abrasa.
23. CL·.ΛNGORIB· In Cod. GL·.ΛNCORIB· Sed primae duae litterae sunt correctae.
155. 17. INSONTIS Altera I tentatum est in E commutare.
18. DEXTRΛ Littera E commutata est in I.

Pag. Verf.

156. 18. INCEDIMUS In Cod. INCENDIMUS.
28. UICTORIBUS In Cod. UICTORIB·
159. 12. CLARI Littera I fuperpofita videtur efse manus recentioris.
12. LURUS Altera U commutata eft in O.
160. 9. AEAEQ· Cod. AEAEQ·
12. FLUMINIS Littera U eft reftituta a recentiori manu fic V.
161. 18. SCYLLAM Littera C erat T.
162. 29. DHEINC Cod. DEHINC.
166. 6. EXULTANTQ· Cod. EXSULTANTQ·
16. ELSAM Littera L eft littera correcta.
167. 15. AT Littera T in litteram D commutata eft.
20. SPERABILE Prima E in I commutata eft.
24. SCELERI Littera I erat E.
168. 24. INMEMSUS In Cod. INMENSUS.
169. 13. CLASSEM Littera M ab aliena manu appofita eft.
16. ETO Littera E erat I.
21. MANU Littera M a recentiori manu videtur appofita.
170. 18. RDARE In Cod. RDARE·
171. 1. EXUPERO In Cod. EXSUPERO.
14. NEQUIQUAM EREPTE In Cod. NEQUIQUAMMEREPTE.
173. 2. DILECTA Littera I erat E.
5. MANES Ultimae duae litterae funt correctae.
176. 7. TEGANTUR Littera E fuperaddita videtur manus recentioris.
178. 3. SOLU Littera U commutatur in O.
181. 13. DEBENTUR Littera N eft abrafa.
19. MUNITU Littera U commutata eft in O.
21. ATFATU Littera T correcta eft in D.
182. 27. ATHUC Littera T commutata eft in D.
183. 14. ELSSE In Cod. ELISSE.
184. 19. FAETU In Cod. FLLETU.
186. 13. EXEQUERE In Cod. EXSEQUERE·
20. AURIS Littera I ab aliena manu commutata eft in E.
22. EXPECTET In Cod. EXSPECTET.
187. 2. SET Littera T commutata eft in D.
4. UELUTI In Cod. UELUT.
4. QUERCU In Cod. QUAERCU.
16. TURICRIMIS Altera I correcta eft in E.
190. 2. LIQUIDUS Altera U commutatur in O.

192.

Pag. Verf.

191. 19. CONSEDITE Prima E abrafa eft, ut videatur I.
192. 7. ΛSBCISSΛ In Cod. ΛBSCISSΛ.
193. 22. CHΛRΛ In Cod. CΛRΛ.
194. 11. EXOLUITE In Cod. EXSOLUITE.
14. PRΚCLΛRΛM In Cod. PRΚCLΛRΛM.
19. SED In Cod. SET.
24. ET Littera E commutata eft in T.
195. 7. PRIΛMUM Littera Λ eft ferme omnino abrafa.
12. POPOLUMQ· In Cod. POPULUMQ·
19. DEFECIT Altera E correcta eft I.
22. Ubi eft hoc fignum * apparent veftigia cuiufdam abrafae litterae ex minio.
196. 6. DELΛBSUS Litteram E in I commutare tentatum eft.
197. 6. QUIT Littera T commutata eft in D.
198. 13. STELΛS Litera L fuperaddita videtur manus recentioris.
26. ET Littera T commutata eft in D.
199. 11. CRUDU Altera U corrigitur in O.
12. EXPECTENT In Cod. EXSPECTENT.
18. ΛT Littera T commutata eft in D.
200. 17. EXPECTΛTΛ Cod. EXSPECTΛTΛ.
26. LUDUS Alteram U in O commutare tentatum eft.
202. 17. CRESSUM Cod. GRESSUM, fed G abrafa eft, ut fit C.
203. 12. PRIOR Littera P eft ab aliena manu formata.
19. MΛLEΛEQ· Principio fcriptum fuerat MΛIEΛEQ·
204. 7. ƛT Cod. ƛT.
205. 11. ΛT Littera T correcta eft in D.
28. IPSE Lineolae litterae E videntur alienae manus, ita ut videatur principio fuiffe fcriptum IPSI.
206. 13. Q· Litterae fuperpofitae fere evanuerunt, & manus recentioris videntur.
24. UBERE Cod. UBERΛ.
207. 18. PREMIΛ Littera fuperpofita videtur manus recentioris, fed formata iuxta antiquam formam, quam Cod. ubique fervat.
19. NETENTUR Prima E videtur, quod principio effet I.
20. PRIMUM Littera fuperpofita recentioris manus videtur.
22. THRE CHS Litterae I, quae in medio deeft, vices gerit in Cod. hafta cuiufdam litterae M fequentis paginae; quod membrana, utpote apprime fubtilis, pellucida fit.
208. 28. REDDΛNTUR Littera u fuperpofita eft manus recentioris.
211. 9. UIRIS Altera I commutatur in E.

212.

Pag. Verf.

212. 27. ΛUT Litteram T in D commutare tentatum eft.
213. 2. UIRIS Altera I commutata eft in E.
25. MΛLO Principio fcriptum erat MΛIO.
214. 1. EUICTUS Cod. EUINCTUS.
29. HINC Cod. HIC.
215. 12. EXORTEM Cod. EXSORTEM.
24. INPUPBIS Littera B principio erat alia P.
216. 1. IUSSIT Altera I in E commutata eft.
217. 6. SPICULΛ Principio videtur, quod fcriptum fuerit SPECULΛ.
7. PΛRTE Littera T in C commutata eft.
29. CELEBRΛN Cod. CELEBRΛNS.
218. 4. SULΛ Littera U commutata eft in O.
219. 26. ΛT Littera T commutata eft in D.
220. 18. ΛBSCINDERE Cod. EXCINDERE.
27. TREMISCUNT Cod. TREMESCUNT.
221. 29. ILLΛCE Altera L commutata eft in I.
222. 14. ΛNEHELIS Cod. ΛNHELIS.
223. 23. EUNTIS Littera I commutata eft in E.
27. NEC Littera C commutata eft in Q.
224. 10. MΛTRIBUS Cod. MΛTRIB.
11. EX..USSIT Ubi funt puncta erat littera C.
225. 7. CΛERULEUM Altera U commutatur in O.
13. MILITE Prima I commutatur in E.
26. ETHERIIS Cod. ΛETHERIIS.
226. 24. MULTORUMQ: Cod. MULTORUM
227. Haec charta, cum effet nimis male habita, eius fragmenta novam fuper membranam funt pofita.
230. 17. CRΛUIS Cod. GRΛUIS.
27. MISERΛTE Cod. MISERΛTΛE.
28. PΛRIDES Cod. PΛRIDIS.
231. 6. ILIUM Principio fcriptum fuerat ILLUM.
29. ΛT Principio fcriptum erat ΛD.
233. 3. MΛNIS Littera I commutata eft in E.
10. EST Ab aliena manu additum eft.
17. QUOT Littera T commutata eft in D.
21. OMNIS Principio fcriptum erat OMNES.
28. SIMILI' Cod. SIMILIS.
234. 12. Huic verfui, qui incipit INGREDITUR a recentiori manu praeponitur PRO.
246. 18. NΛTQΛ Ultima Λ eft alienae manus.

Pag. Verf.
237. 9. ΛT Litteram T in D commutare tentatum eft.
238. 13. PΛLLΛNTESQ· Altera Λ corrigitur in E.
17. LUMINE Cod. LIMINE.
239. 1. TENUIS Littera I commutata eft in E.
242. 7. PROSPEXIT Cod. CONSPEXIT.
243. 21. EXORTIS Littera I commutata eft in E.
244. 9. PROCRIMQ· Hoc verbum ita eft ab aliena manu emendatum, ut dicat PROCNEMQ·
246. 12. MΛNIS Littera I commutata eft in E.
15. HIC Videtur a recentiori manu fuperadditum.
17. SED In Cod. SET.
247. 15. EST Alienae manus
19. MΛLORUM Principio fcriptum erat MΛIORUM, & minio littera I facta eft L.
248. 4. EX OMNIS Lege EXOMNIS.
4. NOCTESQ· Anceps fum utrum littera E principio efset I.
249. 14. OMNIPOTENTIS Prima littera T commutata eft in R.
251. 24. ΛRTIS Littera I commutata eft in E.
252. 19. EXPECTΛTΛ Cod. EXSPECTΛTΛ.
26. NEQUIT Lege NE QUIT.
254. 7. HIC In Cod. HIC.
256. 3. TENENTIS Littera I commutatur in E.
259. 6. IΛCTΛBΛT In Cod. IΛCTΛBIT.
262. 16. MΛIUS Littera I principio erat L.
24. FILLΛM Principio fcriptum fuerat FILIΛM.
263. 10. PΛRTIS Litteram I in E commutare tentatum eft.
15. ELΛMMΛ Littera F in Cod. ceteris litteris altior femper eft praeterquamquod paucis quibufdam in locis, in quibus formae litterae E, qualem nos formamus, accedit, & tunc fere femper a manu tamen, ut videtur aliena, producitur in altum fuperior litterae linea tranfverfa: & hoc fignificat fignum illud quod typographus fuperaddidit, & hic, & alibi.
265. 2. NUMINE Littera U commutata eft in O.
268. 17. LIMENΛ Littera E commutatur in I.
269. 4. PR·. ECΛNTIΛ Ubi funt puncta apparent veftigia litterae Λ.
5. ΛTIUNGERE Tentatum eft litteram T commutare in D.
23. UOCΛRI Cod. UOCΛRE.
270. 5. REGI Principio fcriptum fuerat REGE.
271. 17. NIHIL LINQUERE Cod. NIHILINQUERE.
272. 2. REGIDIUΛ Littera G in Cod. abrafa eft, ut fit C.
4. DEΛRUM Litterae fupra pofitae videntur effe recentioris manus.
14. POSSINT Littera I commutata eft in E.

Pag. Verf.

27. MONTEM· SΛXEΛ· Cod. MONTEM· TER SΛXEΛ.

300. 5. IGNIS Littera I commutata eft in E.

15. ORΥMPO Littera R commutata eft in L.

26. LΛBORIS Cod. LΛBORES.

28. BIMEMBRIS Cod. BIMEMBRES.

301. 23. RΛPTO. Videtur quod principio fcriptum fuerit PΛRTO.

305. 8. EXESΛ Cod. EXSESΛ.

24. URBIS Littera I in E commutatur.

25. PΛLLIDIS Cod. PΛLLΛDIS.

306. 24. INNUMERUM Cod. IN NUMERUM.

307. 4. ΛT Littera T commutata eft in D.

309. 11. INSTΛT Nexu N̄ continentur in Cod. litterae ΛNT.

311. 3. SPΛRSI Cod. SPΛRSI&.

7. INDIGNΛNTI Ultima I erat E.

8. COCHIES Littera I commutata eft in L.

313. 1. DIRRE Cod. DIRΛE.

10. ·I ΚPΥGE Prima littera erat L, quae femper in Cod. eft ceteris litteris altier.

26. EUP RΛTES Cod. EUFRΛTES.

314. 2. FLΛMMΛMQ· Littera L & M funt abrafae.

315. 19. DETULƎ Cod. DETULIT, & ifta Ǝ commutata eft in I.

317. 8. QUA Cod. QUΛ Etiam v. 22. & pag. 318. v. 7. typographi ofcitantia pro Λ occurrit A.

318. 11. OLEM Littera E in Υ a recentiori manu commutata eft.

320. 9. EST Alienae manus

321. 25. ΛSSUETUS Cod. ΛDSUETUS.

323. 2. FERIMUS Littera I erat E.

324. 12. PROPIIORIB· Prima I commutatur in R.

16. SEU Signum fuperius pofitum notam quamdam refpicit, quae eft in margine inferiori.

325. 12. LΥCΛON Cod. LΥGΛON.

327. 9. RHΛMNETIS Littera E videtur quod efset I.

329. 25. ΛLTUS Littera L in R commutata eft.

330. 12. ΛCCOLET Cod. ΛCCOLLET.

28. MIRΛBILE Cod. MIRΛBILE.

331. 2. ΛNEΛDE Cod. ΛENEΛDE.

23. ΛNILIS Altera I in E commutatur.

332. 17. UOLUERΛNT Litteram R in B commutare tentavit recentior manus.

333.

Pag. Verſ.

333. 22. AT Littera T commutata eſt in D.
334. 2. AD Littera D in T commutatur.
2. PFDIBUS Cod. PEDIBUS.
17. CORYNIUM Cod. CORYNEUM.
25. ADDITA Prima D in B commutata eſt.
335. 16. MORTE Littera E in I commutatur.
336. 5. ·Q· Cauda eſt abraſa, ut ſit O.
14. AT Littera T in D commutata eſt.
337. 4. SPIRANTIS Altera I in E commutatur.
5. FORMAM Ultima M eſt abraſa.
23. IT Principio ſcriptum fuerat ET.
338. 16. UERSE Altera E in I commutata eſt.
25. AT Littera T in D commutata eſt.
339. 26. RUENTIS Littera I in E commutata eſt.
30. MULTUSQ· Altera U in O commutata eſt.
340. 5. MITTET Littera E in I commutata eſt.
341. 9. CLENTES Littera L in I commutata eſt.
342. 17. IREM Littera E in I commutata eſt.
20. CLIPEOS Littera S fere abraſa eſt.
22. STREPITU Littera U abraſa eſt.
344. 15. PLACITUM Cod. PLACIDUM.
346. 27. IDALIUM Littera D alia erat littera.
347. 26. TORRENTIS Littera I in E commutata eſt.
348. 3. AST Cod. AT.
28. URBE Littera E in I commutata eſt.
350. 2. PRAESAGI Cod. PRESAGI.
14. PHAETHONTIS Cod. PHAETONTIS.
351. 28. PRAECIPITES Cod. PRECIPITES.
353. 15. PRAECIPERE Cod. PRAECIPERE, & ſuprapoſitum ſignum reſpicit marginalem notam, ubi aliud ponitur verbum: ſed litterae ſunt fere omnes deperditae.
21. AUDENTIS Littera I in E commutatur.
27. SPICULATUS Littera I in E commutatur.
354. 13. ADQ· Littera D in T commutata eſt.
26. GIAN Litteram I in Y commutare tentatum eſt.
26. AGMINA Ultima A a recentiori manu formata eſt ex littera E.
355. 6. LACERES Littera L in I commutatur.
9. PARTEM Littera E in I commutata eſt.
356. 5. CERTA··TUR Ubi ſunt puncta apparent veſtigia litterae N.
357. 19. HOSTIS Littera I in E commutatur.
22. DEREXERANT Prima E in I commutatur.
23. RHOETEUS Cod. ROETHEUS.

358.

Pag. Verf.

DO
358. 5. DE∴MOCUMQ· Ubi funt puncta, litterarum DO veftigia apparent.

359. 12. LAUDABUR Altera U in O commutatur.

u
17. ∴TQ· Ubi funt puncta apparent veftigia litterae Λ.

18. PROELIΛ Cod. IN PROELIΛ.

28. INΛ∴NIS Ubi funt puncta apparent veftigia alterius litterae N.

363. 21. ΛT Littera T in D commutata eft.

364. 16. MISERERE Cod. MISERE.

365. 10. FΛTUR' Cod. FΛTUR^s.

18. PΛRES Cod. DΛRES.

21. MEDIUS Littera D in L corrigitur, quae fortaffis erat fupra, ubi funt puncta.

368. 12. EST Videtur alienae manus.

19. PΛRTIS Littera I in E commutatur.

369. 4. EXPIRΛNS Cod. EXSPIRΛNS.

14. PΛ∴RIΛ Ubi funt puncta apparent veftigia litterae T.

18. ET Littera T erat F.

23. IN FRENIS Lege INFRENIS.

370. 29. TRΛNSIET Littera E commutata eft in I.

371. 1. UIRIS Altera I commutatur in E.

3. TREPIDΛNTE Ultima E in I commutatur.

21. ΛMNIS Littera I erat E.

372. 28. INGENTE Altera E erat I.

u
373. 26. HERSUTΞS Littera E in Υ commutatur.

374. 10. FUGITQ· Prima hafta litterae U abrafa eft, ut legatur FIGITQ.

15. TΛEDIT Littera I in E commutatur.

28. ΛD Littera D in T commutatur.

377. 1. ΛCOETES Cod. ΛGOETES.

11. PΛRENS Cod. PΛTENS.

25. EXPECTΛTIQ· Cod. EXSPECTΛTIQ·

26. MON Cod. NON.

378. 5. DEDITΛ Cod. DEBITΛ.

13. UIRISQ· Altera I in E commutata eft.

14. RIGENTIS Altera I in E commutata eft.

379. 9. NON Cod. NOS.

19. PRΛECΛNIS Cod. PRΛECΛNES.

380. 26. ΛT Littera T in D commutata eft.

29. PRΥGUM Cod. PHRΥGUM.

381. 6. UOCES Littera E in I commutata eft.

22. MELLIB· Littera E in I commutata eft.

382.

Pag. Verf.

382. 10. ET Recentior manus duas hafce litteras commutavit in N, & fuperaddidit I.

20. DECORUS Littera U in O commutatur:

383. 13. TΛNTURUM Prima U in O a recentiori manu commutatur.

384. 2. ΛT Littera T in D commutatur.

13. IΛPYGIS Prima littera erat L.

17. ΛDΛCTI Littera D commutata eft in B.

18. PROTHEI Cod. PROTEI.

385. 19. ΛT Littera T in D commutata eft.

25. CESSΛTUM Cod. CESSΛTUM.

386. 6. RΛPIDUS Littera U in O commutatur.

15. ΛDSISTERE Littera D commutata eft in B.

387. 22. UOCES Littera E commutatur in I.

24. PETΛT Cod. PETΛT Et prima T in R commutatur.

26. SINESTROS Littera E in I commutatur.

388. 16. ΛBE Littera E in I commutatur.

389. 5. TIMORES Littera E in I commutatur.

390. 9. SIMUL Cod. SIMᵫEL Et littera I in E commutata eft.

23. GENTB Cod. GENTE.

391. 2. LΛTINI Ultima I commutatur in O.

392. 24. PRΛECEPIT Altera E in I commutatur.

393. 18. LUGO Littera L in I commutatur.

394. 24. INNΛTE Cod. INNΛRE.

396. 8. UIOLΛRET Littera E in I commutatur.

28. LITU In Cod. littera L eft longa, ut alibi, & commutatur in R.

397. 18. RELECTI Littera L in I commutatur.

23. UUOLUUNTUR In Cod. UOLUUNTUR.

26. FERIT Superpofita littera videtur manus recentioris, & ita efformata eft V.

398. 15. QUΛTIES In Cod. QUΛTIENS.

16. DIΛ Linea expungens U eft manus recentioris.

22. ΛGMENΛ Littera E in I commutatur.

29. PEGΛSUMQ· In Cod. PΛGΛSUMQ·

399. 17. EXSURGENS In Cod. EXURGENS.

400. 12. RΛPUΣ Litterae R, Λ a manu recentiori fuperius, & inferius puncto expunguntur.

14. FUGΛΛ Ultima littera eft correcta in X a manu recentiori.

21. CONGREGITUR Altera G in D commutata eft.

24.

Pag. Verf.

24. EUINCERΛT Littera S superpofita recentioris manus eft.
401. 6. PΛLΛNTES Principio fcriptum fuerat PΛLΛNTIS.
10. PΛRTIS Littera I commutata eft in E.
25. ΛD Littera D in T abrafo corpore commutare tentatum eft, quod alibi etiam factum eft, ubi ea tentata eft commutatio.
403. 24. MONTIS Littera I in E commutata eft.
404. 3. EXΛNGUIS Cod. EXSΛNGUIS.
5. EXPIRΛNS Cod. EXSPIRΛNS.
405. 17. IΛM Prima littera a recentiori manu correcta cognofcitur.
22. PUULUERE Cod. PULUERE.
406. 6. PΛTENTIS Littera I in E commutatur.
409. 9. TUΛNO Littera Λ a recentiori manu in R commutata eft.
11. QUIT Littera T in D commutata eft.
17. Huic verfui in margine apponitur ΛEGRESCIT.
410. 12. FUGITQ Prima hafta litterae U abrafa eft.
411. 18. ELΛTIS Prima littera erat F, quae in Cod. fere femper litteris ceteris longe grandior eft.
412. 4. UELLΛTI Prima L abrafa eft.
18. ΛD Littera D in T commutare tentatum eft.
22. ΛTFΛTΛ Littera T in D commutata eft.
413. 3. CΛEDERE Littera Λ abrafa eft.
414. 2. PR..ECΛNTI Ubi funt puncta apparent veftigia litterae Λ, uti quoque v. 5. verbo PR..ECOR.
14. UT Litteram U a recentiori, ut videtur, manu in E commutare tentatum eft.
415. 15. Λ fuperpofita videtur manus recentioris licet ad antiquam formam efficta.
416. 17. ΛLIGERE Ultima E in I commutata eft.
22. TONEC Littera T in D commutata eft.
417. 22. ID Littera D in T commutata eft.
418. 3. ΛD Littera D commutata eft in T.
6. HOC HΛBET Scilicet HOC HΛBE ET.
14. FERET Altera E in I commutata eft.
419. 21. PROTERET Altera E in I commutata eft.
24. I$\overset{N}{\text{M}}$BRΛSIDΛS Littera M eft fere abrafa.
422. 1. PROPRIUSQ In Cod. PROPIUSQ.
12. INFECIT Littera E in I commutata eft.
423. 8. OMNISQ Cod. OMNESQ.
13. OMNESQ Cod. OMNISQ.
26. RHOETELUS Typographi malo ingenio pofita eft immanis illa littera L pro confueta, uti quoque pag. 424.
27. QUISQUE Cod. QUISQ.

Pag. Vers.

424. 1. NEC EQO Cod. non habet NEC.

25. OSTENDIT Littera I commutata est in T.

425. 2. SENSIT Cod. SENTIT.

9. GENTIS Littera I in E commutatur.

20. PERIDIAE Altera I in E commutata est.

23. CUL Consuetus librarii error est litteram L pro I scribere, typographi L grandiorem posuisse.

25. SEDIBAT Littera I in E commutata est.

426. 1. POPULATUS In Cod. deest prima P.

9. PROUULAERE Altera U in O commutatur.

10. PROCUEAT Cod. PROCULEAT.

22. MORTES Littera E commutata est in I.

428. 6. AMORE Cod. AMORE.

24. CITERA Littera I in E commutata est.

429. 5. AURIS Littera E in I commutata est.

11. TEGEBAT Cod. REGEBAT.

21. NEQUEQUAM Altera E in I commutata est.

21. SET Littera T commutata est in D.

430. 1. RIBUS Littera I in E commutata est.

20. SUSTINEANT Littera I commutata est in E, littera E in T.

22. DISERTO Littera I commutata est in E.

28. ARDENTIS Littera I commutata est in E.

432. 9. COLISSE Littera L in I correcta est.

17. FRONDIBUS Littera D ita est abrasa, ut videatur T.

433. 7. CONSCENDEBAR Cod. CONSCENDEBAT.

12. FRAGMINIX Littera I in E commutata est.

434. 3. TREMENTIS Littera I commutata est in E.

436. 19. SUBMITTITE Cod. SUMMITTITE.

24. OMNIS Littera I commutata est in E.

438. 13. MANISQ· Littera I commutata est in E.

21. PENNIS Cod. PINNIS.

439. 18. AURIGAMQ· Cod. AURIGAMUE.

23. TURBINIS Cod. TURBINI

440. 1. PRECANTEM Cod. PRECAÑE

3. UTERI Littera I commutata est in E.

21. SUMPTO RECONDIT Lege SUMPTORE CONDIT, licet Cod. tantum praeseferat spatium post SUMPTO, ut scriptum videatur RECONDIT.

Hactenus de iis, quae typis exprimi non potuerunt, & erroribus typographicis; errores librarii, eiusque Ortho-

gra-

graphiam in altero volumine expendere est animus, ut monitum est in Praefatione: interea hoc fruere.

Charta notata *, ** *collocanda est inter pag. 310. & 311. est enim supplementum chartae, quae amplius in Codice non est.*

Superest autem adhuc adnotandum praetermissa fuisse a Typographo haec nullo modo ignoranda. Pag. 11. v. 25. MINIOQ. 18. 23. CATEBRISQ. 18. 29. LIMO. 27. 9. AUDIRI. 149. 27. DAT. 160. 23. SALLENTINOS. 179. 19. TUM: